DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS LIBER VNICUS, DISERTISSIMÈ & FUNDATISSIMÈ...

Basilio Ponce de Leon, Pieter Damasius : de Coninck

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
11 K
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

47.2.31.

44
F
38

71
8
8
21

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS

LIBER VNICVS,

Diſertiſſimè & Fundatiſſimè quondam conſcriptus & publico donatus

PER

R. P. M. F. BASILIVM PONCIVM Legionenſem Auguſtinianum, Salamanticæ S. Th. & Decret: Doct: ibidemque primariæ cathedræ moderatorem, & Academiæ Cancellarium.

NVNC

Ab infinitis, quibus ſcatebat, mendis correctus, marginalibus Annotationibus, & Indice copioſo illuſtratus & auctus, omnibus modis diſtinctus

OPERA

F. PETRI DAMASI DE CONINCK Brugenſis, Ordinis Frem: D. Auguſtini, in Academia Lovanienſi S. Th. Doctoris & Profeſſoris, Librorum ſui Ordinis Reviſoris Generalis.

BIBL.SEC.COLL.ROM.SOC.IESV. IHS



LOVANII,
Typis ac Sumptibus IACOBI ZEGERI ANNO 1642.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO

IACOBO BOONEN

ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI,

BELGII PRIMATI,

Regiæ Majeſtati catholicæ Primo à Conſilijs Status &c.

ILLVSTRISS. AC REVERENDSS. DOMINE.

Vnguentorum uſum Socrates, modeſtiæ quondam ac temperantiæ imago, plurimùm improbavit apud Athenæum l. 3. c. 35. Et eodem teſte, Solon ut viperas execratus eſt eos, legibuſqué ſuis coërcuit, & è ſuæ Iuriſdictionis finibus ablegavit, quos rei unguentariæ incumbere noverat: ijſdemquè temporibus ejus farinæ homines nec à Spartis admiſſi. Ita libro 15. c. 10. Quod etiam Rhodiginus affirmat libro 17. c. 24. nec non apud Plinium libro 12. veteres quidam unguentorum ac oleorũ uſum cuti expoliendæ damnarunt. Sed & Chriſtianis olim à SS. PP. oriente Eccleſia unguentorum aliquorum uſus interdicebatur, teſte clement: Alexandrino l. 2. pædag. c. 8. *quamobrem rectè mihi videntur nonnulli ægrè ferre, tantum ſtudij in unguenta conferri, ut utilitatem ipſam effæminarent: Eorum artifices, nempe unguentarios, à civitatibus quæ bonis Legibus & inſtitutis reguntur, expellere atque adeò ipſos etiam floridarum rerum in fictore: nefas enim eſt veſtes dol ſas, & unguenta in civitatem veritatis ingredi. oportet autem in primis apud*

nos, viros unguenta non olere, ſed vitæ probitatē. Et B. Hieron: ad demetriad. de virg. ſerv. *Cincinnatulos pueros, & calamiſtratos, & peregrini muris olentes pelliculas (de quibus illud Arbitri eſt nō bene olet qui bene ſemper olet;) quaſi quaſdā peſtes, & venena pudicitiæ virgo devitet.*

Nec ea tantùm ponderatione hoc factum licet arbitrari, quâ ad eorum execrationem pagani quondam impellebantur; quod anguſtis nimiùm limitibus eorum utilitas concluderetur, quàm ut appeti à viro ſapiente poſſent. Quippe auri, argenti, gemmarum & lapidum pretioſorum, aliarumquè rerum, quas homines hic æſtimant, is uſus eſt, ut ſuorum poſſeſſorum areâ minimè concludantur, enim verò ad eorum hæredes velut ſua pomeria plus ultra extendant. Sed & veſtimenta, cum noſtri corporis nuditatem texerunt ac verecundiam, poſteris quoque noſtris ut plurimùm ſeſe accommodant. Vnguentorum verò utilitas ac delectatio primis emoriatur horis, & illico expiret, nec ad finem uſque poſſeſſori ſuo fidelis ſit. Quin imò, cum unguenta ex odore præcipuè voluptatem afferant, his potiùs qui unguentato advolvuntur, quàm ipſi unguentis oblito ſervire dici debeant. Veriùs hanc rationem chriſtianus expenderit, quam Cicero ille noſter Hieronymvs ſupra allegavit, quod *unguenta illa venena ſint & peſtes pudicitiæ. Voluptas enim*, inquit citatus Clemens, *artem unguentorum reperit, cui nulla accedit utilitas, ſed meretriciorum eſt morum opprobrium, & medicamentum ad provocandum &c. nam ſicut boves annulis & funibus, ita etiam intemperans ſuffitibus & unguentis, & ſuave-olentibus coronarum odoribus trahitur.* ijs quaſi innatantem & immerſam, ac inibi proinde quærendam vilem carnis voluptatem morū ille ſcrutator & cenſurator Seneca proclamavit L. de vit. Beat: c. 7. inquiens; *invenies voluptatem latitantem ſæpius, ac tenebras captantem circa*

Balnea

Balnea ac ſudatoria, ac loca ædilem metuentia, mollem, enervem, mero atque unguento madentem, pallidam, fucatam ac medicamentis pollinitam Ex ijs velut ſigno infallibili dignoſci poſſe commodè & indigitari intemperantes, idem Clemens fatetur, dum ait: *quemadmodum autem, qui naribus ſunt ſagacibus, canes feras odore inveſtigant, ita ex nimis curioſa unguentorum fragrantia qui moderati ſunt & temperantes venantur intemperantes.* ad quas dum carnis illecebras gentiles continuo pruritu agitarentur, tanta aviditate ad unguenta inhiabant, ut data opportunitate ſe totos ijs aliquando involverent, teſte Athen. l. 5. c. 5. ubi Antiochus Epiphanes â quodam vel ideo proclamatus beatus, quod unguenta præſtantiſſima ac ſuaviſſima continuò redoleret, tunc quidem reſpondit omnino nihil. Poſtridie verò locum Ingreſſus, ubi adulator ille lavabatur, magnum vas pretioſiſſimi unguenti, *ſtactis*, in ejus caput profundi curavit, quo viſo omnes cum eo ſe loturi aſſurgentes in unguento effuſo effuſiſſimè ſe volutarunt. & apud Euripidem in Cyclope, Satyrorum ſimichorus in beatorum numerum Bacchantes reponit, quod unguẽtis madidi Venere ac voluptate fruantur. & quid ultra? *nonne unguentorum odore tamquam ſues gloriabantur?* rogat Seneca ep. 80. dum luxu profuſiſſimo nonnemo ſolio aureo incumbens linebat unguento Ægyptio pedes & crura: phœnicino buccas & ubera: ſiſſimbrino utrumquè brachium: amaracino ſupercilium & comam, ſerpillino cervicem atque genua.

Sed quid inde ſint utilitatis conſecuti novit mundi oculus, dum quoſque Strenuiſſimos hiſce lenocinantibus unctionibus emollitos, effœminatos, enervatos, & quamquam velut Libani Cedros antè exaltatos, retorquendo oculos, adveitit corruiſſe, inque ſuum redijſſe nihil: Ec

 Hanni-

Hannibalis gloria concidit, quæ in ultimum diſcrimen rerum Romani Imperij Majeſtatem adduxerat. Græci Spartani, Perſæ & ſi quæ gentes alię in unguenta profuſę, debilitatæ, diſſolutæ, proſtratæ ſunt.

His non obſtantibus, illa mundi dilectio Chriſtus dominus, quem, quod mundum diligeret, in mundum Pater æternus miſit, ac vel ideò mundum patremque diligens (qualibus *in bonum omnia cooperari*, quantumvis peſſima, ſpiritus ipſe Patris immenſi teſtis eſt) Eccleſiæ ſuæ bono, *quam ſanguine ſuo deſponſavit* extremæ dilectionis maximo ſigno, ordinavit unguentum: an non ut illa laſciva aboleret? dum Papa Fabianò teſte ep. 2, c. 1. *in illa die dominus Ieſus, poſtquam cænavit cum diſcipulis ſuis, & lavit eorum pedes, ſicut à SS. Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt, chriſma conficere docuit*. Et conſequenter, chriſmatis unguenti ſalutiferi ſacramentum conferre, ejus uſum, finem, effectus mirabiles declarando. Vt vel inde cant. 5. illa amore languida *genas illius ſicut areolas aromatum conſitas à pigmentarijs* non in congruè deprædicârit. unguentum inquam, fidelium uſui deſtinavit, quo non laſcivire chriſtianum, ſed pugnare fortiter doceretur, non veneré aut libidiné turpem excitare, Sed Amorem Dei Patris Virginitatis amaſium recipere mandaretur, chriſtianiſmum ſuum vitamquè ſpiritualem perficeret, baptiſmum compleret, in pugilé propugnandę fidei, foris tyranno perſequente, aſſumeretur, cæleſtium donorũ chariſmatibus impleretur, quibus armatus dæmoni terribilis eſſet, Deum ipſum indueret. Quapropter hoc ſacramentum tam excellentibus Encomijs patres quondam illuſtrarunt *Obſignationem* ſivè *ſigillum* vocavit Clemens Rom: in ep. 4. & Alexandr: l. 3. Hiſt. eccleſ. c. 17. Cornelius Papa, Nazianſenus, Theo-

doretus,

doretus, & ipſe Dionyſius Areopagita de eccleſ. Hierarch. c. 2. Cyprianus etiam ep. 73. *Signaculum Dominicum* appellat. Auguſtinus l. 16. contra Fauſtum c. 4. *ſignum Chriſti*, quod baptiſatus eo ut balteo, aut velut ſigno Τ. ad prę-lia domini facienda conſignari debeat & reſervari. *Sacrum unguentum* nominat, l. 1. ep. 12. Cyprianus *Oleum ſanctificatum* Auguſtinus l. 5. contra Donat: c. 20. *Vnguentum ſanctificum, deificumque* Dionyſius de eccleſ. Hierarch: c. 4. indigitat. Quippe eo ſanctitas Chriſtiani impinguatur, augetur, quâ velut indutus veſtimento divino, Deus apparet: illius inſtar, cujus, cum in concilio ſacerdotũ fidẽ propugnaret, *vultum intuebantur, ut vultũ Angeli ſtantis inter illos*. *Perenne unguentum* ab Armenopulo dicitur in epitome can: & paſſim à græcis, quod baptiſatum in ſua fide, turbinibus perſecutionum nequidquam obſtantibus, faciat perennare, & conſtantem eſſe.

Concilium Laodicenum, ut *Vnctionem ſupercæleſtis Chriſmatis* deſcribit, ſive *Regni cæleſtis participationem*, & Dionyſius iterum citatus, ut *perfectricem unctionẽ & conſummationẽ*, quod chriſtianum conſummet, &, ut ita dicam, abſolvat: quin imo, ut ipſe fatetur Dionyſ: Chriſtum ipſum perficiat.

De hoc magno ſacramento multa nuper ſagaciſſimè inquiſivit; induſtrié explicuit, & ex pulpito primario toto orbe celeberrimę univerſitatis Salamanticenſis prę-legit Magiſter Fr. Baſilius Poncius Legionenſis S. T in eadem univerſitate Doctor, & primariæ Cathedræ (ut ajunt moderator, quondam in ordine ſuo eremitarum D. Auguſtini in conventu illo doctorali Prior, vir undequaque ſummus: Vnde & *magni* nomen aliquando ibidem obtinuit, ſed & decretorum doctor fuit proclamatus, quod jura omnia ad ultimum uſque ramentume vol-

viſſet

viſſet vetuſtatis amator, & ſummus ideo perſcrutator, u. ſcripta declarant.

Cujus dum libellus in Hiſpania nuper, quamvis vitioſè & mutilè excuſus in meas veniſſet manus, reperi digniſſimum, qui melioribus typis, diſtinctior, elucidatior & omni modo emendatior in lucem prodiret: quod ejus curâ fieri nullatenus potuit, ob infinita, quibus tempore excuſionis diſtinebatur, negotia, morbum quo premebatur, & immaturam denique mortem, quæ invidè lumen hoc Theologiæ (ut pro more talia ſolet) ante coronidem impoſitam ordini noſtro & mundo ſuſtulit.

Et cum à Reverendiſſimo P. Generali noſtro (cujus literas ſubiungo) ab anno 1636. in mandatis haberem cum Ampliſſima commiſſione, Auctorum noſtri ordinis antiquiorum lucubrationes incultis Typis vulgatas, & ideo ferè omnibus hac ætate (quæ novitatibus plus nimio indulget) relictas vigilante oculo revidere, & diſtinctiore methodo correctiores clariori luci dare, ne ſcholæ retrò ſagaciſſimæ, ut eccleſiæ quoque poſt SS. Patres, Fulgentiſſima miracula, ob incultam illorum ſæculorum artem Typographicam, ſub tricis inextricabilibus ingratarum abbreviationum, & erratorum nebulis, indiſtincta, & inde propemodum in-intelligibilia, velut ſub ſona torrida ſquallerent.

Profectò *Ægidium Romanum Doctorem fundatiſſimum, Gregorium Ariminenſem Doctorem authenticum, Thomam Argentinatem Doctorem dilucidum, Gerardum Senẽſem Doctorem exactiſſimum, Franciſcum à Chriſto*, alioſquè infinitos, omnes magnos, veritatis, in via Sacræ paginæ, eccleſiæ, Sanctorum Patrum, Studioſiſſimos indagatores, typographorum & avarorum vitio quis non doleret & pluteis & pulpitis omniumque

niumque ferè manibus exulare?eos,vel eorum præcipuos (ſi dextram Deus porrexerit) mundo comptiores reddere, nec recentiorum libris, ex illis quaſi fontibus frequenter hauſtis,ingratiores,mihi ſuperiorũ obedientiâ afflante decretum eſt. Et à magni illius Baſilij noſtri opuſculo chorũ duco, quod tametſi longè ſæculis anteactis viſum non ſit, ſemper tamen antiqua eſt conatus eripere ſuis tenebris, ac ideo ipſe vetuſtiorum ſtudioſiſſimus veteribus annumerari mereatur.

Quia verò hoc tantæ molis opus eſt,ut ne Atlantis cujuſcumquè videantur humeri ſufficere,magnis fautoribus & protectoribus inniti oportet.

Tuæ ergo ILLVSTRISSIMÆ REVERENTIÆ me,dum hunc Theologorum exercitum decurro, & caſtra hæc validorum pugilum metor, totum committo, &,dum obedientię oceanum navigo,totum commendo,tuumque Patrocinium exploro. Sentit hoc probè Belgij noſtri eccleſia orthodoxa ,quæ te Primate gloriatur, maximè mechlinienſis diæceſis & provincia, quæ paterno tuo & Archieſcopali fruuntur gubernamine. Quæ verò tua ſit in hac mole omni modo dexteritas, notius eſt omnibus ,quàm ut oporteat illam meo calamo propalari. Nouerunt hoc experientiâ, qui mundũ peragrarunt, Tuamque hanc eccleſiam,ejuſque decorẽ intuiti ſunt ,quàm pręclarè,utpote ordine quæque ſuo, cũcta peragantur:obgannientibus hæreticis nequidquam foris,intus obſtrepentibus malis: foris intuſque periculis: tametſi foris (inquam) *pugnæ, intus timores* ſint. Tantus enim ille eſt ecleſiæ tuæ decor, ut cum ordinatiſſimæ cujuſque conferri, ſi non præferri poſſit. Hoc dixiſſe ſufficiat, ne videar adulari;

)( )(quod

quod de Tua Reverentia Illuſtriſſima ut Archi-preſule vigilantiſſimo, & ſtatus eccleſiaſtici, in Belgio, Primate ſibi gratuletur Eccleſia, Rex Hiſpaniæ potentiſſimus, ſuo in ſtatu, Conſiliario fideliſſimo, cui proinde non dubitaverit Belgium ſuum turbatiſſimum non ſemel committere. Nos omnes Te Patre benigniſſimo alamur, regamur, fruamur, gloriemur.

Sine ergo ILLVSTRISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE, ut hocce de magno Confirmationis ſacramento opus, obedientiæ meæ ſupradictæ primitias, tibi velut Primati inſcribam, quo majori queat auctoritate vulgari, & omniū teri manibus; & hunc qualemcumque tenuitatis meæ conatum æqui boniquè conſule. Deum Opt: Max. Intimè precabimur, ut Te Eccleſiæ ſuæ, Regis, Belgij, noſtri, Tuoque bono in confirmata diu valetudine conſervet, ita peroptat.

ILLVSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ, DOM. TVÆ

HVMILLIMVS CLIENS ET SERVVS
FR. PETRVS DAMASVS DE CONINCK.

Benig-

BENIGNO LECTORI

BEnigne Lector, *mirabere Fortaſse, alienas à me Lucubrationes in lucem edi, diceſque multò futurum fuiſſe convenientius, ſi quid meum fuiſſet à me elaboratum, in gratiam eorum, qui nunc ab annis prope 19. me dictante & explicante, S. Theologiam chartâ & auribus excepere. utpote illis multò gratius futurum; quod expectatum diú multumque ſalivam ijs moverit (verba ſcriptaque magiſtri ſolent acceptiora diſcipulis eſſe; cum perſæpe illa ſenſim ſibi quaſi innata ut propria habeant, ſubinde pro oraculis deoſculentur) ſed mirari deſines, ubi me ad hoc intellexeris obedientiæ calcaribus impelli, quam ille* victimis *etiam præſtare* Sauli *aſſumpto & uncto, ſed reiecto gentis electæ regi fortiter aſtruxit. Tenorem mandati ſequens pagina dabit. Sex nunc elapſi ſunt anni cum Romæ agerem & cum diverſis diverſa tractarem negotia, partim communia, partim ordini noſtro particularia, & hæc ſpeciatim cum R*mo. *P. HIPPOLYTO MONTIO Finalenſi, viro ex omni parte ſummo, omnibus in ordine muneribus functo, & tunc recenter à Capitulo Generali Romæ celebrato in Priorem Generalem totius ordinis evecto: item R ꝯ & Eximio P. Magiſtro noſtro Ægidio Mediolanenſi, tunc ſtudij noſtri Romani Regente doctiſſimo; nunc verò ordinis univerſi procuratore ſagaciſſimo. Et cum hinc inde de ordinis noſtri, tum hîc, tum alibi, flore & gubernamine multa conferrentur, etiam de moderatione ſtudiorum, doctrinæ, opinionibus, & variorum auctorum ſententijs varijs, nec non librorum veterum novorumque diverſitate ſermo incidit. ingerebatque nonnemo, magnam illam diverſorum ſcolaſticorum ſubinde non ſatis fundatorum opinionum diverſitatem (ut tot ferè ſint ſententiæ quod capita) chaos aliquod & confuſionem in ſacra ſcientia parere; unde contingat, quod linguarum diverſitate quondam illis in Babel, ut relicto opere incepto, quod eſt fundatam Theologiam, quâ nomen Dei emineat, Turris fortiſſima, contra hæreticorum aliorumque inſultus deſinant perficere: Et unuſquiſque, tergis invicem obverſis, in viam ſuam abeat Et poſt multa ſæpius ita collata, in hoc itum eſt; veterum potiùs ſcriptorum, ſcolæ alicujus probatæ, ſententijs fundatiſſimis; quàm novatorum quorundam ſomnijs novis eſſe adhærendum. Per hoc tamen non præjudicando lucubrationibus multorum & ſtudio qui diligentiâ ſuâ multa veteribus practicata, probata, & neſcio quo lætho ſepulta in lucem reduxerunt: aut certè hactenus non auditis, aut examinatis argumentis, aliquid ſententiæ veterum ſubfuiſſe convicerunt, quod non expenderint,*

ad ver-

adverterint, aut certè non ſufficienter ruminaverint, quo puram-putam veritatem attigiſſent. unde ab ejus ſcopo aberraviſſe, clarè eos oſtenderunt Se & ſubjungebatur, vel ideo ordinis noſtri ſacris conſtitutionibus ad minimum ſuaderi; ut in lectionibus & determinationibus diſputationum familiarium ſtudiorum noſtrorum Magiſtri Regentes ſanam & catholicam doctrinam fundatiſſimi doctoris noſtri B. Ægidij Romani, quondam noſtri ord: generalis tueantur: quamvis interim, exercitij cauſâ, in publicis diſputationibus permittatur, aliorum doctorum noſtrorum opiniones catholicas propugnari, Thome Argentinatis, Gregorij Ariminenſis, Iacobi Viterbienſis, Gerardi Senenſis, Alphonſi Toletani, Michaëlis maſſa, Auguſtini Romani, Auguſtini de Ancona & aliorum. At verò dolendum eſſe, eorum doctorum opera doctiſſima, & elaboratiſſima, aut vix extare, aut tam vitioſa, mutila, indiſtincta, ingratis abbreviationibus intricata; ut ab eorum, pro magna parte, lectione, primo intuitu, quis deterreri poſſet. inde contigiſſe, quod, relictis ijs, & alijs veterum auctorum ſcriptis, ad neotericorum arte culta & compta catervatim mundus advolaverit.

Vt ergo Theologiæ illa lumina hic ſcolæ reſtituerentur, alibi ſtabilirentur, mihi Reverendiſſimus P. Generalis in mandatis dedit, Iuxta tenorem literarum ſubjunctarum, horum & aliorum lucubrationes à vetuſtate & tetro aſpectu correcta, diſtincta &c. eruere, & gratiori luci dare. Profectò & hoc me à novorum mihi propriorum evulgatione librorum deterret: quod tanta ſit ſcriptorum retrò abundantia, idque de omni materia; ut præter hiſtorias, quod de novo ſcribatur, difficulter Invenias; niſi exſcripta antiquiorum dicta in chartam tuam deducere, eaque mentito nomine. pauculis commatibus immutatis, tua facere, ijsque ut mutuò petitis pellibus, Eſau apparere alium velis, ſaltem coram caligantibus: aut certè de obſcura quorundam veterum ſententia tenebris eruenda, vel potiùs de obſcurata reluminanda, vel depravata corrigenda ſit animus.

Sed fortaſsè hoc mihi Zoylus quidam (nec enim ullis, nec unquam, nec uſquam deeſt) opponet; me non mandato obſequi, utpote non veteris alicujus, at hujus ævi ſcriptoris monumenta edere, quippe quæ anno trigeſimo hujus ſæculi pridem in Hiſpania lucem viderint.

Scire eum à me velim, non tantùm priorum ſæculorum veteres auctores, ſed ordinis generaliter doctores typis melioribus poliendi &c mihi commiſſionem obedientiâ injunctam. ſed & ſciat veterum ſcriptorum hunc virum doctiſſimum Baſilium Poncium, cujus hoc de ſacramento confirm. tam luculentum opus eſt, fuiſſe ſtudioſiſſimum indagatorem: ac propterea

pterea locum cum ijs jure mereri. Et ut ejus huic operi, hactenus Belgio & fortè extra Hiſpaniam non viſo me accingerem, Stimulum addidit, quorundam, etiam in publico conſeſſu de hoc tanto viro contemptibiliter loquendi conſuetudo, quâ ea quæ de matrimonio, de agno typico, & alijs infinitis exarâvit, ut vilis tantùm νόταφ8 την ὀχολὴν και ὑπνοιον τ8 ὑπνηλ8 *habent.*

Cum tamen ex omni parte vir ille fuerit commendãdus, ſuæ religionis eoque ſpectantium amantiſſimus pariter & obſervantiſſimus, fulmen in cathedra, lux in pulpito extiterit.

Ejus tibi de Confirmatione opuſculum exactiſſimum exhibeo, nuper ad ultimum vitæ ejus halitum in Hiſpanijs imperfectè excuſum. Ego in breviores paragraphos diſtinxi, vitiorum aliquot millibus expunctis, dictis, quà potui, ſuo ſenſui reſtitutis: marginalibus annotationibus, & indice copioſo auxi, illuſtravi; idque eo ferè ordine, ut libri Compendium exhibeant.

Hunc ſi videro conatum meum tibi acceptum eſſe, alia ejus opera in lucem dabo, varias quæſtiones & relectiones, de Agno typico, de inſtitutione & eſſentia ſacrificij miſſæ, de ſacramento ordinis, horis canonicis: quinimò & ingens illud de matrimonio opus reſtituam. Nec hujus tantùm, aſt aliorum ordinis noſtri, juxta provinciam demandatam, præclarorum doctorum tum Theologica, cum Philoſophica dabo: Ægidij Romani Gregorij Ariminenſis, Gerardi Senenſis &c quibus quidem utiliſſimam eccleſiæ & ſcolæ operam navarunt. ſed quæ Typographi partim vitio, partim negligentiâ, & aliorum ingrata avaritiâ communi ſcholâ hîc ferè exulant: in hac præcipuè novorum auctorum Ingenti copia.

Vale benevole lector, & plura expectaturus hoc præſenti fruere.

MAGISTER F.

HIPPOLYTVS MONTIVS FINALENSIS

Ordinis Erem. D. Auguſt. Prior Generalis. Licet indignus.

R*Everendo nobis in Chriſt. Pat. Frat. Damaſo de Coninck S. Theol. Lovanienſi Doctori, ac Profeſſori, & noſtri Gymnaſij Magiſtro Lovanij Regenti ejuſdem voti ſalutem.*

VBI PRIMVM AD VNIVERSI ORDINIS Sollicitudinem promoti fuimus, illud nobis fuit conſilium, Publico profectui mente ſemper inhærere. Publicè autem inprimis intereſt, Doctores noſtros, ex quorum lucubrationibus ornamenti & emolumenti plurimum Religiò conſecuta fuit, clariori luci reſtituere, à qua temporis diſcrimine ſenſim defeciſſe experti ſumus; Tales autem ſunt fundatiſſ: Ægidius, ſubtiliſſimus Ariminenſis, Gerardus Senenſis, Franciſcus à Chriſto, Alphonſus Toletanus, & alij: quos, quia Illuſtres Magiſtros nacti ſumus, ſcripta etiam ipſorum illuſtriora reddere, muneri præcipué noſtro incumbere arbitramur, ut maiori fructu ac delectatione ab omnibus frequententur. Quod tunc attigiſſe cenſebimur, ſi diſtinctiori quadam methodo, elegantiori prælo, ac ſtylo, iuxta noſtri ſæculi guſtum, expunctis, & correctis mendis, quæ quoquo modo irrepſerunt, ea iterum imprimi curaremus. Tanto verò præclaro facinori viros ex ordine ſelectos, doctrinâ & gradu ſcholaſtico decoratos, qui olim aut modò gymnaſijs noſtris Regentes præſunt, aut præfuerunt, adhibere viſum eſt: Inter quos in Belgio tu nobis Prior occurriſti, cui tale munus committeremus, cujus doctrina, & communis boni zelus comperta ſunt.

Quare noſtrâ auct. harum ſerie literarum, & (in laborum meritum tuorum) Sanctæ obedientiæ adhibito præcepto, te præfato oneri deputamus, talium operum Reviſorem conſtituentes: ſedulò incumbendo, ut Doctorum noſtrorum, vel in Philoſophia, aut S. Theologia, ſcripta indicibus, titulis, alijſque notulis ad eorum faciliorem intelligentiam facientibus locupletes; nec non,

ſi quæ

ſi quæ corrigenda præſtò erunt(ſalvo tamen in omnibus textu) corrigas. Scholijs quoque & Commentarijs (ſi ita de conſilio deinde noſtro tibi licebit) illuſtres, & melioribus demùm typis committas, ut uberiùs ab omnibus pertractentur.

Quod ut à te commodiùs præſtetur, hortamur, & in Domino monemus Provinciales, Priores, nec non ſingulos religioſos noſtros, quibus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, ſub rebellionis noſtrę pœna, & graduum, officiorumque privatione injungimus, ne tibi in demãdato munere, ejuſq; exequutione directè vel indirectè, per ſe vel per alium, impedimento eſſe præſumant, ſive ea tibi onera imponendo, quæ huic Commiſſioni quoquo modo poterunt obeſſe, vel ea auferendo, quæ plurimùm prodeſſe judicaveris, niſi à nobis ad hoc petitâ & in ſcriptis obtentâ facultate.

Quin potiùs auxilio ſemper adſint, teque favore proſequantur ut ſi quid in ſua vel communi bibliotheca, ſive prælo, ſive manuſcriptũ habeant, quod tibi in hoc munere obeundo poſſit opitulari, liberaliter (cum debito tamen reſtituendi) commodare non differant.

Illud verò extremè vel maximè caveant, ne ſine tua permiſſione, & noſtra itidem licentia, aliquid in præfata commiſſione (quam tui juris plenè eſſe volumus) audeant attentare.

Datum Romæ 16. Auguſti 1636.

FR. HIPPOLYTVS MONTIVS Generalis Indig.

Infra habebatur noſtri muneris firmatæ ſigillo

Locus ſigilli ✠

ADMODVM

ADMODVM REVERENDO ET EXIMIO PATRI

MAGISTRO

F. PET. DAMASO DE CONINCK

Librorum ſui ordinis Generali Reviſori &c. Commiſſionem datam Inchoanti.

PLenum laudis opus, victuris condere chartis
Olim poſteritas quæ venerata legat.
Et titulum, ac pictis ornata armaria capſis
Et docti plauſum promeruiſſe chori:
Auctoreſque inter nomen captare ſuperbum
Publica quos pluteis Bibliotheca locat.
Sed cui de ſeſe tantum ſperare licebit,
Spondeat ut ſtudijs iudicia æqua ſuis?
Exitus in dubio nec ſplendida vota quod optant
Semper habent. SCRIPTIS alea grandis ineſt.
Quæque linenda Cedro, aut lævi ſervanda cupreſſo
Contra Lethæas tuta putabis aquas;
Forſitan in vilem cernas abrepta tabernam
Iam piper, aut lacera thus amicire togâ.
Maxima ſunt certè noſtri faſtidia ſacli.
Sive hoc livor edax Copia ſive facit.
Quid ſcribas, cupies cum ſcribere, ſæpè requiras?
Quà poſſis ſolus currere, rara via eſt.
Scribere cum poſſis, Veterum benè Scripta tueri
Vtile, nec pulchrâ laude carere puto:
In tuto quoniam iam dudum fama locata eſt
Quoſque favens orbis pollice utroque probat.
Quare macte animis, R P G ! & quos tempore longo
Invidit nobis Sors mala, redde viros.
Hos petit, hos paſſis Orbis deſiderat ulnis,
His plauſum, & claro præparat ore σοφῶς,
Nec minus intereà ſtudium laudabit honeſtum,
Quamque dabis, medicam tollet in aſtra manum.
Tum pulchri Heroes unà te voce PARENTEM
Lethæis dicent eruta turba vadis.
Servatique tuum ſervabunt nomine nomen.
Munera quam dederis non leviora feres.
LAVREA per te illis continget. pulchra per illos
Ornabis crines CIVICA multa tuos.

Grat: F. I. A.B. Auguſtinianus.

REPETITA PRÆLECTIO DE SACRAMENTO Confirmationis.

PRÆFATIO AVCTORIS.

EN P. A. Vobis damus quæ hoc bimeſtri de Sacramento confirmationis dictavimus: nam in Regis curia Academiæ juſſu majorem hujus anni partem commorantibus, tam exiguum temporis ſpatium legere contigit. Damus autem, ut vetuſto mori Academiæ noſtræ inſerviamus, in qua celebres eorum, qui primas in Theologia & jure cathedras obtinuerunt, repetitæ prælectiones extiterunt antiquis noſtriſq; temporibus. Argumentum ſanè hoc, quod hodierna luce verſamus, non quidem longitudine, at gravitate rerum, difficultate quæſtionum, multiplicique, & non vulgari eruditione cum alijs certans, immò & fortaſſe ſuperans.

De hoc Sacramento diſputant authores Scholaſtici cum Magiſtro in 4. diſt. 7. & cum D. Thoma 3. parte quæſt. 72. & Summiſtæ qui de Sacramentis ſcripſerunt, & etiam qui contra hæreticos controverſias ediderunt, quos ſuo loco adducemus infrà. Secundum obtinet locum inter Sacramenta novæ legis, non quia ſit alijs dignius, vel nobilius; ſed quia generationis ordo id poſtulare videtur; renatus enim in fide per Baptiſmum, in eadem confirmatur, & roboratur per Sacramen-

cramentum hoc. Vnde & ſtatim poſt baptiſmum in Eccleſia conferri conſuevit, ut conſtat ex Ambroſio lib. de myſt. cap. 7. in fine, & ex alijs Patribus paſſim. Eſt enim confirmatio veluti perfectio quædam, & conſummatio baptiſmi. Hunc autem tractatum commodè dividimus in ſex partes. Prima eſt de hujus Sacramenti inſtitutione. Secunda de eſſentia, hoc eſt, de materia, & forma. Tertia de effectu. Quarta de Miniſtro. Quinta de ſuſcipientibus. Vltima de Ritu Confirmationis. Quas partes explicabimus ad Articulos D. Thomæ quæſt. 72. 3. part.

PARS PRIMA.

De inſtitutione Sacramenti Confirmationis.

Ad Art. 1.

CAPVT I.

De varijs nominibus Sacramenti Confirmationis.

SVMMARIVM.

Confirmationem frequenter dici ab effectu confirmandi in teſtificatione fidei, num. 1.
Conſignationem dici, ſigillum, ſignaculum Dominicum ſignum, Chriſti, num. 2.
Benedictionem appellari, num. 3.
Chriſma, unguentum ſacrum, ſanctificatum, deificum, & à Græcis peienne unguentum, & cur? num. 4.
Vnctio ſupercœleſtis perfectrix. Chriſtum unguento perfici dixit Dionyſius, & quo ſenſu, num. 5.
Manus impoſitio, num. 6.
Multiplex acceptio manus impoſitionis. Explicatur locus Auguſtini, num. 7.
Explicatur locus Gregorij de recipiendis hæreticis, num. 8.
Cur in eo diverſa Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis conſuetudo exſtiterit, num. 9.

1. Sacramentum hoc vulgari, & communi nomine appellatur ab effectu confirmatio. Hoc ſenſu hanc vocem uſurpat Melchiades in Epiſt. Decretali ad Epiſcopos Hiſpaniæ, ibi, *confirmatio armat, & inſtruit nos ad agonem vitæ iſtius:* & Concilium Arauſicanum primum canone primo; & Aurelianenſe apud Gratianum capit: *ut ieiunij*, de conſecratione diſt. 5. & in 6. Synodo, canone 7. & in Decreto Eugenij de Sacramentis, in Concilio Florentino, & in Tridentino Seſſione 7.

Dicitur confimatio ab effectu.

vulgarit &c.

Quod

Quod nomen confirmationis inditum eſt huic Sacramento ab effectu confirmandi, & roborandi. Eſt enim proprium hujus Sacramenti Baptizatum confirmare, & robur illi præbere ad teſtificandam fidem Chriſti. Videturque deſumptum nomen ex illo Pauli 2. Corinthiorum, primo: *Qui confirmat nos Deus.* Imò à primis Eccleſiæ temporibus hoc nomen confirmationis receptum eſt ad ſignificandum hoc Sacramentum, ut conſtat ex Clemente Romano lib. 3. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 17. ubi definiens hoc Sacramentum inquit; *Vnguentum eſt confirmatio confeſsionis ſeu profeſsionis, ſcilicet fidei.*

Quia confirmat ad profeſſionē fidei.

2. Sed & alijs etiam nominibus à Patribus hoc Sacramentum ſignificatum eſt. Nam ab effectu quoque, ritu, & forma, quia in eo fit conſignatio tam interior per gratiam, & characterem, quàm exterior per ſignum crucis in fronte, eaque in forma explicatur, appellari ſolet *obſignatio*, ſive *ſigillum.*

Obſignatio ſigillū &c à ritu, effectu & forma.

Hoc nomine utitur Clemens Romanus in Epiſt. 4. Clemens Alexandrinus apud Euſebium lib. 3. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 17. Cornelius Papa apud eundem Euſebium lib. 6. cap. 35. Nazianzenus oratione in ſanctum Baptiſma. Theodoretus in cap. primum Canticorum. Et poſteriores Scriptores Græci, & ante eos omnes Dionyſius Ariopagita de Eccleſiaſtica Hyerarchia cap. 2. obſignationem ſive ſigillum vocat, & idem habetur, *in cap. noviſsime. de conſecratione diſt.* 5. Cyprianus quoque Epiſt. 73. ſignaculum dominicum appellat. Et Auguſtinus lib. 16. contra Fauſtum cap. 4. ſignum Chriſti vocat.

3. A cæremonia etiam *benedictionis*, nomen inditum huic Sacramento; ſic enim habet Canon 77. Illiberitani Concilij: *Siquis Diaconus Regens plebem ſine Epiſcopo vel Presbytero aliquos baptizaverit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit*, hoc eſt per confirmationis Sacramentum, quæ baptiſmi perfectio vocari ſolet.

Benedictio à cæremonijs.

4. Deinde à materia remota appellatur *Chriſma.* Sic Auguſtinus lib. 2. contra Petilianum cap. 104. oleumque ſive unguentum cum aliquo addito à Dionyſio lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 4. & à Cypriano lib. primo Epiſt. 12. *ſacrum unguentum*; & ab Auguſtino lib. 5. contra Donatiſtas cap. 20. *oleum ſanctificatum*; & à Baſilio lib. de Spiritu Sancto cap. 17. *oleum unctionis*; quamvis teſtimonium hoc de oleo cathecumenorum potiùs, quàm chriſmatis poſſit intelligi. Eodem nomine vocatur à Damaſceno lib. 4. fidei Orthodoxæ, cap. 10. A Dionyſio loco proximè citato *unguentum ſanctificum*, ſive potiùs *Deificum.* Et Armenopulus in ſua Epitome canonum, explicans canonem ſextum Cōcilij Carthaginenſis, in quo eſt ſermo de chriſmate, ne videlicet à Presbytero conſecretur, in Scholio hæc habet; *Ritus conſecrandi perennis unguenti.*

Chriſma, oleum, unguentum à materia remota.

Cum addito ſacrum, ſanctificatum, unctionis, ſanctificum, Deicum.

Cur autē appelletur à Græcis

Perenne à Græcis aſſerentibus apud ſe jugiter manare, cauſâ Bulgarorũ.

perenne unguentum explicat Baronius tom. 10. Annalium. Fuerunt quippe nonnulli Græci, qui prodigia narrarent, ac dicerent, Bulgaris ad fidem Chriſti recenter converſis chriſma in Græcia jugiter manare. De qua re ipſi Bulgari Nicolaum primum conſuluerunt, ad quos ipſe reſpondit veritate carere. Chriſma enim non naſcitur, ſed artificio conficitur, cùm ex varijs aromatibus conſtet. Sed Græci in hoc mentiendo ſe jactabant, ut magis Bulgaros ad ſuas cæremonias attraherent, quaſi miraculo comprobatas, & ſibi addictos haberent; maximè cùm animadvertiſſent Nicolaum Pontificem per ſuos Epiſcopos denuò Bulgaros confirmandos curaſſe; ſicut etiam hodie gloriantur Græci, ſed falsò, ſe lumen ſanctum, quo accenduntur lampades, dum cæremonias reſurrectionis peragunt, pridie Paſchatis miraculosè habere.

Negante Nicolao I. quia chriſma conficitur.

Qui Bulgaros curavit confirmari.

5. Vnctio à materia prox. ſuper cœleſtis.

Vnctio perfectrix & conſummatio ab effectu eò quod Chriſtianũ perfectum, & conſummatum faciat.

A materia proxima, quæ eſt *unctio*, eo nomine appellatur in Concilio Laodiceno canone 48. *unctio ſupercœleſtis chriſmatis*, ſive, ut alia exemplaria habent, *Regni cœleſtis participatio*; & à Dionyſio loco citato *perfectrix unctio & conſummatio*, eo quod Chriſtianum conſummatum efficiat, perficiat, & abſolvat, cum Chriſtiani nomen à chriſmate derivetur, quaſi Chriſtianus dici nòn mereatur, qui hoc oleo inunctus non eſt. Immò non tantùm baptizatum perfici, ſed Chriſtum etiam ſymbolicè perfici dixit Dionyſius eodem cap. Quærit enim, cur ipſum unguentum, quod Chriſtum ſignificat, conſecretur; & cur etiam divinum altare, quod Chriſtum exprimit, chriſmate inungatur, & ſanctificetur. Reſpondetque hoc noſtri cauſa fieri: ſicut enim Chriſtus pro nobis baptizatus in Iordane à peccatis omnibus liber, ita pro nobis ipſe ſeſe, ſcilicet unguentum, (ab eo enim derivatur Chriſti nomen juxta illud Canticorum 1. *unguentum effuſum nomen tuum*,) & per unguentum altare ſanctificat, quæ ſanctificatio ad nos, qui illi per Baptiſmum inſerti ſumus, derivatur.

Imò Chriſtum ſymbolicè.

Vnde ab antiquis Eccleſiæ ducibus myſterium hoc appellatur *perfectio unguenti*, quaſi dicatur, perfectio Chriſti. Vnguentum enim eſt Chriſtus duplici quidem ſenſu, & activo & paſſivo, eò quod Chriſtus Dominus in gratiam noſtri, & ſe ipſum ut hominem inunxerit, & conſecraverit accipiendo Spiritum Sanctum, & ea quæ initiantur ſanctificet.

Vnde vocatur etiam, Perfectio unguenti Chriſti, qui eſt unguentum activè & paſſivè.

6. Manus impoſitio à cæremonia.

Deniq; à ritu, & cæremonia Sacramentum hoc ſæpè appellatur *manus impoſitio*. Sic in Concilio Illiberitano canone 38. & in Concilio Carthaginenſi Siriaci tempore celebrato, & in Matiſconenſi 2. canone 3 & à Cypriano Epiſt. 73. ibi, *oratione habita, & manu impoſita invocaretur, & infunderetur ſuper eos Spiritus Sanctus*; & à Hieronymo contra Luciferianos ibi, *ut baptizatis poſtea manus imponatur, & ita invocetur Spiritus Sanctus*; & ex Auguſtino ſermone 33. de diverſis, & alibi ſæpè in Con-

in Concilijs, quorum nonnulla referemus infrà.

7. Quæ accipitur multipliciter. Sed, ut in hoc omnis æquivocatio tollatur, ſupponendum eſt cum Hincmaro Rhemenſi in lib. de varijs capitulis Eccleſiaſticis, cap. 16. multiplicem eſſe manus impoſitionem, & juxta ſubjectam materiam diverſimodè accipi.

1. Pro Sacr. conf. Aliquando pro Sacramento confirmationis accipitur, ut conſtat ex Decreto Clementis, Vrbani, & Melchiadis, & alijs jam citatis.

2. Ordinis Aliquando etiam pro ordinationis Sacramento juxta illud Apoſtoli ad Timotheum primæ, *Nemini cito manus impoſueris*; quod ex multis canonibus conſtat, quos ſuo loco adduximus.

3. Pro ritu quo pœnitentes hæretici, excommunicati reconciliabantur Eccleſiæ. Rurſus eſt etiam manus impoſitio reconciliatrix, per quam pœnitentes, & hæretici, & excommunicati ſanctæ Eccleſiæ reconciliantur, de qua ſæpè in canonibus Conciliorum mentio eſt; & de illa accipiendum eſt, quod Auguſtinus lib. 3. de Baptiſmo cõtra Donatiſtas teſtatur, nihil aliud eſſe, quàm orationem ſuper hominem, quæ iterari poſſit.

4. Ceremonia extremæ Vnct. Præterea fit manus impoſitio ſupra infirmos, juxta illud Chriſti; *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.*

5. Exorciſmi ritu. Item ſupra Cathecumenos, & Energumenos pro expulſione Dæmonis, quæ ſpecialiter exorciſtis in ordinatione conceditur, ut habeant poteſtatem imponendi manus ſuper Cathecumenos, & Energumenos.

Item cum ſimpliciter aliquem benedicimus, manus ei antiquo ritu imponuntur, ſicut Iacob Patriarcha, cum filijs ſuis benediceret moriturus, manus eis impoſuiſſe legitur; & Chriſtus in Euangelio oblatos parvulos per impoſitionem manuum benedixiſſe ſcribitur. 6. Pro benedictione. Olim enim ſic benedixiſſe feruntur Iacob: Chriſtus parvulos.

Et quidem, ſi manus impoſitio accipitur pro reconciliatione pœnitentium, vel expulſione infirmitatis, vel Diaboli, vel ſimplici benedictione, nihil aliud eſt juxta Auguſtinum, niſi oratio ſupra hominem, unde & iterari poteſt, quoties opus fuerit. In quibus quatuor acceptionibus tantum eſt oratio & poteſt iterari.

At cum pro confirmatione, & ordinatione ponitur, jam non pro ſola oratione, ſed etiam pro Sacramento habenda, quæ repeti non poteſt. Sic diſtinxerunt manus impoſitionem poſteriores Scriptores, inter quos præcipui Baronius, tom. 1. Annalium, & Severinus in Notis ad Epiſtolam Melchiadis. Non in 2. prioribus.

Ex qua obſervatione intelligitur, quid ſibi velit Gregorius, lib. 9. Epiſt. 61. cum inquit: *Arrianos per impoſitionem manus occidens, per unctionem verò ſancti chriſmatis ad ingreſſum ſanctæ Eccleſiæ oriens reformat.* Indicatur ſanè his verbis diverſa conſuetudo Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis. 8. Orient. Eccleſia ſive Græci Arrianos reconciliabant confirmando.

Nam Græci Hæreticos Arrianos ad fidem redeuntes reconciliabant, ijs impendentes Sacramentum confirmationis, ut conſtat ex Euchologio Patriarchali manuſcripto citato canone 7. ſecundi Concilij Generalis:

quod etiam ſtatuerat Concilium Arelatenſe primum, canone 8. & Arelatenſe ſecundum canone 17. & S. Leo Epiſt. 35.

Occidentalis manus imponendo non confirmando.

At Occidentalis Eccleſia recipiebat Arrianos, non per confirmationis Sacramentum, ſed per manus impoſitionem, ut inquit Gregorius. Quo nomine non intelligit manus impoſitionem confirmatoriam, ſed reconciliatricem, ut explicat Gloſſa cap. 44. de conſecratione, diſtinctione 4 ibi, *Arrianos Occidentalis Eccleſia reconciliat, Orientalis chriſmat, ſiquidem multiplex eſt manus impoſitio.*

Et magno argumento eſt quòd hæc manus impoſitio ſæpè repetatur, cùm tamen confirmatoriam iterari non poſſe doceat Auguſtinus dicto lib. 2. contra literas Petiliani cap. 104. Atq, in hoc ſenſu accipiendum eſt, quod Euſebius Pontifex habet Epiſt. 3. circa finem, ubi præcipit hæreticos omnes, qui convertuntur, & in nomine ſanctæ Trinitatis baptizati ſunt, per manus impoſitionem reconciliari; quamvis in alio cap. ejuſdem Epiſt. agens de Sacramento confirmationis vocet manus impoſitionem Sacramentum.

9. Cujus diverſitatis ratio eſt.

Quod ſi roges, cur tam diverſa Occidentalis, & Orientalis Eccleſiæ in recipiendis hæreticis conſuetudo fuerit in hac parte?

Quamvis alios hæreticos per conf. reciperet.

Dico in primis etiam Occidentalem Eccleſiam aliquos hæreticos recepiſſe per Chriſma, & confirmationem, ut patet ex Concilio Arelatenſe citato; & qui verè baptizati eſſent ab hæreticis, non confirmati, quales erant Novatiani, ut dicam infrà, etiam iſto modo recipiebantur.

Vel quia Arr. cum Bapt. confirmabantur in Occidente.

Arriani tamen non admittebantur per Chriſma, de quibus loquitur Gregorius. Vel quia fortè Occidentales Arriani confirmationis Sacramentum ſimul cum Baptiſmo adminiſtrabant; & ideò ad vitandam iterationem non confirmabantur redeuntes ad Eccleſiam. Vel Eccleſia Occidentis non niſi certo tempore hoc Sacramentum conferebat, ut dicam poſtea. Vel in aliud differebat, quò magis inſtitueret in rebus fidei. Vel denique dicendum eſt fuiſſe varias Eccleſiæ conſuetudines pro varietate temporum.

Vel quia tantum certo tempore ibi confirm. fiebat.
Vel in majorem instructionē differebant

Atque hæc de nominibus hujus Sacramenti, de quibus videri etiam poteſt Baronius Annal. tom. 1. anno Chriſti 35. à numero 13. Stephanus Durantius de Ritibus Eccleſ. lib. 1. cap. 20. num. 8

CAPVT II.

An Confirmatio ſit Sacramentum novæ legis?

SVMMARIVM.

Novatus, Armeni, VValdenſes, recenteſque hæretici negant confirmationis Sacramentum, num. 1.

Ruthenos negaſſe, ſcribit Suarez; ſed falsò, quis eorum error & abuſus, num. 2.

Confirmatio Sacramentum novæ legis? Eſt de fide, num. 3.

Eccleſiaſticam traditionem eſſe, docet Hieronymus, & Baſilius iuxta Auguſtini regulam ad cognoſcendam traditionem, num. 4.

Eadem

Eadem traditio derivatur per teſtimonia Pontificum, num. 5.
Per Concilia generalia, & nationalia, num. 6.
Per Patres Græcos & Latinos, nu. 7.
Affertur ratio deſumpta ex requiſitis ad rationem ſacramenti, num. 8.
Adducitur, & explicatur optima congruentia D. Thomæ, num. 9.
Confirmationis ſacramento ſecundum locum datum, & ſtatim poſt Baptiſmum miniſtrari ſolitum. Remiſſivè, num. 10.

1\. Novatus negavit confirmationem. IN primis negavit Sacramentum confirmationis Novatus, ut conſtat ex Optato Milevitano lib. 2. contra Parmenianum. Vnde Cornelius Papa ſcribens ad Fabium Epiſcopum Anthiochenum, apud Euſebium lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 35. & de Novatiano ſchiſmatico agens, hæc habet; *in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus Baptiſmum accepit, ſi modo talem hominem Baptiſmum accepiſſe dicendum ſit. Verum morbo tandem elapſus, neque cætera, quibus poſt Baptiſmum ſecundum Eccleſiæ canonem ambui oportuerat, adquiſivit; neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit. Quo quidem neutiquam potuit, quomodo quaſo ſpiritum ſanctum adeptus eſt?*

Ideò quamvis in lecto mortis batizatus fit. Non tamen confirmatus.

Sicut nec Novatiani confirmant baptizatos. Hinc eſt quod Theodoretus lib. 3. hæreticarum fabularum cap. penultimo ſcribit eos qui à Novatianis baptizantur, ſanctũ Chriſma non accipere: & ideò ex ijs ad Eccleſiam redeuntes per Chriſma accerciendos, & ungendos eſſe.

Novatianorum hæreſim in parte ſequuti ſunt poſtea Armeni apud Armachanum lib. 1. de erroribus Armenorum, can. 10. Waldenſes apud Æneam Sylvium, lib. de origine Bohemorum, cap. 35. & alij hæretici, tàm antiqui, quàm recentiores. Nam Calvinus lib. 4. inſtitutionum cap. 19. §. 4. dicit confirmationem fuiſſe olim cæremoniam quandam ad examen puerorum, qui in infantia baptizati fuerant. Recentiorum hæreticorum placita, atque mendacia in hac re latè refert Bellarminus tom. 3. lib. 2. de Sacramento confirmationis cap. 1. Idem Armeni. Waldenſ. Calv. & alij recent.

2\. Suarez adjungit Ruthenos. At Suarez tomo 3. in tertiam partem D. Thomæ, diſp. 32. ſectione 1. inter eos, qui negant Sacramentum Confirmationis, Ruthenos enumerat, ſed falsò; & ex aliorum tantum narratione non vera. Nam Rutheni minimè negant, nec contemnunt Sacramentum Confirmationis; ſed fortaſſe caruerunt hoc Sacramento ex defectu materiæ, & conſecrationis materiæ. Materiæ inquam, quia non adhibebant balſamum, fortaſſe propter penuriam illius. Conſecrationis verò quia feria 5. majoris hebdomadæ benedicebant Oleum eiſdem orationibus, quibus Oleum infirmorum; quo ungebant omnes adſtantes in Eccleſia, etiam bene valentes, & infantes in ſacro fonte Baptiſmatis; quod Oleum, etiam in abſentia Epiſcoporum, eiſdem orationibus conſecrabant apud eos Sacerdotes. Sed falsò. Quamvis non adhibuerint balſamum nec debitè conſecrarint nimirum per ſimpl. Sac. oleoq; ſic conſecrato ungerint infirmos & valentes.

Ex quo conſtat non eſſe Chriſma,

ſma, cum Chriſma ſolus Epiſcopus conſecret etiam apud Ruthenos, ut ex eorum Nomocanone conſtat.

Quod hauſerunt à Græcis, à quibus primò fidem hauſêre.

In hunc autem abuſum Rutheni devenerunt, quia Græci, qui primi eos fidem docuerunt, non tradiderunt illis modum conficiendi ſacrum Chriſma; quia uſu quodam Eccleſiaſtico ſolus Patriarcha Conſtantinopolitanus Chriſma conficit, & ab eo Epiſcopi, & cæteri Presbyteri accipiunt; ſicut etiam olim Romana Eccleſia, antequam Orientalis deſciſceret, annuatim mittere ſolita erat Chriſma Conſtantinopolitanis. Propterea autem Græci Ruthenis eos ritus non tradiderunt, quo eos ſibi omninò addictos, & ſubjectos haberent. Cumque propter locorum diſtantiam non ſemper mitterent, factum eſt, ut & Chriſma diu aſſervarent, & in hoc abſurdum devenerunt, ut conſecrarent eo modo, qui oleo infirmorum convenit. Formam tamen Sacramenti eandem adhibent, quam Græci, quæque ſufficiens eſt, ut infrà dicam.

Apud quos ſolus Patriarcha facit Chriſma, & alijs Epiſc. mittit, ſicut Papa olim Patriarchæ, ſubjectionis cauſâ.

Hinc diu ſervatum, & in defectu, conſecrabant ut oleum ſervata forma.

Dixi fortaſſe Ruthenos eo Sacramento caruiſſe; quia nonnulli cenſent non caruiſſe; tum quia exiſtimant Balſamum non eſſe materiam eſſentialem Sacramenti Confirmationis, de quo poſtea; tum etiam, quia credunt illud Oleum fuiſſe verum Chriſma, eo tantum nomine, quòd ab Epiſcopo conſecretur, licet Epiſcopus indebito modo, & orationibus benediceret.

Fortè tamē Sacramento non caruerunt,

3. Cæterùm fide certum eſt Cōfirmationem eſſe Sacramentum novæ legis. Quam veritatem eſſe de fide conſtat ex illis Concilijs, in quibus definitur eſſe ſeptem Eccleſiæ Sacramenta à Chriſto inſtituta. Sic definitum eſt in Concilio Cōſtantienſi ſeſſione 15. ubi damnatur Ioannes Hus negans doctrinam hanc de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Idem etiam definitum eſt ab Eugenio Quarto in decreto de Sacramentis poſt Concilium Florentinum, ubi & ſpecialiter doctrina traditur de Sacramento Confirmationis, & à Concilio Tridentino ſeſſione 7. canone 1. qui expreſsè de Sacramento Cōfirmationis eſt. Quomodo autē hæc veritas ex ſacra Scriptura comprobetur, dicam capite ſequenti. Nunc oſtendam breviter, & traditione Apoſtolica per Pontifices, & Concilia & Patres ad nos derivata, & optimâ ratione.

Confirmatio eſt Sacramentū, quod fide certum, ut conſtat ex Conciliis.

4. In primis probatur hāc veritatē haberi ex traditione Eccleſiaſtica, quia, ut inquit Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 34. quod univerſa tenet Eccleſia, neque Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur: atqui ab initio naſcentis Eccleſiæ conſtat Confirmationē, ut Sacramentum retentam in Eccleſia, ergò eſt ex traditione Eccleſiaſtica.

Et traditione, juxta regulam D. Aug. quam probatur hic habere locum.

Id ipſum agnovit Hieronymus contra Luciferianos, his verbis: *An neſcis Eccleſiarum hunc*

eſſe

eſſe morem, ut Baptizatis poſtea manus imponatur, & invocetur Spiritus Sanctus? Exigis ubi ſcriptum ſit? In actibus Apoſtolorum. Etiamſi Scripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret; nam, & multa alia, quæ per traditionem in Eccleſiis obſervantur, authoritatem ſibi ſcriptæ legis uſurpaverunt. Et paulò infrà iterum docet hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem. Eandem traditionem agnovit S. Baſilius in Epiſtola ad Amphilochium, ibi, *Benedicimus aquam Baptiſmatis, & Oleum Unctionis, inſuperque ipſum qui baptizatur. Ex quibus ſcriptis? Nonne ex hac non publicata, & arcana doctrina, quam in minimè curioſo ac ſollicito ſilentio Patres noſtri conſervarunt? Rectè illi, utpote docti myſteriorum reverentiam, & authoritatem ſilentio cuſtodiri.* Et poſt non multa in eandem ſententiam dicta hæc addit, *Ad eundem modum etiam hi, qui res Eccleſiaſticas ſanxerant Apoſtoli, & Patres in occulto ac ſilentio myſteriis authoritatem conſervarunt; nec enim omninò myſterium eſt, quod ad populares, & vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio, cur aliqua tradita ſunt ultra ſcriptum, ut ne dogmatum cognitio negligeretur, & in contemptum veniret apud vulgus propter conſuetudinem.* Hæc Baſilius.

Et doctrinam Hieró.

Baſilij.

5. Hæc autem Eccleſiaſtica traditio ad nos derivata eſt per manus Pontificum, Conciliorum, & Patrum ſupponentium ſemper hujus Sacramenti veritatem, inſtitutionem, & neceſſitatem.

In primis Sacramenti Confirmationis meminere Pontifices, Clemens Primus lib. 3. conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 16. & 17. & Epiſt. 4. Urbanus Primus in Epiſt. 1. ad omnes fideles, & eſt apud Gratianum in capit. *omnes*, de conſecratione diſtinct. 5. Fabianus Primus in Epiſt. 2. ad omnes Orientis Epiſcopos, Cornelius Papa apud Euſebium loco jam citato, Euſebius Primus in Epiſt. 3. ad Epiſcopos Campaniæ, & Thuſciæ, apud Gratianum in cap. *manus quoque*, eâdem diſtinct. Melchiades in Epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Sylveſter Primus in edicto Conſtantini, columna 4. Damaſus Epiſt. 4. Innocentius Primus in Epiſt. ad Decentium Epiſcopum, cap. 3. Leo Primus Epiſt. 73. aliàs 75. & Epiſt. 88. Gelaſius Epiſt. 9. columna 2. Gregorius Primus lib. 3. Epiſt. 9. & 26. & lib. 12. Epiſt. 32. à medio. Gregorius II. Epiſt. 14. cap. 4. & Innocentius III. in cap. unico, de ſacra unctione, §. *Quia verò.* Aliquorũ Pontificum, ex his, verba referunt Bellarminus lib. citato cap. 3. Petrus Creſpetius in ſumma Eccleſiaſticæ diſciplinæ, verbo, *Confirmatio* §. 1. & Suarez diſputatione citata ſect. 1.

Quæ habetur ex dictis Pontificum.

6. Eadem etiam traditio derivatur in Concilijs ab initio Eccleſiæ uſque ad noſtra tempora, quæ de Confirmationis Sacramento meminerunt. Illiberritanum canone 37. & canone 7. in quo Sacramentum Confirmationis *benedictionem* vocat. Laodicenum, canone 7. & canone 48. Arelatenſe

Conciliorũ

tenſe primum, can. 8. Arelatenſe 2. can. 17. Aurelianenſe apud Gratianum in cap. *ut ieiuni*, de conſecratione, diſtinctione 5. Meldenſe apud eundem Gratianum, cap. *Vt Epiſcopi*. eadem diſtinctione. Hiſpalenſe 2. canone 7. Cabilonenſe 2. canone 27. & 31. Pariſienſe ſub Ludouico, lib. 1. cap. 33. & cap. 34. Arauſicanum primum, canone primo, & ſecundo. Aquiſgranenſe 2. canone 1. & canone 5. Wormatienſe canone 55. Romanum ſub Stephano. Tarraconenſe ſub Hormiſda in fine. Moguntinum ſub Carolo, canone 55. Colonienſe parte 7. cap. 8. Senonenſe in decretis fidei, cap. 8. & in decretis morum cap. 38. Moguntinum, cap. 17. His adde Concilia Generalia, Conſtantinopolitanum 3. cap. 7. qui canon eſt unus ex illis novem, qui adſcribuntur in ſexta Synodo Generali, quæ fuit Conſtantinopolitana 3. ut notat Bellarminus in lib. recognitionum, in recognitione libri de Confirmatione, & notatur etiam in ſecundo tomo Conciliorum in nova editione, & Concilium Conſtantienſe, & Florentinum, & Tridentinũ, quæ jam adduximus.

7. Patrum, Tertiò eandem traditionem accepimus à Patribus ab initio Eccleſiæ tam Græcis, quàm Latinis. Ex Græcis tradiderunt

Græcorum, Dionyſius de Eccleſiaſtica Hyerarchia, parte 2. cap. 4. Clemens Alexandrinus apud Euſebium, lib. 3. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 17. Origenes homilia 8. in Leviticum. Iuſtinus Martyr lib. quæſtionum, quæſt. 137. Nazianzenus oratione in Pentecoſtem, & oratione in ſanctum Baptiſma; Amphilochius, in vita ſancti Baſilij. Theodoretus in caput primum Canticorum. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. Damaſcenus lib. 4. fidei, cap. 10. & ex poſterioribus Græcis, Oecumenius in caput 6. ad Hebræos; Simeon Theſſalonicenſis, dum agit de hoc Sacramento, Nicolaus Cabaſilas in 3. oratione de vita in Chriſto, & oratione 4. Aliquorum ex his verba refert Bellarminus dicto lib. 2. cap. 5. Ex Latinis, Tertullianus lib. de Reſurrectione, & lib. de Baptiſmo, & lib. de Præſcriptionibus, Cyprianus lib. primo, Epiſt. ultima, & lib. 2. Epiſt. 1. & Epiſt. ad Iubaianum. & in ſermone de operibus Cardinalibus, qui Cypriano tribuitur, Euſebius Emiſſenus in ſermone de Pentecoſte, Prudentius in Hymno ante ſomnum, & in Apotheoſi, & in Pſichomachia. Pacianus in lib. de Baptiſmo, qui habetur tomo primo, lib. 3. Bibliothecæ veterum Patrum, & in Epiſt. 1. ad Simplicianum, Ambroſius lib. 3. de Sacramentis cap. 2. & lib. de his, qui initiantur, cap. 7. & lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 6. Hieronymus loco citato, Auguſtinus lib. 15. de Trinitate, cap. 26. & tract. 6. in Epiſt. Ioannis. & locis citatis cap. præcedenti, Beda lib. 6. in Lucam, cap. 22. Adde poſteriores, Iſidorum, Rabanum, Amalarium, Hugonem, & alios, qui de officijs Eccleſiaſticis ſcripſerunt, & Latinorum.

runt, & Bernardum in vita Sancti Malachiæ, cap. 22. & 23.

8. Et probatur ratione. Accedit etiam rationum authoritas, quarum prima eſt. Quia tria requiruntur ad rationem Sacramenti, etiam ex hæreticorum ſententia. Primum eſt promiſſio infallibilis gratiæ. Secundum eſt mandatum de exequendo, quo jubeatur miniſtrari. Tertium eſt ſignum ſenſibile cum verbo, quo medio applicetur promiſſio. At hæc tria reperiuntur in Confirmatione; Ergò eſt Sacramentum. Minorem probo. Quia in primis gratia promiſſa Ioannis 14. 15. & 16. Lucæ ultimo, & Actorum primo; ubi Dominus Spiritum Sanctum Apoſtolis promiſit, & dicam cap. ſequenti.

Tria requiruntur ad Sacramentum. 1. Promiſſio gratiæ. 2. Mandatum uſus. 3. Signum viſibile. Quæ in conf. eſt videre.

Eſt etiam mandatum, quod conſtat ex ipſa Apoſtolorum exequutione; nec enim exequutioni mandarent cum tanta confidentia Sacramentum Confirmationis, ut videbimus cap. ſequenti, niſi mandatum haberent à Chriſto Domino.

Denique eſt ſignum ſenſibile, tam ex parte materiæ, quæ eſt Vnctio, quàm ex parte formæ, quæ eſt illa, *Signo te ſigno Crucis &c.* aut æquivalens, ut dicam poſtea Parte ſecunda.

9. Secunda ratio. Secunda ratio deſumitur ex optima congruentia, quam adducit Divus Thomas in articulo primo, quæ in hanc formam reducitur. Speciale Sacramentum conſtituendum eſt, ubi eſt ſpecialis effectus gratiæ; ſiquidem Sacramenta ordinantur ad ſpeciales gratiæ effectus. Sed eſt ſpecialis effectus gratiæ, ad quem deſerviat confirmatio. Ergo eſt ſpeciale Sacramentum Confirmationis. Minorem probat Divus Thomas ex analogia vitæ ſpiritualis, & corporalis. Nam in vita corporali eſt motus, quo homo accipit vitam; & eſt etiam diverſus motus augmenti, quo homo perducitur ad perfectam ætatem. Similiter in ſpiritualibus eſt vita ſpiritualis, & ejus augmentum: vitam accipit regeneratus in Baptiſmo; at in Confirmatione accipit quaſi perfectam ætatem ſpiritualis vitæ. Ergò eſt ſpeciale Sacramentum Confirmationis.

Sacramentum ſpeciale, ubi ſpecialis effectus gratiæ.

Eſt autem analogia inter vitam ſpiritualem & corporalem.

Prioris cõfert .q. perfectam ætatem confir. matio.

Et confirmatur in primis teſtimonio Melchiadis, quod adducit Divus Thomas in corpore articuli, ibi, *In Baptiſmo regeneramur ad vitam; poſt Baptiſmum confirmamur ad pugnam: in Baptiſmo abluimur, poſt Baptiſmum roboramur.* Rurſus confirmatur ex eo, quòd ſæpè Sacramentum Confirmationis appellatur *perfectio Baptiſmi.* Quòd iſto tribuatur ſpiritualis vita; hoc verò robur, & augmentum, quo perficitur vita accepta per Baptiſmum, & roboratur fides in Baptiſmo accepta. Sic Melchiades in eadem Epiſt. ibi, *Manus impoſitio & Confirmatio ad Baptiſmi perfectionem pertinet.* Concilium Illiberritanum dicto canone 77. *Epiſcopus eos*, ſcilicet baptizatos, *per benedictionem perficere debebit*, quaſi non dum perfectus Chriſtianus ſit ſine Confirmatione; utpote deſtitutus virtute, & fortitudine quâ fideles Sacramento Confirmationis

Probatur auct. Melch.

Hinc vocatur perfectio Bapt.

Patet ex Concil. Illiberr. Põt. & SS. PP. Hinc quoq; perfectus Chriſtianus non eſt non cõfirmatus.

mationis ad decertandum cum hoſte, minori cum diſcrimine, roborantur. Sic etiam Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 4. parte 3. divinæ generationis ſacroſanctam perfectionem appellat. Vrbanus Primus loco citato dicit per hoc Sacramentum plenè Chriſtianos inveniri. Cyprianus Epiſt. 73. citata ſcribit Baptizatos hoc ſignaculo conſummari. Ambroſius lib. 2. de Sacramentis, cap. 2. eandem Confirmationem nominat, ſpeciale ſignaculum, quod poſt fontem ſupereſt, ut perfectio fiat.

A quo conſummationem accipit.

Et quamvis per Baptiſmum dari potuiſſet gratia, qua etiam fidelis homo perficeretur in fide, quam accipit in Baptiſmo; decuit tamen hæc Sacramentorum varietas, quia diverſum beneficium eſt generari in vita ſpirituali, & augeri, & roborari, ſicut ali, ad quem effectum ponitur ſacrum alimentum Euchariſtiæ, ut explicat etiam Divus Thomas quæſtione 74. ſequenti, articulo primo, eodem diſcurſu ex Analogia vitæ corporalis, & ſpiritualis. Et confirmatur eleganti teſtimonio Cyrilli Alexandrini in Ioan. cap. 36. quod dabo infrà part. ult. & etiam alijs, quæ paſſim ſubijciam.

Potuit hæc tamen per Bapt.

Sed aliter decuit habere hanc varietatem Sacramentorum.

10. Ex quo diſcurſu colligitur, jure optimo Sacramento Confirmationis ſecundum locum datum in Eccleſia, & ſtatim poſt Baptiſmum miniſtrari ſolitum, ut latè oſtendam infrà part. ult. cum de ritu hujus Sacramenti fuerit ſermo.

Hinc meritò inter Sacram. ſecũdum locum obtinet, quod ſtatim à Bapt. dari ſolitũ

CAPVT III.

An Sacramentum Confirmationis colligatur ex ſacris litteris?

SVMMARIVM.

Hæretici, & nonnulli Catholici dicunt non exſtare in ſacris litteris, nu. 1.
Contineri in Sacra Scriptura probatur, num. 2.
Exploditur quædam hæreticorum evaſio, num. 3.
Rejicitur alia, num. 4.
Objicitur primò, diluitur, num. 5.
Objectioni ſecundæ ſatisfit, num. 6.
Examinantur nonnulla teſtimonia Sacræ Scripturæ, ex quibus alij colligunt Sacramentum Confirmationis, num. 7. 8. 9.
Colligitur eſſe de fide Sacramentum Confirmationis exſtare in S. S. num. 11.

HÆretici eo potiſſimum fundamento ducti negant 1. Sacramentum Confirmationis, quia nõ eſt aliquis in Sacra Scriptura locus ex quo colligatur ejus inſtitutio. Sed non deſunt ex Catholicis aliqui, qui, licet Sacramentum Confirmationis concedant, at non credunt extare in ſacris litteris; traditum tamen eſſe à diſcipulis Chriſti, quemadmodum Dionyſius edoctus à Divo Paulo in divinis ſuis ſcriptis tradidit. Sic cenſet Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in primo reſponſo ſuæ cenſuræ ad confeſſionem Auguſtanam, cap. 7. ſui quidem immemor, qui in eodem capite universè loquendo de ſeptem Sacra-

Negant hæretici.

Et aliqui Catholici.

Dicunt tamen habere traditione à Chriſti diſcipulis.

Sacramentis dixerat unumquodque horum myſteriorum à Sacra Scriptura ſancitum eſſe, & in 2. reſponſo ad eandem confeſſionem, cum Lutherani eo nomine reijcerent hoc Sacramentum, quod ejus ſacræ paginæ nullam mentionem fecerint, non improbat Hieremias falſum hæreticorum placitum; ſed perſuadere Auguſtanis conatur, quòd Chriſti Eccleſia ejus gratiâ proficiens, divinis dictis, & fundamentis innixa, multa adinvenit, ijſque ſeſe ornavit. Quod reſponſum ſummoperè placuit Lutheranis, qui affirmant Sacramentum hoc eſſe figmentum hominum. Favet Scotus in 4. diſt. 7. & Itbarne ejus diſcipulus, qui inſtitutionē hujus Sacramenti, teſte Soto, ex ſola traditione, non ſcriptura conſtare dicit.

2 Sed aff. ſent tenenda eſt.

Cæterùm abſque ulla dubitatione tenendum eſt, Sacramentū Confirmationis colligi efficaciter ex Sacra Scriptura, adjuncta Patrum communi expoſitione. Sic docent Catholici Doctores, neque legi qui diſſentiret exceptis hæreticis. & illo Patriarcha. Vt hanc veritatem probem, in hanc formam diſpono argumentum. Chriſtus Dominus Apoſtolis promiſit Spiritum Sanctū; & non tantùm illis, aut etiam alijs, qui cum illis convivebant, ſed perpetuò donandum in Eccleſia ad roborandos, & illuminandos, & fidem publicè proteſtandam, hoc conſtat ex Ioannis 14. ibi, *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum*: & c. 15. & 16. *Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero mittam eum ad vos*; & Lucæ ultimo, *Vos autem ſedete in civitate, quoad uſque induamini virtute ex alto*; & Actorum primo, *Conveſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed exſpectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, inquit, per os meum quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizamini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies.*

Probatur quia Chriſtus promiſit Spir. S. non tantū Apoſtolis, & conviventibus. Sed Eccleſiæ.

Atque hanc Spiritus Sancti promiſſionem non pertinuiſſe tantū ad Apoſtolos, ſed ad omnes, teſtatur Sanctus Petrus Actorum 2. ibi, *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. Vobis enim eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & omnibus qui longe ſunt.* Et idem indicat ipſum teſtimonium Ioelis 2. quo utitur Petrus, *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*: quod in hoc ſenſu intellexit etiam Melchiades Epiſt. citata. Rurſus, certum eſt hanc promiſſionem Spiritus Sancti quoad Apoſtolos impletam eſſe in die Pentecoſtes, cum in forma viſibili deſcendit ſuper eos Spiritus Sanctus Actorum 2.

Quod in Apoſtolis implevit die Pentec.

Præterea etiam certū eſt Spiritum Sanctum datum Apoſtolis ad aliquem effectum peculiarem diſtinctum ab effectu Baptiſmi, ſcilicet, ut roborarentur in fidei confeſſione. Nam jam baptizatis dictum eſt, *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*, Lucæ ultimo. Receperant ergò jam Apoſtoli proprium effectū Baptiſmi,

Datio aut. Spir. S. habet effectū alium ab effect. Bapt. ſcil. roborationem.

 & ex

& ex conſequenti ad alium ſpecialem effectum, ſcilicet, roborationis, & promiſſus eſt, & datus Spiritus Sanctus.

Ad quam etiam nobis promiſſus.

Tunc ſic. Ergò etiam ad eundem effectum nobis promiſſus eſt Spiritus Sanctus; quandoquidem non ſolùm Apoſtolis, ſed etiam nobis omnibus eſt promiſſus, ut dictum eſt; & ex cõſequenti dandus aliquando ſigno aliquo determinato, aut certâ, & determinatâ viâ, per quam conſtaret nobis eam promiſſionem impleri. Hoc autem fuit impoſitio manuum Apoſtolorũ, qua ſignificatur hoc Sacramentum Confirmationis.

Dandus ſigno determinato.

Scilicet impoſitione manuum.

Idque liquidum eſt ex ipſorũ Apoſtolorum facto, Actorum 8. ubi legimus, quod *Apoſtoli cum audiſſent, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent ſpiritum ſanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed Baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum.* Similia habentur Actorũ 19. Nam Paulus Epheſios Baptizatos tantùm Baptiſmate Ioannis baptizari curavit in nomine Domini IESV; & cum impoſuiſſet illis manus, venit Spiritus Sanctus ſuper illos. Indicari autem eo loco ea manuum impoſitione Sacramentum, quod nos vocamus Confirmationem, quæ ad eundem effectum ſucceſſit in Eccleſia, docet communis Eccleſiæ ſenſus.

Qua ſignificatur Sacram. Confirm.

Nam plerique Patres, & Pontifices, ex eo colligunt, Sacramentum Confirmationis à ſolis Epiſcopis conferendum, quia ſolum legitur in Actis Apoſtolorũ collatum ab Apoſtolis. Sic Euſebius Primus Epiſt. 3. Innocentius Primus Epiſt. prima ad Decentium, capit. 3. Ioannes Tertius in Epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ citans Damaſum, & Leonem. Innocentius Tertius cap. unico, de Sacra Vnctione §. penultimo. Et ex Patribus Cyprianus Epiſt. 73. Hieronymus Dialogo 3. contra Luciferianos. Chryſoſtomus Actorum 8. Auguſtinus lib. 15. de Trinitate, cap. 10. Emiſſenus Oratione in Pentecoſten, quibus adde Iſidorum, Alcuinum, Rabanum, Strabonem, Hugonem, qui de officijs Eccleſiaſticis ſcripſére, & denique poſteriores omnes, quibus adde Eugenium Quartum in Decreto de Sacramentis § *ſecundum Sacramentum eſt Confirmatio*, & Concilium Moguntinum ſub Paulo III. cap. 17. & Senonenſe in Decretis fidei, cap. 10. & in Decretis morum, cap. 38. ut dicam infrà, cum agam de miniſtro part. 4. An autem Apoſtoli uſi tunc fuerint materia Sacramenti Confirmationis, dicam poſtea parte 2.

Nec verò dici poteſt illic ſignificari tantùm quandam cæremoniam, quâ Apoſtoli fidem credentium approbarent ea impoſitione manuum, non verò poteſtatem aliquam conferendi Spiritum Sanctum, ut Hæretici mentiuntur. 3.

Quod negant Hæretici. Dicentes fuiſſe tantũ approbationem fidei.

Tum quia non eſt credibile ad eam

ad eam tantum cæremoniam approbationis miſſos eſſe Principes Apoſtolorum Petrum, & Ioannem: ad id enim mitteretur Philippus Diaconus; qui tamen (ut Patres citati docent) dare non potuit Spiritum Sanctum; quia Diaconus tantùm erat, non Epiſcopus.

Tum etiam Apoſtolorum exercitium poteſtatis in ea manuũ impoſitione indicant illa verba quæ ſequuntur Actorum 8. *Cùm vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus.* Vbi notanda particula, *per*, poſita à Luca, & nõ à Simone, quæ cauſalitatem denotat. Et additur; *Et obtulit eis pecuniam dicens; date mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum.*

Nec reſponderi poteſt Simonem ineptè agnoviſſe poteſtatẽ, & fuiſſe deceptum, nam Petrus illum increpans inquit; *pecunia tua tecum ſit in perditionem quoniam donum Dei exiſtimaſt. pecunia poſſe obtineri* Quibus verbis, licet reprobaverit quod pecuniâ emere voluerit Simon, probavit tamẽ Petrus, & poteſtatem eſſe, & eam eſſe donum Dei, ut ſcilicet per impoſitionem manuum acciperent Spiritum Sanctum. Quę etiam verba planè reijciunt, quę de cæremonia dicunt hæretici. in quam non cadunt verba Petri; neque enim exercitium illius cæremoniæ diceretur donum Dei, quod pecuniâ obtinendum eſſet.

Cum poteſtas imponendi &c. fuerit donum Dei.

Tum denique, quia ut ex eo loco, & etiam ex verbis Simonis conſtat, ea manuum impoſitio certum erat ſignũ donandi Spiritus Sancti. At Apoſtoli ea cæremonia tamquam certo ſigno accipiendi Spiritum Sanctum nunquam uti auderent, niſi certi de divina promiſſione à Chriſto facta.

Et impoſitio certum eſſet S. Sp dandi ſignũ.

4. Nec rurſus dici poteſt eam manuum impoſitionem ſolum deſervire ad poteſtatem miraculorum, & gratias gratis datas, quæ tunc aliquo ſigno viſibili conferebantur; non verò ad ſanctitatem internam conferendam (quod etiam eſt hæreticorum effugium) refellitur enim manifeſtè ex Sacra Scriptura, & ex doctrina Patrum.

Non ſolum poteſtatis mirac. & gratiarum gratis dat.

Hæreticorum effugium.

In primis, quia numquam in Sacra Scriptura aliquis legitur accepiſſe Spiritum Sanctum ſine gratia.

Quia nemo legitur accepiſſe Spir. S. ſine gratia, benè tamẽ feciſſe miracula.

Tum etiam quia Matthæi 7. improbi homines dicuntur ediſſe miracula, in quibus tamen non dicitur fuiſſe Spiritus Sanctus.

Tum etiam quia in communi modo loquendi Sacræ Scripturæ Spiritus Sanctus non ſignificat poteſtatem miraculorum, ſed gratiam ſanctificantem, & internam, ut conſtat ex illo Sapientiæ primo, *ſapientia non habitabit in corpore ſubdito peccatis*; & ex illo Lucæ, *Baptizabimini ſpiritu ſancto*; & alibi ſæpè.

Nec hoc Spir. S. ſignificat in Script.

Tum etiam, quia de Gentilibus fidelibus, in quos deſcendit Spiritus Sanctus, dixit Petrus Actorum 10. *ſpiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos.* At Apoſtoli acceperunt Spiritum Sanctum non tantum ad diverſa genera lingua-

Qui & datus Gentilibus fidelibus ſicut Apoſtolis.

linguarum, & miracula, ſed etiam ad roborandos animos, juxta illud, *Induamini virtute ex alto.* Et Actorum 1. *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus Sancti in vos.*

Tum etiam, quia Iudæi comitantes Petrum dixerunt Actorum 10. *Ergò & in nationes gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt?* Ergò non tantùm linguarum, & miraculorum facultas; ſed etiam interior gratia, quæ Deo hominem commendat, data eſt.

Qui dabat quodlibet qualibet lingua loqui, & eructare divina magnalia .q. plenos Sp. Dei.

Tum præterea, quia illi, qui Spiritum Sanctum accepiſſe dicuntur, non tantùm quodlibet in quavis lingua loquebantur; ſed quaſi divino Spiritu pleni eructabant Dei magnalia, ſicut Actorum 2. 10. & 19. de Apoſtolis, & Cornelio, & Epheſijs dicitur. Ergò accipiebant inſigne aliquod augmentum gratiæ.

Gratiæ autem gratis datæ non omnibus dantur.

Tum rurſus, quia gratiæ gratis datæ ad miracula, & ſimilia dividuntur à Spiritu, prout vult, & non omnibus dantur. At Spiritus Sanctus promiſſus omnibus fuit, ut dictum eſt.

ſed gratiam internam.

Tum denique, quia communis Patrum ſenſus de gratia interna intellexit. Nam Concilium Laodicenum, Tertullianus, Ambroſius locis citatis docent fuiſſe, *Ad participationem regni cœleſtis.* Cyprianus Epiſt. 73. *Vt eſſent uncti Dei, gratiamque in ſe habere poſſent,* & Epiſt. 70. & 72. *Vt eſſent plene ſanctificati Filij Dei, & renati utroq; ſacramento,* Baptiſmo nimirum, & Confirmatione. Auguſtinus lib. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 16. ſcribit Spiritum Sanctum, per manus impoſitionem dari, idem eſſe, quod à Paulo dictum eſt, charitatem Dei diffundi in cordibus noſtris; & tractatu 6. in Epiſt. Ioannis, impoſitione manuum accipi Spiritum Sanctum, dicit, non quia loquerentur linguis varijs, nunc enim non loquuntur, inquit Auguſtinus, ſed quia charitatem accipiunt. & in ijs quæ ſubjungit, & quæ ſcribit in citato cap. 16. hanc hæreticorum ſolutionem validè, & multis confutaverat; ubi etiam rationem reddit, cur collatio Spiritus Sancti in forma viſibili nunc ceſſaverit, quod fuit aliud hæreticorum argumentum.

Idem ſunt Sp. S. dari, & charitatē diffundi &c.

Cur non amplius fiat formâ viſibili.

5. Sed obijci poteſt non rectè colligi, ex eo loco Actorum, Sacramentũ Confirmationis. Quia ibi dicitur accepiſſe illos Spiritum Sanctum per manus impoſitionem, & nulla fit mentio Chriſmatis. Ergò quamvis detur eâ impoſitione manuũ, collatum eſſe Spiritum Sanctum, & gratiam internam, non ſequitur illam eſſe idem cum Sacramento Confirmationis, quod Chriſmatis Vnctione perficitur; cum tã diverſa cæremonia ſit. Hoc argumentum eam difficultatem petit. An Apoſtoli in hujus Sacramenti miniſtratione uſi fuerint Chriſmate, & Vnctione? de ea tamen dicemus commodius parte ſequenti, cùm de materia hujus Sacramenti fuerit ſermo.

6. Rurſus obijci poteſt Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap 17. qui inquit Vnctionis Chriſmatis nullum extare ſermonẽ ſcriptũ,

ſed ex

ſed ex arcana doctrina non ſcripta haberi. Verùm, ut cœpi dicere ſuprà cap. 1. hoc teſtimonium ſancti Baſilij, ſi attentè conſideretur, non intelligitur de Vnctione Chriſmatis, quæ fit in Sacramento Confirmationis; ſed de Vnctione Olei cathecumenorum, quæ adhibetur ante Baptiſmum, dum ungitur ille qui baptizandus eſt. Hæc enim Vnctio reverà nō habetur in Sacra Scriptura, ſed ex non ſcripta traditione derivata eſt.

Vnctio olei Cathechumenorum habetur ſolum traditione.

7. Sed præter hæc teſtimonia producta ex Actis Apoſtolorum, etiam ſolent afferri alia teſtimonia Sacræ Scripturæ ad probandum Sacramentum Confirmationis, quæ percurremus breviter, ut intelligatur quam efficacitatem habeant. Primò adducit Alexander Peſſantius in hac qu. diſp. 1. illud ex Paulo 2. Corintheorum 1. *Qui autem confirmat vos in Chriſto, & qui unxit nos Deus, qui & ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.* Verbo enim *ungendi* ſignificatur materia proxima hujus Sacramenti; & verbo *ſignandi*, & *dandi pignus ſpiritus*, ſignificatur uterque effectus Confirmationis, ſcilicet character, qui eſt ſignum indelebile, & gratia ſanctificans; & ſimiliter verbo *confirmandi* denotatur etiam effectus gratiæ actualis, ſive auxiliorum, quæ in hoc Sacramento conferuntur. Nam gratia hujus Sacramenti roborat ad confeſſionem fidei. In hunc ſenſum exponit locum iſtum Ambroſius lib. *de his qui initiantur*, cap. 7. videtur etiam favere Theodoretus, & Primaſius, & Oecumenius in eum locū Pauli, & Hieronymus ibidem, qui verbum, *ſignavit*, interpretatur, *Spiritu Sancto, vel Chriſmate.* Et ex recentioribus ita accipit locum iſtum Cornelius in idem caput, numero 20.

Vox, ungere, ſignificat materiam prox.

Signare, dare pignus, effectum charact. & gratiæ ſanctif.

Confirmare gratiæ act.

Cæterùm quamvis ea expoſitio probabilis ſit, quam aliqui Patres amplexati ſunt; at non eſt communior ejus loci intelligentia; nam multi *confirmandi* verbum intelligunt de Confirmatione per gratiam, & fidem, ſive ea detur in Sacramento, vel extra. Quam expoſitionem amplectuntur ex Patribus Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophilactus, Hieronymus, Oecumenius, & Sanctus Thomas in idem cap. Pauli lectione 5. Et ex recentioribus Interpretibus eam probat Alphonſus Salmeron in idem cap. diſput. 3. ad 8. Guillelmus Eſtius, Cornelius, & Iuſtinianus in Paulum.

Sed non cōmunius, quia confirmare denotat ſubinde gratiā, & fidem extra Sacram. dare.

Illud etiam verbum *unxit nos* multi intelligunt de Vnctione per gratiam. Sic prædicti Patres, & recentiores.

Vngere, gratiam.

Verbum etiam *ſignavit nos*, nonnulli ex citatis explicant de ſignatione per gratiam, qua diſcernuntur probi ab improbis.

Sicut &, ſignare.

Alij de obſignatione per Spiritus Sancti dona, & gratias gratis datas. Sic Eſtius.

Quod etiā ſubinde gratias grat datas.

Alij de obſignatione per characterem, ſic Sanctus Thomas dicta quæſt. 63. art. 1.

Alij de obſignatione per auxilium efficax. Sic Iuſtinianus.

Et auxiliā efficax & Signū crucis.

Alij denique de obſignatione, per ſ-

per ſignum Crucis. Sic Anſelmus, & Divus Thomas lect. 5. citata, quamvis amplectatur etiam interpretationē de ſigno per gratiam. Quare non inde probatur efficaciter, quod docuit etiam Suarez dicta qu. 63. art. 1. in Commentario art.

Secundò adducit Heredia teſtimonium ex Paulo ad Epheſios primo in loco ſuprà citato: *In quo, ſcilicet Chriſto, credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* Et cap. 4. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.*

Signari Sp. S. ſignificat Sacramentum Conf.

Hæc enim duo teſtimonia videntur accipi de duobus Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet, & Confirmatione. Nam Spiritus Sanctus promiſſus datus eſt poſt Baptiſmum; & dicitur etiam datus in die redemptionis, hoc eſt, Baptiſmi, quia ſimul cum Baptiſmo confirmabant Apoſtoli. Id quod antea dixerat Oecumenius, ſcribit enim: *ſignaſſe nos in Baptiſmate*, quo indicat etiam Sacramentum Confirmationis, ut explicabo ſtatim. Ita hoc ultimum teſtimonium intelligit Eſtius in eodem cap. & in 4. ſentent. diſt. 7. §. 3. cùm tamen primum locum de ſignatione per Spiritus Sancti effuſionem, & per gratias gratis datas explicuiſſet.

Attamen non apud omnes. Apud aliquos enim [illegible], & [illegible].

At quamvis probabilis expoſitio ſit ea, quæ hæc teſtimonia de Sacramento Confirmationis interpretatur: attamen non eſt convincens. Nam communis etiam, & non una apud Patres explicatio eſt: qua plerique de ſignaculo per gratiam, & charitatem explicant, quo ſecernuntur boni à malis, quæ communior expoſitio eſt. Sic Chryſoſtomus, Hieronymus, Theodoretus, & cum Ambroſio Divus Thomas in Epiſt. ad Epheſios, lectione 5. & lectione 10. & idē S. Thomas dicta qu. 63. art. 2. Anſelmus, & Haymo. Quam etiam interpretationem ſequitur Salmeron, qui primum teſtimonium Pauli de gratia ſe per bona opera oſtendente interpretatur, diſp. 4. ad 3. Sequitur etiam Cornelius in dicto cap. 1. Et idem Salmeron diſp. 11. ad 11. de gratia ſanctificante exponit ſecundum teſtimonium, & Iuſtinianus ad Epheſios 1. explicat de gratia juſtificante; quamvis id quod habetur ad Epheſios 4. explicet de obſignatione in Baptiſmo per characterem, quod etiam amplectitur Salmeron dicta diſp. 11. ad 11.

Et ſe per bona opera oſtendentē.

Et characterem Bapt.

Tertiò adducitur ab Heredia in repetitione de hoc Sacramento in cap. *Spiritus Sanctus*, de Cōſecratione, diſt. 5. part. 2. dub. primo teſtimonium ex primæ Ioannis 2. *Sed vos Vnctionem habetis à ſancto illo, & noſtis omnia.* Quæ verba de Vnctione Chriſmatis accipit Oecumenius, dicit enim ibi: *Sacram Vnctionem per ſanctum Baptiſma accepiſtis, & per hunc divinum Spiritum, qui nos ducit in omnem veritatem.* 9.

Vbi obſervandum eſt Oecumenium dicere Vnctionem per Baptiſmum accipi, eo quod in Baptiſmo exhiberetur, etiam Confir-

Cum quo olim Cōfirm. dabatur.

Confirmatio, ut ſæpè dictum eſt, & Græci Patres, dum de Baptiſmo verba faciunt, Confirmationis effectus pariter explicant. Nec enim per aliam Vnctionem in Baptiſmate accipitur Spiritus Sanctus, ſiquidem, quæ antecedit Baptiſmum, cathecumenorum eſt; quæ verò ſubſequitur, eſt Confirmationis ſecundùm morem Græcorum. Ablutio autem Baptiſmi, per quam etiam datur Spiritus Sanctus, non vocatur propriè Vnctio. Vnde Cornelius, & Lorinus decepti in alium ſenſum referunt Oecumenium. Quod etiam pro alijs Græcis Patribus obſervandum eſt, cùm de Baptiſmo loquuntur.

Vnctione quippe Bapt. non dabatur Sp. Sanct.

Cujus ablutio non dicitur Vnctio.

Nec diſſimiliter intellexit eadem verba multo antea Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 3. & verba, quæ ſequuntur in eadem Epiſt. *Vnctio, quam vos accepiſtis ab eo, manet in vobis.* Sic etiam accipit ea verba Athanaſius in Epiſt. ad Serapionem, cujus initium eſt, *Literæ tuæ ſanctiſſimæ affectus datæ ſunt mihi in eremo.* Quam expoſitionem amplectantur etiam Turrianus pro Epiſt. Pontificū, cap. 18. & Bellarminus lib. 2. de Confirmatione cap 5. & 8. & Cornelius in hunc Ioannis locū. Favet etiam aliquantulum Iuſtinianus ibidem; licet enim cenſeat Ioannem non propriè indicare Sacramentum hoc, dicit tamen ad illud alludere.

Probabilis quidem interpretatio, ſed non concludens. Nam Hieronymus in cap. 3. Habacuc, & Cyrillus Alexandrinus in Oratione ad Presbyteros, & Diaconos, nomine Vnctionis, Baptiſmum intelligunt, in quo ungimur etiam in vertice capitis. Et Manuel Sa intelligit Chriſtianiſmum; Lorinus gratiam juſtificantem cum dono intellectus; alij fidem Chriſtianā: & Iuſtinianus loco citato gratiā ſanctificantem.

Sæpe tamē Bapt. Vnctio dicitur

Propter Vnctionē verticis Vnctio etiam ſignificat Chriſtianiſmum, gratiam, donū intell. fidē.

10. Denique adducitur ab alijs teſtimonium ex Paulo ad Hebræos 6. ubi inter doctrinę Chriſtianæ rudimenta poſt Baptiſmū proximè enumerat, *Impoſitionem manuum.* Hoc teſtimonio utitur Eſtius in 4. diſt. 7. §. 2. Et quidem teſtimonium hoc majori cū probabilitatis ſpecie adducitur ad probandum Scramentum Confirmationis. Nam de illo intelligunt plerique Patres tam Græci, quàm Latini, & recentiores Interpretes, ſic Gloſſa interlinearis, & ordinaria, Chryſoſtomus, Ambroſius, Theophilactus, Oecumenius, & Gennadius apud eundem, Anſelmus, & Sanctus Thomas in idem c. 6. lect. 1. Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, Caietanus, Adamus, Ioannes Arboreus, Eſtius in idem cap. ubi dicit eſſe communem ſenſum, & Græcorum, & Latinorum Patrum, Titelmannus, Cornelius, & Franciſcus Ribera; ſolumque legi duos vel tres Interpretes, qui diſſentirent, ſcilicet, Salmeronem, qui diſp. 14. in Epiſt. ad Hebræos ad 2. intelligit de impoſitione manuum ſuper catechumenos, & Energumenos ad expellendos Dæmones: quam ſequitur Iu-

Impoſitio manuum ſignificat Conf.

Quamvis ab aliquibus intelligatur catechumenorum;

 ſtinianus

Iuſtinianus, qui etiam de impoſitione manuum ſuper Catechumenos interpretatur; Ambroſius quoque Catherinus de impoſitione manuum in ordinis Sacramento explicat. Sed qui ſunt iſti tot luminibus circumfuſi?

Vel in ordine adhiberi ſolita.

II. Ex dictis colligitur eſſe ferè certum de fide Sacramentum Confirmationis extare in ſacris literis; quia expreſsè docet Eugenius Quartus in Decreto de Sacramentis §. *primum Sacramentum.* Quare non videtur reprehenſione carere Scotus, quem ſequuntur nonnulli Scotiſtæ, qui in 4. diſt. 7. quæſt. 1. docere videtur inſtitutionem hujus Sacramenti eſſe à Chriſto factam, nō conſtare ex Sacra Scriptura, ſed haberi ex doctrina à Patribus, & ab Apoſtolis accepta.

Sacram. Confirmationis ex tare in ſcrip fide ferè certum.

Hinc reprehenſione dignus Scot.

CAPVT IIII.

Quando Sacramentum Confirmationis ſit à Chriſto inſtitutum.

SVMMARIVM.

Proponuntur diſcutienda, num. 1.

Quidam negant à Chriſto inſtitutum, num. 2.

Alij dicunt inſtitutum in genere, nu. 3.

Sacramentum Confirmationis à Chriſto immediatè inſtitutum, ut certum de fide probatur, num. 4

Specialis probatio de hoc Sacramento num 5.

Inſtitutam Confirmationem, quando Chriſtus parvulis manus impoſuit quidam dicunt, & explicatur, num 6.

Inſtitutam in die Pentecoſtes alij ſentiunt, & explicatur, num. 7.

In nocte cœnæ inſtitutam alij docent; duo eius opinionis ſenſus, num. 8.

Primus ſenſus defenditur à quorundam impugnatione, num. 9.

Poſterior ſenſus, qui eſt D. Thomæ defenditur ab alijs argumentis, num. 10.

Inſtitutam Confirmationem poſt reſurrectionem aliorum ſententia eſt, duobus modis intelligitur. Primus tribuitur Scoto. Sed ab eo defenditur, num. 11

Secundus ſenſus proponitur, & probatur à ſuis DD. qui contendunt perfectè inſtitutam confirmationem poſt Reſurrectionem, nu. 12.

Alij potiſſimum, & omninò inſtitutã poſt Reſurrectionem probant, & adducuntur argumenta num. 13.

Impugnatur præcedens opinio, n. 14.

Explicatur Tridentinum, quod obſtare videtur, num 15.

Colligitur quæ ſit abſolutè verior ſententia, num. 16.

Nonnullæ quæſtiones remittuntur, num. 17.

DVo ſunt, quæ in hujus dubij titulo involvuntur. 1.
Primum eſt, an Sacramentum hoc ſit inſtitutum à Chriſto. Secundum verò, quo tempore fuerit inſtitutum. De utroque enim eſt inter Doctores controverſia.

2. Quod ad primum attinet, non ſolùm hæretici, ſed aliqui etiam ex Catholicis negant hoc Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum fuiſſe. Hæretici quidem à Melchiade Pontifice ſtatutum dicunt; at Alexander Alenſis parte 4. quæſt. 9. n. 2., & Bonaventura in 4. diſt. 7. art. 1. & 2. dicunt ſtatutũ fuiſſe in Con-

Quidam negant à Chriſto inſtitutum, cum Cath. cum Hær.

Sed vel à Melch. Papa vel Côc. Mel.

in Concilio Meldenſi; fatetur enim Alenſis non omnia Sacramenta à Chriſto inſtituta, ſed vel ab Apoſtolis, vel ab eorum ſucceſſoribus.

Sed falsò, cum ante Conc Mel. celebratum an, 845.

Hæc tamen ſententia, præterquam quod gravi cenſura digna eſt, ut ſtatim dicam, omni veritate deſtituitur. Quia primum Concilium Meldenſe celebratū eſt in Eccleſia ſub Sergio Pontifice anno 845. Conſtat autem ex dictis dub. 2. complures antea Pontifices, & Patres per præcedentes annorum centurias mentionem Sacramenti Confirmationis feciſſe. Quo eodem

Et Melchiad.

argumento refelluntur illi, qui ad Melchiadem referunt hujus Sacramenti inſtitutionem; cùm Pontifices Melchiade antiquiores Sacramenti Confirmationis

Mentio hujus ſæpe facta ſit.

meminerint, ſcilicet Clemens Romanus, Vrbanus, Fabianus, Cornelius, & Euſebius, quos retuli cap. 2. Non ergò potuit inſtitui a Melchiade. Quare hîc opinionem Gregorius de Valentia diſp. 5. generali q. 1. punct. 1. vocat erroneam, & hæreticam, quod magis conſtabit ex dicendis.

3.

Alij affirmant, at ſolum in genere.

Præterea alij, etſi à Chriſto Domino inſtitutum dicunt Sacramentum Confirmationis; cēſent tamen inſtitutum in genere, ſcilicet, ut eſſet hoc Sacramentum, & qualis effectus per illud conferendus eſſet; at materiam,

Non determinando mater. nec form.

& formam reliquiſſe poſtea ab Eccleſia determinandam, atque ideò putant Apoſtolos primùm confirmaſſe per manus impoſitionem tantùm, & deinde ex eorum ordinatione ſucceſſiſſe in ejus locum ſacram Vnctionem.

Hoc Eccleſiæ relicto.

4.

Certa ſent. qua dicitur Chriſtum immediatè, & determinatè inſtituiſſe; quod videtur diffinitum.

Nihilominus certum eſt hoc Sacramentum inſtitutum eſſe à Chriſto proximè, & immediatè, & non tantùm in genere, ſed etiam determinando formam, atque materiam, quæ eſt communis ſententia ferè Scholaſticorum omnium cum Divo Thoma in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1. ad 1. in ſolut. 1. & in hac qu. art. 1. ad 1. Quæ ſententia definita videtur in Concilio Tridentino ſeſſione 7. canone 1. de ſacramēto in genere, ubi dicitur, *ſi quis dixerit ſacramenta novæ legis nō fuiſſe omnia à Chriſto inſtituta, Anathema ſit.* Quem Canonem non tantùm intelligendum eſſe de inſtitutione remota, ſcilicet per Apoſtolos, vel ſucceſſores, ſed de inſtitutione immediata, & per ſe ipſum, optimè oſtendit Vaſquez tom. 2. in 3 p. diſp. 135. cap. 1. Et ejus vis breviter explicatur iſta conſideratione, quia longior diſputatio pertinet ad materiam de ſacramentis in genere.

Vt patet 1. diſcurſu generali.

Si hoc canone non definiretur Chriſtum Dominum immediatè inſtituiſſe ſacramenta, ideò eſſet, quia vel ipſe inſtituit materiam, & formam, & efficaciā ſacramenti; alijs verò reliquit, uſum deſignandum. At hoc modo etiam proximè diceretur inſtituiſſe, cùm ſacramentum in materia, forma, & efficacia conſiſtat, non in uſu, & tempore.

Quia aliter inſtituiſſe debet Sacramenti materiam &c.

Vel quia ordinariæ Eccleſiæ poteſtati committeret, ut efficaciam, materiam, & formam ſacramenti ordinaret, & ipſe Chri-

ſtus ex eo-tempore cenſeretur approbare. At ſic non magis Chriſtus inſtituiſſe diceretur ſacramenta, quàm ſacramentalia, & alios ritus, quos Eccleſia ordinavit in adminiſtratione ſacramentorum, quod tamen falſum eſt Nam Concilium nunquam definit à Chriſto inſtituta ſacramentalia, quamvis Eccleſia ſua ordinaria poteſtate à Chriſto recepta inſtituerit; ſed Eccleſia dicitur inveniſſe, & Chriſtus approbaſſe, ut conſtat ex ſeſſione 7. de ſacramentis in genere, canone 13. *Si quis dixerit receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus &c.* & ſeſſione 23. cap. 4. & 8. & canone 7. & canone 9. in quibus, & alijs locis quod ab Eccleſia inſtitutum eſt, non dixit Concilium à Chriſto inſtitutum, neque definit, ſed retineri decernitur tamquam rectè, & ritè ordinatum.

Quare à ChriſtoDomino immediatè ſacramentum hoc unà cum alijs inſtitutum, non quovis modo certum, ſed de fide eſſe exiſtimo, quod docuit Soto in 4. diſt. 7. quæſt. unica, art. 1. & cum eo communiter Doctores. Sed de hoc loco citato dictum eſt.

Et putatur de fide.

5\. Sed ſpecialiter hoc ſacramentum Confirmationis à Chriſto Domino inſtitutum, & ab Apoſtolis promulgatum Actorum 8. & 19. docet Concil. Senonenſe ſub Clemente VII. in Decretis fidei cap. 10. & in Decretis Morum cap. 38. à Chriſto primitus inſtitutum, & ab Apoſtolis receptum dicit. Et Moguntinum ſub Paulo 3. cap. 17. ſcribit hoc ſacramentum ex Chriſti inſtitutione, & Apoſtolorum praxi Eccleſiæ relictum. Id ipſum etiam probari videtur ex Clemente Romano, qui Epiſt. 4. loquens de hoc ſacramento, & ejus effectu inquit, *Vt à Beato Petro accepimus, & cæteri ſancti Apoſtoli præcipiente Domino docuerunt*; quibus indicatur Chriſtum ea ipſa præcepiſſe, quæ Apoſtoli tranſmiſerunt ad nos de hoc ſacramento ab eo edocti.

1\. ſpeciali.

Confirmatio ab Apoſtolis tradita.

Favet etiam Fabianus Epiſt. 2. cap. 1. ubi aſſerit Chriſtum in nocte Cœnæ, poſtquam pedes Diſcipulorum lavit, tradidiſſe illis doctrinam Chriſmatis, quē admodum à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt. Cujus loci integra verba dabimus infrà in hoc cap. Solùm addendum eſt, licet Chriſtus hoc ſacramentum inſtituerit, nunquā tamen illud exhibuiſſe, nam excepta Euchariſtia atque Baptiſmo, nullum aliud ſacramentum miniſtravit. Hoc tamen non obſtat, quo minus ab eo ſint immediatè inſtituta; aliud enim eſt inſtituere, aliud verò miniſtrare, & exhibere ſacramentum. Et hæc de primo.

Chriſma ejus materia à Chriſto explicata in cœna.

Eam tamen non contulit.

Sed tantū Bapt. & Euch. quia aliud inſtituere, aliud miniſtrare Sacr.

Quod verò attinet ad 2. *quando ſcilicet fuerit inſtitutum à Chriſto ſacramentum Confirmationis*, magna varietas opinionum eſt. Et nulla eſt, quæ non contineat aliquid veri. 6.

Primò ergò quidam dicunt Confirmationem inſtitutam à Chriſto, quando apud Matthæū, cap. 19. imponebat manus infantibus,

1 Sententia dicit inſtitutum ubi Chriſtus manus impoſuit.

Matth. 19

tibus, & parvulis. Quam ſententiam olim ſequutus Divus Thomas in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1. ad 1. alios quam plures authores pro hac ſententia refert Henriquez lib. 3. cap. 1. num. 5 in Commentario, litera K. & tenuit olim Bachonius in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1. & eam videtur amplecti Concilium Senonenſe in Decretis fidei cap. 10. §. de ſacramento Cõfirmationis, quod celebratum eſt ſub Clemente; inſtituiſſe enim dicit Chriſtum, cũ parvulis manus imponeret.

Reijcitur quia Bapt. præcedit Confir.

Hanc ſententiam multi reijciunt hoc argumento. Quia Baptiſmus præcedit Confirmationem: at infantes illi non erant baptizati. Ergò nec tunc confirmati. Probatur conſequentia, quia quamvis Chriſtus per poteſtatem excellentiæ poſſet confirmare ante Baptiſmum; id tamen non eſt aſſerendum feciſſe Chriſtum ſine gravi cauſa, quæ eo loco non extat: & aliàs etiam nõ decebat, ut alicui daretur Spiritus Sanctus, antequam glorificaretur Chriſtus. Id quod dicitur Ioan. 7. *Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus*, hoc eſt, non datus Spiritus Sanctus in ea plenitudine, cum qua datur in ſacramento Confirmationis; vel ad intrepidè, & audacter ſubeundam mortem pro fide, ante Chriſtum glorificatum. Similiter etiam non decuit aliquem confirmari ante Apoſtolos.

Quamvis fuerit figurata per hãc Chriſti cæremoniam.

Verùm hæc argumenta concludunt quidem, ea impoſitione manuum Chriſti ſuper parvulos non fuiſſe illos confirmatos: at non impugnant eam opinionẽ, ſi intelligatur non de inſtitutione in re ipſa, ſed in figura, & ſymbolo, quaſi illa impoſitio manuum Chriſti fuerit umbra quædam hujus ſacramenti. In quo ſenſu explicat eam ſententiã Philippus Gamacheus in hac qu. 72. cap. 7. & olim Paludanus in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1. & illi rationi reſponderat etiã olim ſufficienter idem Bachonius loco citato.

7. 2. Sent. Quod in die Pent.

Secundò alij dicunt hoc ſacramentum inſtitutum à Chriſto in die Pentecoſtes, quando deſcendit Spiritus Sanctus in Diſcipulos Actorum 2.

Quod reijcitur quia Sacramẽta novi Teſtamenti, & redemptionis noſtræ ſunt pars præcipua.

Sententiam hanc eo argumẽto reijcit Ægidius in hac quæſt. & a. dub. 2. Quia noſtræ redemptionis, & Novi Teſtamenti præcipua pars ſunt ſacramenta. Ergò credendum eſt Chriſtũ ea inſtituiſſe, antequam ad cœlos aſcẽderet. Probatur conſequentia. Quia venit in mundum, ut nos redimeret, Novum teſtamentum conderet.

Quæ ratio impugnat quidem eam ſententiam, ſi de vera, & prima inſtitutione loquatur, at ſi intelligatur de inſtitutione non quidem tunc facta, ſed tamen manifeſtata in effectu, hoc eſt, in deſcenſu Spiritus Sãncti ad roborandos animos Apoſtolorũ, ut fidem validè proteſtarentur, ceſſat argumenti vis. Tunc enim Spiritus Sanctus promiſſus à Chriſto in nocte cœnæ in ordine ad hoc ſacramentum, ad firmam fidei confeſſionem datus

Quamvis fuerit tunc manifeſtata

eſt, qui

Apoſtoli tunc mira culoſo modo confirmati.

eſt, qui eſt effectus Confirmationis. Apoſtoli namque, ut conſtans eſt omnium Scholaſticorum ſententia, miraculoſo, & extraordinario modo confirmati ſunt. Et hujus ſententiæ veritas in hoc ſenſu conſtabit magis ex dicendis ſtatim.

3. Sent. quod in nocte cœnæ

8. Tertiò, alij dicunt Confirmationis ſacramentum inſtitutum à Chriſto in nocte cœnæ. Quam ſententiam non uno modo intelligunt Doctores.

Hoc dupliciter intelligitur.

1. Quia cõfecta eſt materia aut ſaltem docta confici.

Nam quidam dicunt in nocte cœnæ inſtitutum hoc ſacramentum; quia Chriſtus in ea Chriſma confecit, aut ejus doctrinã tradidit, quæ eſt materia hujus ſacramenti. Vnde Chriſmatis inſtitutionem in hac nocte agnoſcit Soto in 4. diſt. 7. quæſt. unica art. 1. Peſantius in hac q. diſp. 1. art. 1. Eſtius in 4. diſt. 7. §. 4. quia inſtitutionem factam à Chriſto probant ex teſtimonio Fabiani, quod ſtatim adducam. Sequitur Graffis 2. Part. deciſionum, lib. 1. cap. 5. num. 4. in fine, & in hoc ſenſu dicunt multi ſacramentum hoc inſtitutũ fuiſſe à Chriſto in ea nocte initiativè, quos referam in quarta ſententia.

Potiſſimum hujus ſententiæ fundamentum deſumitur ex eo, quod Fabianus Pontifex, Epiſt. 2. cap. 1. dicit: *In illa die Dominus Ieſus, poſtquam cœnavit cum diſcipulis ſuis, & lavit eorum pedes, ſicut à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt, Chriſma conficere docuit.* Quibus verbis indicari videtur ſacramẽti Confirmationis inſtitutio juxta communem phraſim, ſecundum quam in libris Eccleſiaſticis Chriſmatis nomine Confirmationis ſacramentum intelligitur, ut dictum eſt ſub cap. 1.

2. Quia tunc promiſit effectum Conf. qui eſt Sp. S.

Poteſt etiam intelligi in ea nocte cœnæ inſtitutum hoc ſacramentum, quia Chriſtus in ea cœna longam ad ſuos Diſcipulos orationem habuit, in qua ſæpè promiſit Spiritum Sanctum ad fidei ſtabilem confeſſionem, qui eſt effectus hujus ſacramenti, ut ſæpè dixi. Quæ videtur eſſe opinio Divi Thomæ in hac quæſt. art. 1. quam ſequuntur Thomiſtæ, Soto loco cit. Victoria in ſumma de hoc ſacramento num. 40. Puteanus loco infrà citando, & favere videtur Gamacheus loco citato.

1. Modus impugnatur.

9. Hanc tertiam opinionem quãtum ad primum explicandi modum, impugnat Puteanus in hac quæſt. dub. 2. concluſ. 2. Quia licet verum ſit Chriſtum confeciſſe Chriſma in nocte cœnæ, vel tradidiſſe doctrinam conficiendi Chriſmatis; non tamen inde colligitur ea nocte inſtituiſſe Confirmationem. Quia Chriſmatis multiplex uſus eſt in Eccleſia, & in Confirmatione, & in ordinatione, & in conſecratione baſilicarum, altarium, & vaſorum, in quibus ſanguis Chriſti conficitur. Potuit ergò Chriſtus doctrinam Chriſmatis ad alia tradere ea nocte, etiam ſi non inſtituerit hoc ſacramentum.

Quia Chriſmatis varius uſus ac conf. ad ord. conſec. baſilicarũ, altarium, vaſorum.

Sed hæc ratio, licet convincat ea nocte potuiſſe tradi à Chriſto doctrinam Chriſmatis ad ſacramentum

mentum Ordinis, cùm ea nocte Chriſtus Apoſtolos Sacerdotes ordinaverit; at non convincit non traditum etiam à Chriſto ejus uſum in Sacramento Confirmationis, quod tantũ cõtendit iſta ſententia. Scilicet, Chriſma, quod eſt materia hujus ſacramenti, inſtitutum à Chriſto ea nocte. Et ita in hoc ſenſu dicit inſtitutum Sacramentum Confirmationis initiativè; quia revera materia inſtituta eſt à Chriſto ea nocte, quamvis ea etiam materia ad alios uſus, vel Sacramenta deſervire poſſit.

Sed ſufficit quod ſit materia conf. quæ per hoc inſtituta initiativè,

10\. In ſecundo vero ſenſu hanc ſententiam impugnat Eſtius in 4. diſtinct. 7. §. 4. & Philippus Faber eadem diſtinct. diſput. 27. c. 1. Quia illa promiſſio, quæ habetur Ioannis 16. *Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittãm eum ad vos,* fuit de Spiritu Sancto viſibiliter mittendo in Apoſtolos, quæ promiſſio impleta eſt in die Pentecoſtes. At impletio illa, & exhibitio non fuit ſacramentum Confirmationis. Ergo neq; illa promiſſio fuit promiſſio Sacramenti, neque ejus inſtitutio.

1. modus impugn. quia Sp. S. fuit promiſſus viſibiliter mittendus.

Adde, ſi in linguis igneis, in quibus deſcendit Spiritus Sanctus, conſtituitur aliquod Sacramentum, planè non ſolum Chriſtus promiſiſſet, vel inſtituiſſet promittendo, ſed etiam exhibuiſſet re ipſa.

Deinde, quia ſimplex promiſſio Spiritus Sancti non eſt inſtitutio hujus Sacramenti, quia ad inſtitutionem Sacramenti requiritur determinatio materiæ, & formæ.

& quia ad inſtitutionem Sacramenti requiritur determinatio mat. & formæ, ſed invalidè

Verum hæc argumenta non impugnant prædictam ſententiam. Non primum, quia in eo ſermone Chriſtus non tantum Apoſtolis, ſed etiam omnibus fidelibus Spiritum Sanctum promiſit, ſive viſibiliter, ſive inviſibiliter dandum, & ad effectum ſpecialem hujus Sacramenti diſtinctum ab effectu Baptiſmi, ut dixi ſupra cap. 3. Apoſtolis quidem conferendum extraordinario modo, reliquis autem in Sacramento Cõfirmationis. Rectè ergò dici poteſt Sacramentum hoc tunc inſtitutum, quia promiſſus effectus ejus Sacramenti.

quia non Apoſt. tantum ſed omnibus promittitur Sp. S.

Vnde credendum eſt, licet non expreſſerint Euangeliſtæ, multa de hoc Sacramento tunc à Chriſto dicta, & materiam, & formam determinaſſe. Nam, ut infra p. 2. oſtendam, juxta regulam Auguſtini, quando Euangeliſtę aliquid dicunt pertinens ad aliquod Sacramentum, etiam ſi alia taceant, credendum eſt tunc etiam facta ea, quæ ſimpliciter ad illud Sacramentum neceſſaria ſunt. Quare non fuit illa promiſſio Chriſti ſimplex promiſſio Spiritus Sancti, ut dicebat Faber, quo ceſſat ejus argumentum.

Vnde credendum tunc eſſe determinatã materiã & formam à Chriſto

Atque in hoc ſenſu dicunt Divus Thomas, ejuſque diſcipuli, & noſter Puteanus Chriſtum inſtituiſſe Sacramentum Confirmationis in ea nocte non exhibendo, ſed promittendo; non quidem promittendo inſtitutionem Sacramenti, ſed promittendo effectum Sacramenti poſtea miniſtrandi: nec enim ipſe Chriſtus exhi-

non miniſtrante Sacram. ſed promittente ejus effectum.

exhibuit, hoc eſt miniſtravit, id quod ſolum probat, quod ſtatim ſubjungit Divus Thomas, *quia in hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti, quæ non erat danda ante Chriſti Reſurrectionem, & Aſcenſionem, ſecundum illud Ioannis 7. Nondum erat &c.* Quæ verba, & ratio Divi Thomæ ſolùm excludunt miniſtrationem Sacramēti Confirmationis ante Reſurrectionem, & Aſcenſionem; non verò inſtitutionem hujus Sacramenti. Hanc etiam ſententiam ſequitur Heredia in Repetitione citata parte 2. dub. ſup. num. 4. & Ioannes Irribarne in 4. diſt. 7. diſput. 27. ſect. 3. concluſione 6. Stephanus Durantius lib. 1. de rit. Eccleſ. c. 20. num. 9. in fine.

11. 4. ſent. quod poſt reſur. Ioan. 20. quod intelligi poteſt 2. modis 1. totaliter

Vltima ſententia docet Chriſtum inſtituiſſe Sacramentum Confirmationis poſt Reſurrectionem, cum Ioan. 20. dixit Apoſtolis, *Accipite ſpiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* Quæ ſententia duobus modis intelligi poteſt. Primò, quod omnino inſtitutum ſit hoc Sacramentum Ioannis 20. Et hanc ſententiam iſto modo intellectā Suarez loco ſtatim citando, & Henriquez lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. in Comment. litera H. tribuunt Scoto, ſed uterque deceptus eſt, & alios deceperunt, qui ex illis tranſcripſere. Nam quamvis Scotus in prima objectione, quam opponit contra materiam, & formam hujus Sacramenti, probans quod non ſit vera materia, & forma, ea qua utitur Eccleſia, deſumit argumentum, ex eo quod Chriſtus non inſtituit hoc Sacramentum in materia, & forma. Idque probat ex Ioannis 20. cùm dixit Diſcipulis, *Accipite Spiritum ſanctum*, & inſufflavit in eos. ſimiliter ex Actorum 2. cum in linguis igneis deſcendit in Apoſtolos. At alicujus Authoris ſententia non eſt intelligenda ex objectionibus, quas contra concluſionem, aut veritatem proponit, ſed ex earum ſolutionibus. In ſolutione autem ejus objectionis Scotus docet Chriſtum in vita ſua numquam exhibuiſſe vel miniſtraſſe Sacramentum hoc. Rurſus dicit Apoſtolos non fuiſſe Confirmatos per hoc Sacramentum, & ipſos Apoſtolos ex Dei diſpenſatione confirmaſſe alios fideles ſine hoc Sacramento, quando ſcilicet, viſibiliter deſcendebat in eos Spiritus Sanctus; quo viſibili deſcenſu ceſſante, Confirmarunt Apoſtoli cum debita materia, & forma. Vnde concludit Scotus inſtitutum quidem hoc Sacramentum à Chriſto, licet tempus, & modus ignoretur; multa namque dicit eſſe authoritativè tradita Eccleſię per Apoſtolos, quæ tamen in Sacra Scriptura non legimus, ut de imaginum adoratione loquēs docet Damaſcenus lib. 4. fidei cap. 4 Atque hunc eſſe legitimū Scoti ſenſum docent Scotiſtæ: Philippus Faber in 4. diſt. 7. diſp. 17. c. 3. Ioan. Irribarne in eadem diſt. diſp. 27. ſect. 3. in princip.

In alio ſenſu poteſt intelligi eadem ſententia, quod non omnino Ioannis 20. inſtitutum ſit hoc ſacramentum, ſed perfectè, 12.

2. completivè. cum initiativè fuiſſet in cœna.

& completivè; initiativè verò in ultima cœna, quando Chriſtus Chriſma conficere docuit, quæ eſt materia hujus Sacramenti. Hanc ſententiam ſequitur Suarez, diſput. 32. ſectione 2. eumque ſequuntur majori ex parte Scriptores Societatis. Ægidius in hac quæſt. & art. dub. 2. Reginaldus Suarij compilator lib. 28. Fori pœnitentialis, cap. 1. num. 4. Paulus Layman lib. 5. ſummæ, tractatu 3. cap. 1. Filiucius tom. 1. ſummæ tractatu 3. cap. 1. quæſt. 3. concluſ. 2. & 3. & ex alijs idem docent Faber loco citato, Petigianus in 4. diſt. 7. quęſt. 1. art. 2. prope finem, Bonacina in tractatu de Sacramentis, diſp. 3. quæſt. unica puncto primo in fine.

Et quidem quod primo docet hæc ſententia Sacramentũ Confirmationis inchoatè inſtitutum fuiſſe in nocte cœnę, probant his, quæ adducta ſunt in 3. ſententia. Secundum verò, quod ſcilicet, perfecta fuerit inſtitutio Sacramenti poſt Reſurrectionem Ioannis 20. ex eo probant, quia Apoſtoli in nocte cœnæ non ſunt ordinati Epiſcopi, & poſt Reſurrectionem Ioannis 20. acceperunt poteſtatem Epiſcopalem; dixit enim illis Chriſtus: *Sicut miſit me vivens pater, & ego mitto vos.* Sacramenti autem Confirmationis ordinarius miniſter eſt ſolus Epiſcopus, ut ſuo loco dicetur. Ergò tunc fuit perfecta inſtitutio hujus Sacramenti. Cõſequentia patet. Quia tunc collata eſt poteſtas ad hoc Sacramentum adminiſtrandum, quæ antea data non erat; & tunc perfectè dicitur Sacramentum inſtitutũ, quando eſt in eo ſtatu, in quo & adminiſtrari, & recipi poſſit.

quia Apoſtoli non ſunt in cœna ordinati Epiſcopi,

ſed poſt reſur. Io. 20.

quando data eſt poteſtas confirmandi.

13. Ex Doctoribus autem, qui hanc ſententiam in 2. explicandi modo ſequuntur, nonnulli ſatis moderatè, & limitatè loquuntur ſcilicet, quodammodo inſtitutũ hoc Sacramentum Ioannis 20. ſcilicet quoad perfectionem, ſive quoad eum ſtatum, in quo poſſit adminiſtrari, & recipi, quia tunc Apoſtolis communicata eſt poteſtas conferendi. Sic loquuntur Suarez, Filiucius, Reginaldus, Faber, Petigianus, & Bonacina.

At Layman, & Ægidius addunt tunc potiſſimum, & præcipuè inſtitutum hoc Sacramentũ Ioannis 20. Quod probant in primis à ſimili, quia Concilium Tridentinum ſeſſione 14. cap. 1. agens de Sacramento pœnitentię dicit tunc præcipuè inſtitutum à Chriſto, quando à mortuis ſuscitatus inſufflavit in Diſcipulos ſuos, dicens, *Accipite ſpiritum Sanctum*; ideo ſcilicet, quia Patrum ſenſus ſemper intellexit eo facto, & verbis, Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus eſſe communicatam poteſtatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles poſt Baptiſmum lapſos. Ergò, cum eodem tempore data ſit Apoſtolis poteſtas adminiſtrandi hoc Sacramentum, planè efficitur etiam tunc præcipuè inſtitutam Confirmationem.

Secundò, quia ut aliquid ſit perfectè Sacramentum, non ſufficit inſtitutũ eſſe ſignum gratiæ

 con-

conferendæ; ſed debet eſſe data hominibus poteſtas per illud gratiam conferendi; aliàs non eſſet ſignum efficax gratiæ, quia nunquam conferret. Ergò Confirmatio non fuit perfectè Sacramentum ante collatam poteſtatem Ioannis 20.

14. Verùm hæc ſententia aliquid continet certum, aliquid verò quod mihi non placet.

Vnde non acceperunt in cœna poteſtatem confirmãdi.

In primis verum exiſtimo poteſtatem miniſtrandi hoc Sacramentum non eſſe datam Apoſtolis in nocte cœnæ, quia etiam cenſeo non fuiſſe tunc ordinatos Epiſcopos, ſed poſt Reſurrectionem, ut dictum eſt in tractatu de ordine; & conſequenter negari non poteſt Sacramẽtum hoc non habuiſſe ſtatum, in quo recipi & miniſtrari re ipſa poſſet ante Reſurrectionem; ſed Ioannis 20. illum habuiſſe.

non tamen ideo Ioan. 20. potiſſimùm inſtituta confir,

Quod autem iſti Doctores adducunt ratione collationis poteſtatis eſſe hoc ſacramentum Ioannis 20. potiſſimum inſtitutum, & non perfectè in nocte cœnæ in ratione Sacramenti, mihi diſplicet.

cauſa enim effic. non pertinet ad eſſentiam effectus, & conſequenter nõ ad eſſ. conf.

Quia cauſa efficiens non pertinet ad eſſentiam,& conſtitutionem eſſentialem alicujus rei, vel arte facti, vel entis naturalis ut conſtat. At miniſter eſt cauſa efficiens Sacramenti Confirmationis. Ergò non pertinet ad eſſentiam illius. Ergò, ſi ſemel damus, ut oſtenſum eſt in 3. ſent. Sacramentum Confirmationis quoad materiam, & formam, & ſignificationem effectus ſpecialis, eſſe inſtitutum in nocte cœnæ, nihil deeſt, quominus dicamus tunc inſtitutum fuiſſe abſolutè, & præcipuè Sacramentum Confirmationis, ſiquidem ejus eſſentia conſtat materia, & forma cum ratione ſigni tunc inſtitutis; & determinatis, non verò efficiente, aut miniſtro, quamvis etjam tunc dicat ordinem ad cauſam efficientem poſſibilem, quòd ſatis eſt.

quamvis dicat ordinem ad cauſam eff. poſſibilem,

Et confirmatur à ſimili. Quia communis Patrum, & Doctorum ſenſus docet Baptiſmum inſtitutum, cum Chriſtus à Ioanne Baptizatus eſt in Iordane; quod adeo verum eſt, ut oppoſitum alijs videatur error, alijs temeritas. At non fuit tunc data Apoſtolis poteſtas Baptizandi, ſed poſtea. Nam ſtatim à Baptiſmo tentatus eſt Chriſtus, ut conſtat Matthæi 4. & poſtea cœpit Ieſus prædicare, ut docet Matthæus ibidem, & ex conſequenti Baptizare; non enim ante baptizavit Chriſtus, quam prædicavit, & poſtea miſit Apoſtolos ad prædicandum & baptizandum.

ſicut dicitur pro certo baptiſmum in Iordane inſtitutum,

non tamen eſt data tunc poteſtas baptizandi.

Chriſtus enim ante non baptizavit quam prædicavit, ſicut nec Apoſtolos miſit, quod fecit prius poſt baptiſmum.

Quod ſi tunc potiſſimùm ac præcipuè inſtitueretur Sacramentum, cum datur poteſtas conferendi, non poſſet dici Sacramentum Baptiſmi inſtitutum in Iordane, ſed multò poſtea, quod tamen eſt contra communem Patrum atque Doctorum ſenſum. Ergo, ſicut collatio poteſtatis ad baptizandũ poſtea facta non obſtat, quominus Baptiſmus dicatur antea inſtitutus, quando Chriſtus in Iordane baptizatus eſt; pari ratione, quod poteſtas conferendi confirmationem data ſit poſt

ſit poſt reſurrectionem, non obſtabit, quominus abſolutè & potiſſimùm dicatur Sacramentũ Confirmationis inſtitutum in nocte cœnæ; efficax quidem in actu ſignato, quamvis in actu exercito non erit, donec deſignetur qui miniſtret.

Explicatur etiam à ſimili de Euchariſtia inſtituta à Chriſto, cum dixit: *Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus*; & tamen tunc non erant Sacerdotes Apoſtoli, ſed poſt conſecrationem à Chriſto factam; ordinati enim ſunt illis verbis, *hoc facite in meam commemorationem* Ergò, quod poteſtas conferendi Euchariſtiam data ſit poſtea, nõ obſtat quominus antea verè, & abſolutè inſtituta dicatur. Sic ergo in propoſito.

& Euchariſtiam inſtitutam ante Collationẽ poteſtatis ſacerdotalis.

15. Nec obſtat argumentum deſumptum ex Tridentino, cum de pœnitẽtia loquitur, nam reliqua fundamenta ex dictis ſoluta ſunt.

Quia rectè Concilium dixit tunc præcipuè inſtitutum Sacramentum pœnitentiæ, quia antea nullo modo inſtitutum erat, ſed tantum promiſſum, ut in materia de Pœnitentia dictum eſt. At ſacramentum Confirmationis non fuit antea promiſſum; ſed revera inſtitutum in nocte cœnæ, cum determinata materia, & forma. Vnde Concilium tunc inſtitutum dicit Sacramentum pœnitentiæ, non tantum, quia poteſtas ad abſolvendum data fuerit, ſed ex poteſtate data, ad abſolvendum, colligit tunc inſtitutam determinatam materiam, & formam, & neceſſitatem pœnitentiæ ſacramenti, quæ antea determinata non fuerant.

Sacramentum vero pænitentiæ tantum inſtitutum Ioan. 20. quamvis ante promiſſum,

Tum denique eſt longè diverſa ratio ſacramenti pœnitentiæ, & aliorum. Quia ſacramentum pœnitentiæ præcipuè in abſolutione ſitum eſt, ut Patres, & Concilia loquuntur, quæ ſine poteſtate intelligi non poteſt, quod non reperitur in alijs. Non ergò ex eo quod Concilium agens de pœnitentia docet tunc præcipuè inſtitutum Sacramentum pœnitentiæ, quando Ioannis 20. dedit Chriſtus Apoſtolis poteſtatem abſolvendi à peccatis, licet etiam colligere ſacramentum Confirmationis tunc potiſſimùm inſtitutum, cum deſignati ſunt miniſtri Confirmationis Ioannis 20.

cujus eſt, magna diverſitas à conf. præcipuè enim conſiſtit in abſolutione, quæ ſine poteſtate non intelligitur

Ex dictis facilè eſt judicare quænam prædictarum ſententiarum abſolutè verior ſit. Mihi tertia ſententia cæteris præferenda videtur, ſi abſolutè loquamur de inſtitutione Sacramenti Confirmationis, cùm in nocte cœnæ fuerit & explicatus, & promiſſus effectus ſpiritualis hujus ſacramenti, & inſtituta materia, quæ eſt Chriſma, quę eſt ſententia Divi Thomæ, & diſcipulorum ejus, ut dictum eſt. 16.

unde concluditur quod in cęna confirmationem inſtitutam eſſe dici poſſit & quare,

Reſtabat explicandum, an ſacramentum Confirmationis ſit excellentius Baptiſmo? Sed hoc manifeſtum erit, poſtquam explicuerimus effectum ſacramenti Confirmationis. Similiter etiam quod attinet ad neceſſitatem hujus ſacramenti, & ejus ſuſcipiendi obligationem commodius explicabitur in fine parte quinta, cum de ſuſcipientibns ſermo ſit. Et hæc de hac parte. 17.

explicatio excellentiæ & neceſſitatis differtur.

PARS SECVNDA.

De eſſentia Sacramenti Confirmationis, ſcilicet de Materia, & Forma, circa Art. 2. 3. 4.

CAPVT I.

An Chriſma ſit materia remota Sacramenti Confirmationis.

SVMMARIVM.

Proponitur id de quo agendum ſit, n. 1.
Variæ opiniones circa materiam huius ſacramenti, nu. 2.
Materiam Confirmationis eſſe chriſma, nu. 3.
Chriſma eſſe confectum ex Oleo, & Balſamo, ad eius probationem præmittitur diſtinctio olei, & Chriſmatis in libris Eccleſiaſticis, nu. 4.
Prima probatio ex Patribus variè conſideratis. nu. 5.
Colligitur eſſe ex fide materiam Confirmationis eſſe quid compoſitū, n. 6.
Debere confici ex oleo olivarum, & non alio, & eſſe de fide, nu. 7.
Parum referre quod Balſamum ſit diverſarum regionum, nu. 8.
Quidam ſentiunt ſufficere Balſamum adulterinum, & eorum fundamenta, nu 9.
Reijcitur tanquam temeraria ſententia, & errori proxima ex communi conſenſu omnium Scholaſticorum, nu. 10.
Secundò reijcitur teſtimonio Eugenij IV. nu. 11.
Tertiò contra eam expenditur teſtimonium Fabiani Papæ, nu. 12.
Satis fit fundamentis oppoſitis, nu. 13.
Explicatur vera ſententia, nu. 14.
An poſſint in chriſmate addi alia materia odorifera, nu. 15.

DIxIMVS de inſtitutione ſacramenti Confirmationis, jam agendum eſt de eſſentia illius, quæ conſtat materia, & forma, & primò agemus de materia, & deinde de forma: & in hac parte prius de materria remota, poſtea de proxima. 1.

Circa materiam hujus ſacramenti non ſolum errarunt hæretici, ſed etiam aliqui ex Catholicis. 2.

circa materiam hanc errant hæretici.

Hæretici quidem, quia materiam Confiirmationis irrident, & ungendis calceis tantummodo aptam impudenter, & ſacrilegè jactant, ut refert Bellarminus dicto lib. 2. de Confirmatione cap. 8.

& quidam Catholici quod dicerent vel à Chriſto non eſſe inſtitutam mater.

Catholici autem, quia nonnulli dixerunt Chriſtum nullam inſtituiſſe materiam huius ſacramenti. Sic docere debent Alenſis, & Bonaventura citati ſupra p. 1. cap. 2. & ſic etiam tenuiſſe quoſdam Canoniſtas refert Aureolus in 4. diſt. 7. q. 4. artic. unico in explicatione ſecundæ propoſitionis, pro qua etiam ſententia Puteanus in hac quæſt. dub. 2. refert Ruardum Taper, qui

qui ſenſit Chriſtum nullam inſtituiſſe materiam ſacramenti Confirmationis, ſed Apoſtolis commiſiſſe poteſtatem ad illam inſtituendam.

ſed Apoſt. deſignationem commiſiſſe, vel quod materia ſit manuũ ſola impoſitio

Aureolus autem loco citato ſentit materiam neceſſariam hujus ſacramenti non eſſe Chriſma, ſed tactum aliquem, ſive manus impoſitionem cum aliqua prolatione verborum eſſe materiam; Chriſma autem non eſſe materiam intrinſecè requiſitam, ſine qua ſacramentum Confirmationis ſit nullum, ſed tantum ad benè eſſe, qua ablata non auffertur ſacramentum Confirmationis, ſed manet imperfectum; eam tamen materiam Chriſmatis dicit Aureolus inſtitutam eſſe, vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis, Spiritu Sancto ſuggerente.

Chriſma verò tantũ ſit de decentia.

Horum omnium fundamentum eſſe poteſt, quia Apoſtoli confirmarunt Baptizatos per ſolam manus impoſitionem, nec fit mentio Chriſmatis. Ergo confirmarunt ſine Chriſmate, & ex conſequenti Chriſma non eſt materia hujus ſacramenti.

Secundò probat Aureolus ex Innocentio III. in cap. *Paſtoralis*, *de ſacramentis non iterandis*. Vbi omiſſo Chriſmate per errorem in adminiſtrando ſacramento Confirmationis, non repetitur ſacramentum, ſed ſolùm ſuppletur unctio; quod ſatis indicare videtur Chriſma non eſſe materiam ſacramenti; ſiquidem ejus omiſſio non efficit invalidum ſacramentum Confirmationis. De hoc tamen argumento multa dicturi ſumus capite ſequenti.

3. Conclud. 1. materiam conf. eſſe chriſma.

Ceterum inprimis dicendum eſt. 1. Materia Confirmationis eſt Chriſma. Docent Doctores omnes Scholaſtici communi ſenſu cum D. Thoma in hac quæſt. art. 2. & nunc jam eſt veritas iſta de fide definita ab Eugenio IV. in decreto de ſacramentis, cujus hæc ſunt verba: *Secundum ſacramentum eſt confirmatio, cujus materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod nitorem bonæ conſcientiæ, & Balſamo quod odorem bonæ famæ ſignificat, per Epiſcopum benedicto.* Et idem conſtare videtur ex Tridentino ſeſſione 7. canone 2. de Confirmatione, ubi dicit: *Si quis dixerit iniurioſos eſſe Spiritui Sancto, qui ſacro confirmationis chriſmati virtutem aliquam tribuunt, anathema ſit.* Idem etiam ſupponere videtur Innocentius III. in dicto cap.

ſecundum fidem.

conſtat ex diffiu. conc. ſundata

Hanc veritatem Bellarminus lib. 2. citato cap. 8. prop. 1. & Puteanus dub. 3. cit. & alij probare conantur ex loco Pauli 2. Corinth. 1. & 1. Ioannis 2. Sed ex dictis p. 1. cap. 3. conſtat, quod licet ea teſtimonia probabiliter intelligantur à nonnullis de ſacramento Confirmationis, & ejus unctione, attamen non eſt certa eorum locorum intelligentia, neque magis recepta: quare probanda eſt hæc concluſio ex antiqua Eccleſiæ traditione à primis ducta temporibus. Nam Pontifices, Concilia, & Patres tam Græci quàm Latini, quos ſupra part. 1. cap. 2. retulimus, Chriſmatis, vel Vnctionis nomine ſacramentum hoc ſignificant. Vnde ea traditio potuit præ-

partim in S.S.

Sed firmius traditione manifeſtata à Pontif. conc. PP.

præbere ſufficiens fundamentum definitioni Eugenij IV. ſicut & alia non pauca ex Eccleſiæ tantum traditione accepta definita ſunt.

4. 2. Illud cōpoſitum eſſe ex oleo & balſamo,

Dico 2. Chriſma, quod eſt materia Confirmationis, eſt compoſitum ex oleo olivarum, & balſamo. Quam concluſionem rectè Suarez cenſet nunc eſſe de fide propter authoritatem Eugenij IV. loco citato. Et ut probemus veritatem hanc etiam ex antiqua Eccleſiæ traditione à Chriſto derivata ad nos.

quod etymologicè ſignificat unctionem,

Obſervandum eſt, licet nomen Chriſmatis ex vi ſignificationis ſuæ, tantùm ſignificet Vnctionem; at ex uſu, & accommodatione Eccleſiaſtica à ſimplici oleo ſecernitur, & pro unguento aliquo confecto, atque compoſito ex varijs materijs accipitur.

uſu tamen unguentū certum compoſitū

Sic conſtat in primis ex Iuſtino Martyre, qui quæſt. 137. ad Orthodoxos diſtinguit oleum ab unguento, & Chriſmate, cum dicit, ante Baptiſmum nos ungi oleo, poſtea verò Chriſmate conſignari.

quod diſting. ab oleo infir.

Et in Concilio Meldenſi diſtinguitur ampulla Chriſmatis ab ampulla olei infirmorum. Et in vetori ordine Romano, in feria 5. hebdomadæ ſanctæ, ubi deſcribitur benedicto Chriſmatis, jubentur tres ampullæ deferri ad Epiſcopum; unam pro Chriſmate, alteram pro oleo infirmorum, & alteram pro oleo catæcumenorum.

Vnde tres ampullæ benedicuntur in cœna

Et Hugo Victorinus Miſcel. lib. 5. cap. 37. ibi; *Papa oleum benedicit, Chriſma conficit.* Et Innocentius III. in dicto cap. *Paſtoralis, & de ſacramentis non iterandis*, cum referret quendam per errorem in hoc ſacramento recipiendo unctum fuiſſe oleo ſimplici benedicto, non verò unguento compoſito ex oleo, & balſamo, id ſignificat dicens illum unctum fuiſſe oleo benedicto, non verò Chriſmate; ubi apertè Chriſma ab oleo diſtinguit.

Idem etiam probant nonnulli ex phraſi Concilij Carthaginenſis. 2. canone 3. & Carthaginenſis 3. canone 36. ubi prohibetur ſimplex Sacerdos conficere Chriſma; vox enim illa *conficiendi* denotat compoſitionem, & mixtionem ex diverſis materijs. Sed hoc non eſt firmum, nam ſicut phraſi Eccleſiaſtica presbyter dicitur conficere Euchariſtiam, id eſt, conſecrare, ita etiam dicitur conficere Chriſma, id eſt, benedicere. Quare vox iſta ritualis eſt, neque ſemper ſignificat componere, aut miſcere in uſu Eccleſiaſtico.

Conficere criſ idem eſt ac benedicere, non aut: miſcere,

Vnde Alcuinus in officio de cœna Domini dicit, *hodie Chriſma conficitur, vel conſecratur*, ut dicam etiam infra p. 4. de Miniſtro cap. 5. Quamvis negari non poſſit aliquando etiam ſimplex Oleum Chriſma appellatum, Confirmationis autem Chriſma principale, ut conſtat ex ordin. Romano in offic. fer. 5. in benedictione olei infirmorum, & Energumenorum, & Amalario Fortunato lib. 5. de Eccleſiaſticis offic. c. 12.

hinc ſimplex oleum ſubinde vocatur Chriſma.

5. tradicione haberi hanc materiam probatur.

Hoc præmiſſo Eccleſiaſticam traditionem in hac parte probo. In primis quidam Patres olei, & balſami meminerunt expreſſe. Nam

Nam Fabianus Epiſtola. ſæpe cit. dixit Chriſtum inſtituiſſe, ut Chriſma ex oleo, & balſamo conficeretur. Gregorius I. in cap. 1. Canticorum diſſertè ſcribit Chriſma ex oleo, & balſamo confici. Et Innocentius III. in cap. unico, *de sacra Vnctione*, & Concilium Bracarenſe 2. can. 4. ſcribit balſamum inſtitutum ad animarum ſanctificationem. Et Concilium Colonienſe in doctrina de Sacramento Confirmationis, cujus verba dabo cap. ſequenti. Cyprianus, vel auctor ſermonis *de Vnctione Chriſmatis*, olei, & balſami expreſsè mentionem facit. Et Gregorius Turonenſis in lib. de Gloria Martyrum cap. 40. Balſamum exprimit, cùm quendam Confirmatum narrat. Et vetus Ordo Romanus loco citato.

Ex SS. PP. & Cóc. & Pont.

Et ord. Rom.

Alij ex Patribus ſic loquuntur de Chriſmate, ut, licet non meminerint expreſsè Balſami, dicant tamen eſſe compoſitum Chriſma ex materia odorifera. Sic Clemens Romanus lib. 7. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 44. ubi mentionem facit fragrantiæ odoris: & Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſiaſt. Hierarchia, cap. 4. ubi Chriſma vocat *Collectionem quandam ſuaviter ſpirantium materiarum, quæ in ſe magnam vim, & copiam fragrantium qualitatum continet, cujus qui facti ſunt participes, odorem bonum ex ſe emittunt, proportione fragrantiæ communionis, quæ in eis meſt.* Et Sanctus Baſilius in Pſalmum 132. in illa verba; *Sicut unguentum*, inquit, *Oleum Sacerdotale ex varijs condimentis conflare, & maximam reddere odoris fragrantiam.* Et quamvis Sanctus Baſilius agat de unguento Sacerdotali antiquę legis; illud tamen dicit fuiſſe figuram noſtri.

Alij denique Patres atq; Concilia, ut retuli ſup. part 1. cap. 2. appellant hoc Sacramentũ Chriſma abſolutè, & Vnctionem, ſive unguentum; quo nomine ex uſu Eccleſiaſtico non ſignificatur ſimplex oleum, ſed mixtum, & compoſitum quoddam ex varijs materijs, ut dictum eſt.

Eandem mixtionem olei, & balſami agnoſcunt Beda, & poſteriores Authores, qui de offic. Eccleſiaſticis ſcripſerunt. Nec pro hac traditione Eccleſiaſtica deſunt congruentiæ, quas adducit Divus Thomas art. 2. in corpore, & proſequuntur alij ex Scholaſticis, quas omittimus, quia manifeſtæ ſunt.

Et congruentijs.

Ex dictis colligitur quod materia hujus Sacramenti ſit Vnctio, non ſimplex, ſed compoſita, eſſe de fide, ut conſtat. Similiter etiam eſt de fide eſſe Vnctionem, ſaltem ex Oleo olivarum. Nam quin in ea Vnctione debeat oleum adhiberi, nullus hactenus dubitavit; licet de balſamo, quo pacto fuerit materia, ſit aliqua controverſia, ut dicam capite ſequenti.

6. Hinc de fide eſt; eſſe Vnctionem compoſitam

Et quidem ex oleo olivarum de quo ult. nemo dubitat,

Ad fundamenta quibus nitebantur Authores citati dicemus commodius in hac part. cap. 2. ubi explicabo textum ex Innocentio III. in dicto cap. *Paſtoralis*, & etiam cum de materia proxima ſermo fuerit, differam de

Apoſtolorum facto.

7. Sed in primis circa materiam remotam quæri poteſt, *Quale Oleum ſit, ex quo Chriſma confirmationis componendum eſt?*

Oleum olivarum: Qui hoc ſimpliciter & abſolutè dicitur oleũ.

Dicendum eſt debere eſſe oleũ olivarum, & hoc eſſe de fide. Quia hoc eſt quod olei nomine abſolutè cenſetur, ut docet Divus Thomas in hoc art. ad 3. & alij liquores per ſimilitudinem ad hoc oleum olivarum olei nomen accipiunt; & aliàs nunquã de hoc dubitatum eſt in Eccleſia.

Alij verò liquores ad hujus ſimilitudinem.

Sicut ex Amygdalis &c.

Si admiſceatur aliquid aliud odoriferum eſt materia valida ſed illicita.

Vnde oleum artificiale, quod vel ex Amygdalis, vel alijs ſeminibus exprimitur, non eſt materia hujus ſacramenti. Oleum autem, quod infuſione aliquarum herbarum redditur vel melioris odoris, vel ſaporis, exiſtimo eſſe idoneam materiam hujus ſacramẽti. Quia per infuſionẽ in earum herbarum non eſt mutata ſubſtantia olei olivarum, ſed qualitates participatæ; quamvis non ſine gravi peccato adhiberetur in ſacramento Confirmationis.

8. Secundò quæritur, *Quale balſamum ſit, ex quo Chriſma conficiendum eſt?*

Poteſt eſſe Indicum aut ſimile.

In qua difficultate, in primis exiſtimo certum; parum referre, quod ſit Indicum vel Palæſtinũ, aut Syriacum: ſicut de vino, quod eſt materia calicis in Euchariſtia, dicimus nihil referre quod ſit Hiſpanum vel Græcum, album, vel rubeum.

Sicut vinũ in Conſecratione poteſt eſſe Hiſp. Græc. album &c. Sive differat ſpecie ſive non.

Vnde parum etiam refert diſputatio Philoſophica, an unum Balſamum Indicum v. g. differat ſpecie à Palæſtino, vel Syriaco, dummodo ſit Balſamum; ſicut etiam de vino philoſophamur, cujus diverſas ſpecies eſſe communis Philoſophorum ſententia docet; & tamen quodcũque verè vinum eſt ſufficiens materia calicis in ſacramento Euchariſtiæ.

Modo verum.

Sed quamvis hoc certum ſit, non caret dubitatione, *An ſit ſufficiens materia Balſamum adulterinum?* Nam, ut ait Plinius loco ſtatim citando, facilè poteſt adulterari, ita ut vix etiam à peritiſſimis dignoſcatur. 9.

In qua difficultate Henriquez Scriptor Societatis lib. 3. de Sacramentis, cap. 2. num. 1. dicit materiam Confirmationis eſſe oleum mixtum cum Balſamo odorifero, ſaltem adulterino. Pro qua ſententia in Commentario litera C. citat Sotum, & Ledeſmam.

Proponitur aff. ſent.

Niti autem poterit hæc ſententia primò in quadam diſpenſatione, quæ refertur Pij IV. qua conceſſit Epiſcopis Indiarũ conficere Chriſma cum quodã Balſamo illius regionis, ubi non reperitur Balſamum Syriacum. Refertur etiam alia diſpenſatio Pauli III. pro Indis. Dubitavit enim quidam Indiarum Epiſcopus, & conſuluit Pontificem; an illud Balſamum Indicum eſſet verum Balſamum; indulſit autem Pontifex, ut eo Balſamo quamvis incerto uteretur; quod ſignum eſt ſufficere ſaltem adulterinum.

Quia conceditur Indis à Pio IV. confirmare in Chriſm. ex Balſ. ſuæ regionis. Item à Paulo III.

Secundò, quia materia Sacramenti debet eſſe certa, & de qua non poſſit eſſe moraliter dubitatio.

Et materia Sacramenti debet eſſe certa.

dubitatio. At de vero Balſamo vix poſſumus eſſe certi, cum facillimè adulterari poſſit, ita ut vix queat dignoſci, ut ſcribit Plinius lib. 12. cap. 25. Ergò dicendum eſt adulterinum Balſamum eſſe materiam ſufficientem hujus Sacramenti; aliàs ſæpiſſimè eſſemus dubij de veritate hujus Sacramenti.

10. Sed verior ſent. eſt neg. & contraria temeraria & errori proxima, quia eſt omninò nova.

Cæterùm verum eſt ſolum verum Balſamum eſſe materiam Sacramenti Cõfirmationis. Quã conclusionem, adeò veram exiſtimo, ut ſententiam Henriquez judicem non ſolùm temerariã, ſed ferè errori proximam.

In primis quidem temerariam eſſe conſtat, quia nullus author, neque ex antiquis, neque ex recentioribus eam docet, ſed antiqui omnes, nullo excepto, abſolutè docent Balſamum eſſe materiam hujus Sacramenti; nomine autem Balſami abſolutè poſiti, verum Balſamum intelligitur, non adulterinum, & fictum; ſicut in aliarum rerum appellationibus manifeſtè conſtat. *Nullus enim nomine pretioſi lapidis, aut gemmæ abſolutè poſito fictitias, & adulterinas intelligit; ſicut etiam idem expendebamus ſupra, cum ex traditione Eccleſiaſtica probavimus oleum olivarum eſſe materiam Confirmationis.

Nomine autem Balſami abſolutè ſignificatur verũ.

Deinde Scholaſtici cùm examinant an balſamum ſit materia neceſſaria neceſſitate ſacramenti, vel præcepti, ad eam objectionem, quam opponunt qui ſentiunt tantum eſſe neceſſarium ex præcepto, ſcilicet, quod balſamum verum difficilè reperiatur, & quod de facili adulterari poſſit, numquam reſpondent adulterinum ſufficere, ſed & magnam eſſe copiam Balſami, & diligentiâ fieri poſſe, ut verum Balſamum comparetur, non adulterinum. Sic Ægidius in hac quæſt. artic. 2. dub. 1. in ſolutione 4. objectionis, contra 2. concluſ. & explicat exemplo vini, quod quamvis facilè adulterari poſſit, mixtum aqua, & aliquod genus vini ſit, in quo ejuſmodi adulterium difficilè deprehendi poteſt, hoc tamen non obſtat, quominus in vero vino, non in adulterino inſtituta ſit materia calicis à Chriſto Domino.

Quod adhibitâ diligentiâ ſufficienter haberi poteſt.

Eidem objectioni reſpondet Faber in 4. diſtinct. 7. diſp. 25. cap. 2. in ſolut. 2. object. Bellarminus dicto lib. 2. cap. 9. in ſolut. 3. object. contra 2. propoſitionem, Puteanus in hac quæſt. dubit. 4. Suarez diſput. 32. citata ſect. 1. in ſolut. 3. Gamachæus in hac quæſt. cap. 3. in ultimæ objectionis ſolut. Petigianus in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 3. in ſolut. ad 2. Layman dicto lib. 5. ſummæ tractatu 3. cap. 2. cum dicat Eccleſiæ paupertatem numquam impedimento fuiſſe, quominus parum Balſami comparari poſſet, & Reginaldus lib. 28. citato tractatu 1. capite 1. num. 7.

A qua nulla Eccleſiæ paupertas excuſat facilè.

Præterea etiam illi Scholaſtici, qui ſentiunt Balſamum non eſſe materiam neceſſariam neceſſitate Sacramenti, eo inducti, quòd materia Sacramentorum debet eſſe certa, Balſamum autẽ

facilè adulterari poſſit, noſtræ ſententiæ, & communi favent. Nam ideò illi reijciunt Balſamũ, à materia hujus ſacramenti, dicuntq; ſe non eſſe neceſſarium neceſſitate ſacramenti, ſicut neque aqua eſt materia calicis, ſed tantùm præcepti. Quod præceptum quidam ex eis, ut Caietanus, dicunt eſſe Eccleſiaſticum, alij verò, ut Soto, dicunt eſſe divinum.

aqua eſt ad confecratio nem ex præcepto tantũ neceſſaria ſive eccleſiaſt. ſive divin

Quare, ut dixi, nullus reperitur Scholaſticus, qui dicat Balſamum adulterinum eſſe ſufficientem materiam confirmationis, ſi ſimul etiam concedũnt Balſamum eſſe materiam neceſſariam neceſſitate ſacramenti, ut concedit Henriquez loco citato.

hinc omnes requirunt verum Balſ. ſi dicãt eſſe de eſſentia ſacr.

Nec Soto citatus ab hoc authore illi favet, tum, quia Soto apertè docet Balſamum non eſſe materiam neceſſariam hujus ſacramenti, ſed ſine Balſamo poſſe conſtare; tum, quia ſolùm dicit, in illis regionibus rariſſimum inveniri caſtum Balſamum, ſed pro illo ſubſtitui in uſu ſacramenti, quod affertur ex novo orbe, & non habet indicia veri Balſami, non tamen dicit Soto ſubſtitui in uſu ſacramenti, ſed intelligi poteſt de ſubſtitutione ad alios uſus, & medicamenta. Quamvis in eo deceptus eſt Soto, cùm exiſtimet, id quod affertur ex novo orbe, non eſſe verè Balſamum, ut dicam ſtatim. Aſſerere autem aliquid in re adeò gravi, qualis eſt materia ſacramentorum, contra omnium Doctorum ſenſum temerarium eſt.

Secundò eam ſententiam eſſe ferè errori proximam, ſic oſtendo. Quia, ut ſupra dictum eſt, & ex communi Theologorum ſententia perpetua Eccleſiæ traditio circa materiam hujus ſacramenti dedit ſufficiens fundamentum definitioni Eugenij Quarti, qua decrevit materiam confirmationis eſſe Chriſma confectũ ex Oleo, & Balſamo; & ſimiliter etiam traditio, quæ abſolutè loquitur de Oleo præbuit ſufficiens fundamentum ut judicemus cum communi Doctorum ſenſu definitum eſſe ab Eugenio Quarto Oleum tantùm Olivarũ eſſe materiam neceſſariam hujus ſacramenti, quia illud eſt abſolutè Oleum. Ergò eadem etiam traditio Eccleſiæ, quæ abſolutè uſurpat nomen Balſami, ſufficiẽs fundamentum eſt, ut intelligamus definitum eſſe ab Eugenio IV. Balſamum verum, & non adulterinum eſſe materiam hujus ſacramenti. 11

perpetua Eccleſ. traditio ſufficienter fundat. diffinit. Eugen. 4. de conf.

in qua ſicut per oleum ſic per balſamum intelligi debet veru,

Omnes enim Pontifices, & Concilia, & Patres, qui Balſami meminerunt, abſolutè dicunt eſſe materiam, & alij dicunt optimum Balſamum; ſic Alcuinus in lib. de divinis officijs, cap. de cœna Domini, & Amalarius Balſamum ex arbore aromatica, lib. 1. de Eccleſiaſticis offic. cap. 12. qua phraſi verum & purum Balſamum intelligitur. Sicut & quia Eugenius IV. in citato decreto dixit vinum de vite eſſe materiam calicis, intelligimus verum vinum, & non adulterinum; & aliàs nihil certi haberemus in materijs ſacramentorum in de-

ut etiam per vinum in con.

in decreto Eugenij. Sicut ergò veram aquam in Baptiſmo, verum oleum in extrema unctione, verum vinum in Euchariſtia ſentimus definiri ab Eugenio eſſe materiam ſacramentorum; ita in præſenti dicēdū eſt de Balſamo.

& aquam in baptiſ.

Et urgeo magis, quia etſi diceremus Balſamum non eſſe materiam neceſſariam neceſſitate ſacramenti, adhuc dici deberet eo ipſo quod Balſamum abſolutè ponitur ab Eugenio, de vero intelligendum. Quia ſimiliter, etſi aqua non ſit materia neceſſaria calicis neceſſitate ſacramenti, ſed ſolùm adhibeatur ex præcepto, definitio Eugenij intelligitur de vera aqua naturali; & ex eo quod abſolutè dixit aquā miſcendā eſſe cū vino in calice. Idē ergo in præſenti dicendum eſſet.

& hoc etiā dicendum etſi ex præcepto ſolum adhiberetur.

Tertiò pro communi ſententia expendo teſtimonium Fabiani Papæ, qui in ea epiſt. 2. ad Orientales reprehendit Pontifex ejus regionis quoſdam Epiſcopos, eo quod non conficerent Chriſma per ſingulos annos, ſed per biennium, aut triennium cōfectionem factam conſervarent. Cujus rei eam excuſationem afferebant illi Epiſcopi, quod Balſamum per ſingulos annos reperiri non poſſet. Reſpondet Pontifex ſingulis annis Chriſma cōficiendum in die cœnæ, & vetus comburendum, ſicque obſervari in Eccleſia Romana, Anthiochena, Hieroſolymitana, & Epheſina à temporibus Apoſtolorum. At ſi Balſamum adulterinū eſſet ſufficiens materia Confirmationis, neque illi Epiſcopi Orientales cauſarentur non poſſe Balſamum reperiri, cùm facilè adulterari poſſet, ita ut adulterini magna copia eſſet; & ſimiliter Pontifex idem diceret, & illi Epiſcopi fruſtra ſe raritate Balſami excuſarent, cùm adulterinum facilè eſſet reperire. Pontifex autem illius excuſationis, utpote frivolæ, nullam rationem habens, ſeveriſſimis verbis factum Epiſcoporum reprehendit; quibus indicat confictam ab illis eam excuſationem eſſe, neque eam eſſe veri Balſami penuriam, qua illi ſuum abuſum tuebantur.

increpantur Epiſcopi quod Chriſma quotannis non conficerent

ſe excuſantes quod quotannis non invenirent balſ.

cum adulterinum iatis ſit invenibile,

13\. Denique ſingularis hæc ſententia nullo nititur veriſimili fundamento. Nam illud quod deſumitur ex diſpenſationibus illorum Pontificum, nullum eſſe oſtendunt optimè Suarez, & Ægidius, & alij locis citatis. Neque enim illi Pontifices indulſere, ut ficto, vel adulterino Balſamo uterentur apud Indos; ſed declarant Balſamum illud Indicum eſſe verè Balſamum, & ex conſequenti ſufficientem materiam Confirmationis. Conveniens autem fuit in eo caſu Pontificem conſulere, quia ante illud tempus non erat cognitum niſi balſamum Paleſtinum; quamvis in rigore loquendo, ut rectè monet Suarez, neceſſaria non erat ea Pontificis declaratio, ſive facultas, cum balſamum illud eſſet materia ſufficiens, & certa moraliter loquendo; quæ certitudo ſufficiens eſt ad uſum ſacramentorum.

diſpenſatio de adhibēdo bal adulterino numquam facta

ſed declaratum tantū Indicum aut ſimile eſſe ſufficiens

ſuperquo conſultus Pont. quia tale hactenus non erat notum verum aut ab adult. facile nunc ſecerni poteſt.

Id autem, quod ſecundo loco adducebatur, ſcilicet, balſamum facilè adulterari poſſe, ut vix adul-

adulterium deprehendatur, jam conſtat humanâ diligentiâ fieri poſſe, ut ſimus moraliter certi de veritate balſami, ut monent Suarez, & Ægidius.

14 Illud autem addendum eſt, quando contigerit per mixtionẽ aliarum materiarum, quibus balſamum adulteratur, aliquam veram balſami partem remanere, pars illa erit ſufficiens materia hujus ſacramenti, non reliquæ; ſicut de vino mixto aqua philoſophamur in ſacramento Euchariſtiæ. At cum per adulterium tertia quædam ſubſtantia facta eſt, nullatenus eſt materia ſacramenti. Vnde conſtat numquam hic adulterinum balſamum eſſe materiam Confirmationis, ſicut neque vinum adulterinum eſt materia calicis.

mixtio aliarum materiarum non invalidat conf. niſi per illam alia ſpecies exurgat

15. Vltimò quæri poteſt,

An materiæ Confirmationis poſſint alij liquiores aromatici adhiberi unà cũ balſamo?

OCcaſionem quęſtionis prębet in primis, quod Dionyſius loco citato dicit eſſe *collectionem quandam ſuaviter ſpirantium materiarum*; quibus indicare videtur non ſolum balſamum, ſed etiam alias materias odoriferas admixtas.

quod aliquando practicatum

Deinde quia in Euchologio Græcorum, cum de hoc Sacramento agitur, multa alia miſcentur aromatum genera.

Denique S. Baſilius loco citato etiam indicat unguentum hoc diverſis condimentis, & aromatibus conſtare.

Quam conſuetudinem etiam hodie apud Græcos perſeverare docent nonnulli ex ipſis Græcis verè Catholici, nec reprehendunt & in inſtructione pro Græcis data per Clementẽ VIII. quã affert Naldus in ſumma verbo Chriſtianus 1. non reperimus improbatã eam conſuetudinem.

Ego quidem exiſtimo juxta id, quod modo dicebamus, nihil obſtare validitati Sacramenti, ſi alia aromata cum balſamo miſceantur, dummodo balſamum verè remaneat, & ejus ſubſtantia, & apud Græcos id fieri, & ſuſtineri ſine crimine; Latinis autem non licere ſine gravi peccato aliquam aliam materiam admiſcere.

apud græcos ad hoc licitum

non apud latinos.

CAPVT II.

An mixtio balſami in Chriſmate ſit de neceſſitate Sacramenti Confirmationis?

SVMMARIVM.

Status quæſtionis num. 1.

Balſamum tantùm eſſe neceſſarium, neceßitate præcepti, non ſacramenti quidam opinantur cum Caietano num. 2.

Oppoſitum verius, eſſe D. Thomæ ſenſum, num. 3.

Communem ſenſum ſcholaſticorum eſſe, num. 4.

Prima probatio ex communi Eccleſiæ ſenſu, num. 5.

Obiectio contra hanc probationem diluitur, num. 6.

Alia obiectio excluditur, num. 7.

Solutio Soti repellitur, num 8.

Secunda probatio veræ ſententiæ deſumpta

ſumpta ex cauſa efficienti gratiæ in Confirmatione, num. 9.
Prima ſolutio eius probationis adducitur, num. 10.
Ea ſolutio reiicitur, num. 11.
Alia ſolutio adducitur, & repellitur, num 12.
Tertia probatio veræ ſententiæ, nu. 13.
Solutio proponitur, & impugnatur, num. 14.
Prima obiectio contra veram ſententiam, num. 15.
Oſtenditur Innocentium potius favere noſtræ ſententiæ num. 16.
Prima explicatio Innocentij, num. 17.
Obiectiones contra eam diluuntur, num. 18. & 19.
Secunda explicatio, num. 20.
Obiectio contra illam ſolvitur, nu. [illegible]
Secundo opponitur contra communem ſententiam, & diluitur, num. [illegible]
Tertia oppoſitione ſit [illegible] num. [illegible]
Quam certa ſit noſtra [illegible]

1 mixtio balſami eſt neceſſaria ex uſu & praxi & ſine peccato non omittitur.

SVpponunt aſſerunt omnes ſaltem ex præcepto neceſſarium eſſe mixtionem balſami [illegible] praxim Eccleſiæ, & ſine peccato omitti non poſſe.

Quod ergo inquirimus eſt, an mixtio balſami ſit adeo neceſſaria, ut ſolum oleum non ſit materia ſufficiens ad Sacramentum confirmationis; an vero ſolum ſit neceſſaria ex præcepto, ita ut, etiamſi non admiſceatur balſamum, nihilominus validè conferatur Sacramentum confirmationis.

2 1. ſent. aſtruit neceſſitatem præcepti

In qua difficultate prima ſententia [illegible] balſamū non eſſe materiam [illegible] Sacramenti [illegible] [illegible]

balſam. ubi additione validè poſſent [illegible]. Hanc ſententiam nullus Scholaſticorum ante Caietanum tenuit; primus ergo eam docuit Caietanus in hac quæſt. à 2. quem ſequuti ſunt Soto in 4. diſtinct. 7. quæſt. 1. a. 2. Victoria in ſumma nu. [illegible] Navarrus in manuali c. 22. n. [illegible] Covarruvias lib. 2. variarum, cap. 20. n. 4. Antonius Maria in examine Theologiæ moralis parte 3. cap. 3. §. 2. num. 3. [illegible] de Sacramento Confirmationis cap. de [illegible] num. 3. Eſtius in 4. diſt. 7. §. 8. Valentia 4. tom. diſp. 5. [illegible] quæſt. 1. puncto [illegible] 2. part. lib. [illegible] cap. 12. [illegible] in 4. de Sacramento Confirmationis [illegible] c. 19. [illegible] Huius ſententiæ fundamenta adducam poſtea.

Sed [illegible], qui eam [illegible] aliquid diſſident. [illegible] balſamum eſſe neceſſarium ex præcepto [illegible] Soto [illegible]. At Caietanus [illegible] eſſe neceſſarium ex præcepto Eccleſiaſtico.

Verum tamen mihi videtur ſecunda ſententia, quæ docet [illegible] balſami eſſe adeo neceſſarium, ut ſine ea non conficiatur Sacramentum Confirmationis. Hanc ſententiam [illegible] tenet D. Thom. [illegible] quæſt. 2. a. 4. contra [illegible] cap. 64. & in 4. diſt. 7. [illegible] a. 1. quæſt. 2. & ad 2. [illegible]

vel [illegible]

vel [illegible]

[illegible] [illegible]are [illegible]ppo- [illegible]ſentiã abſolu- [illegible]e inqua [illegible]ipua Sacra- [illegible]nti.

quid dicat Soto, hanc eſſe mentem D. Thomæ dubitari non poteſt, cum ſemper pro materia Confirmationis nominet oleum & balſamum; & in 4. loco citato dicat eſſe oleum balſamatum.

Et ſanè ſi D. Thomas ſentiret non eſſe materiam neceſſariam, ad argumentum ſibi oppoſitum, quod materia aſſumi debet in ſacramentis, quæ de facili inveniri poſſit, balſamum autem difficilè invenitur, reſpõderet, balſamum non eſſe neceſſariam materiam; ea tamen reſponſione tacita, tam in 4 quàm in hoc art. aliter reſpondet, ut dicam infrà.

4. Hanc etiam ſententiam tenet Magiſter in 4. diſt. 7. & omnes Scholaſtici antiqui. Quidam eorum, & plures, quia abſolutè dicunt Chriſma ex oleo, & balſamo eſſe materiam hujus ſacramenti, ſine ulla diſtinctione. Alij verò, quia expreſsè docent nullum eſſe ſacramentum Confirmationis ſine ejuſmodi materia. Ita expreſsè Adrianus in 4. de ſacramento Confirmationis art. 2. in fine, Paludanus in 4. diſt. 7. q. 1. art. 2. concluſ. 3.

At inter eos, qui à temporibus Caietani ſcripſêre, cum de hac quæſt. ille apertiùs diſputare cæpit, longè communior eſt noſtra ſententia. Eam tenent ex his, qui contra hæreticos ſcripſerunt, Hoſius in confeſſione fidei, cap. 38. Petrus Soto lect. 2. de Confirmatione, Bellarminus dicto lib. 2. cap. 8. & 9. Ex Summiſtis, Sylveſter expreſsè, verbo *Confirmatio Divina*, num. 2. Toletus lib. 2. ſummæ. cap. 21. nu. 2. Victorellus in notis ad Emanuelem Sa, verbo *Confirmatio*, num. 7. Filiucius tract. 3. de ſacramento Confirmationis, ca. 1. quæſt. 5. Henriquez dicto lib. 5. cap. 2. num. 1. Bonacina in tractatu de ſacramentis diſput. 3. punct. 3. concluſ. 2. Layman dicto lib. 5. tract. 3. cap. 1. Ex Scholaſticis, Martinus Ledeſma 1. part. quarti quæſt. 13. art. 2. dub. 3. Perez in hac quæſt. & art. Suarez diſp. 33. ſect. 1. concluſ. 4. Ægidius in hac quæſt. & art. dub. 1. concluſ. 2. Alexander Peſantius in hoc art. diſp. 2. noſter Puteanus dub. 4. Sylvius in hac quæſt. & art. in diſp. circa illum. Gamacheus in hac quæſt. cap. 3. concluſ. 2. Philippus Faber in 4. diſt. 7. diſput. 27 cap 2. Irribarne eadem diſt. diſp. 27. ſect. 1. Petigianus eadem diſt q. 1. art. 3. & noſter Cerda quæſt. 9. quodlibetica art. 3. Ex interpretibus autem juris Canonici idem docet Gloſſa in cap. 1. *De Sacramentis non iterandis*. Innocentius. Hoſtienſis, Panormitanus ibidem, Turrecremata in cap. *litteris*, *de conſec. diſt*. 3. & Heredia relect cit. de hoc ſacramento, cap. 7. dubit. 1. concluſ. 1. & alij.

Hæc communis ſententia probatur in primis, quia, ut viſum eſt cap. præced. Eccleſiæ traditio perpetua habet oleũ, & balſamum eſſe ea, ex quibus Chriſma conficitur, quod eſt materia ſacramenti; unde abſolutè, & ſine aliqua limitatione, aut moderatione dicunt balſamum, & 5. Quod habeatur ex traditione Eccleſiæ.

oleum

Diffinitione Eugenij IV.

oleum eſſe materiam ſacramenti; & Eugenius IV. loco ſæpè cit. idem abſolutè ſtatuit, & Concilium Colonienſe expreſsè in doctrina de ſacramento Confirmationis negat ſolum oleum ſine balſamo ad Confirmationẽ ſufficere. Ergò dicendum eſt balſamum eſſe materiam neceſſariam ad Confirmationem.

Conc. Colon.

Nec dici poteſt oleum eſſe materiam neceſſariam, balſamũ verò tantùm integralem. Nam Patres, & Concilia eodem tenore verborum loquuntur de oleo, & balſamo, & ex illorum loquutione non magis colligi poteſt unum eſſe neceſſarium, quam aliud. Ergò vel utrumq; vel neutrum. Hoc ſecundum dici non poteſt, ergò primum.

Eodem tenore de balſ. ac oleo loquẽtibus.

Quo eodem modo urgeri poteſt Decretum Eugenij IV. Nam eadem prorſus loquendi forma utitur in explicanda materia hujus ſacramenti, atque in alijs. Si ergò in alijs ea loquutione deſignat materiam neceſſariam neceſſitate ſacramenti, idem etiam dicendum eſt in præſenti.

6. Quod ſiquis dicat Eugenium etiam in Sacramento Euchariſtiæ aſſignaſſe materiam Calicis vinum de vite, & aquam; & tamen aquam dicimus nõ eſſe materiam neceſſariam. Sic ergò in noſtro caſu dici poſſe. Contra hoc eſt, quia Eugenius IV. longè diverſum loquendi modũ ſervat, cum agit de materia Calicis, & de materia hujus Sacramenti. Nam ibi non dixit vinum, & aquam eſſe materiam conſecrationis Calicis; ſed materiam eſſe vinum de vite, *cui modicisſima aqua eſt admiſcenda*. Vnde prioribus verbis indicavit eſſentialem materiam; poſterioribus autem ſatis indicavit aquã ſolùm quoddam additamentum non neceſſarium, niſi ex præcepto. At, cùm de Sacramento Confirmationis agit, ſolùm dicit materiam ejus eſſe Chriſma confectum ex oleo, & balſamo. Potius ergò ex diverſo modo loquendi ſentiendũ eſt in hoc loco cenſere non minus neceſſariam eſſe unam materiam, quàm aliam.

Qualiter non loquitur Eug IV. de vino & aqua reſpectu Calicis.

7. Quod ſi rurſus dicas. Idem Eugenius, cùm agit de Sacramento pœnitentiæ, abſolutè dicit partes hujus Sacramenti eſſe contritionem, confeſſionem, ſatisfactionem; & tamen certum eſt, ſatisfactionem non eſſe partem neceſſariam ad valorem pœnitentiæ, ſed ferè omnes concedunt eſſe tantum partem integralem. Ergò pari ratione, quamvis abſolutè dicat Eugenius Chriſma confici ex oleo, & balſamo, poſſumus intelligere ex uno conſtare tamquam ex eſſentiali parte, ex altero verò tamquam ex integrali tantùm, & non neceſſaria.

Sed hoc nullius eſt momenti, tum quia eſt longè diverſa ratio. Nam ſatisfactio jam ſupponit Sacramentum pænitentiæ perfectum in ſua eſſentia, cùm ſupponat abſolutionem, in qua præcipua Sacramenti vis ſita eſt, ut inquit Tridentinum ſeſſione 14 cap. 3. Non ergò potuit ad eſſentiam Sacramenti pœnitentiæ pertinere. Et ideò jure optimo

Nec tamẽ eſt pars integralis ſicut in pœnitentia ſatisf.

Quia hæc ibi ſupponit eſſentiã ſive abſolutione in qua præcipua vis Sacramenti.

dicimus

dicimus eſſe tantùm partem integralem, & non eſſe eſſentialem. At in noſtro caſu balſamũ non ſupponit Sacramentum cõfirmationis, neque ejus confectionem, ſed miſceri debet ante prolationem formæ. Ergò non eſt unde colligamus in illo caſu balſamum non eſſe partem neceſſariam, ſicut colligimus in ſacramento pœnitentiæ.

Balſamum aut non ſupponit Confirmationem.

Tum etiam, quia Tridentinũ dicto cap. 3. cùm agit de partibus ſacramenti pœnitentiæ non utitur verbo partium eſſentialium, quia ſciebat non omnes eſſe partes eſſentiales; ſed utitur voce communi, ſive ad ſignificandam eſſentiam, & ſubſtantiam, ſive ad integritatem, & dixit integritatem ſacramenti eas partes exigere. At in præſenti nihil ſimile reperimus. Ergò nullum eſt in Eugenio fundamentum, neque in traditione Eccleſiaſtica, propter quod dicamus balſamũ eſſe materiam non neceſſariam ad valorem ſacramenti Confirmationis.

Pars eſt quid magis commune ad eſſent. & integ.

8. Sed videamus, quid ad hoc argumentum reſponderi poſſit. Dici quidem poteſt cum Soto loco citato, non eſſe perpetuam Eccleſiæ traditionẽ, quod Chriſma conficiatur ex oleo, & balſamo; tum quia pauciſſimi Eccleſiæ Patres balſami meminerunt; & Dionyſius tacuit nomẽ balſami, tantumque dixit unguentum iſtud eſſe ex odoriferis materijs; & Patres ſimiliter ſæpè, quod appellant Chriſma, vocant etiam oleum, cùm loquuntur de hoc ſacramento; quo ſatis indicare videntur oleum eſſe partem eſſentialem, non verò balſamum.

Et inde poteſt ſufficiens fundamentum deſumi, ut Decretũ Eugenij IV. ſic explicetur, ut intelligatur oleum eſſe materiam neceſſariam ratione ſacramenti, balſamum verò ratione præcepti, quod fundamentum non invenimus ad idem aſſerendum in alijs ſacramentis.

Et præterea fundamentum etiam ad eam explicationem deſumi poteſt, ex illo reſponſo Innocentij III. in dicto *cap. 1. de Sacramentis non iterandis*: ex quo videtur colligi balſamum non eſſe materiam neceſſariam, frequens autem eſt atque receptum, ut unum decretum Conciliorũ, vel Pontificium ex aliorũ Pontificum, & Conciliorum decretis, vel Patrum dictis declaretur, aut limitetur, etiam ſi abſolutè prolatum ſit.

Vnum decretum ſub inde per aliud explicatur.

Quamvis obſolutè prolatum ſit.

Sed hæc ſolutio nullius eſt momenti. Nam inprimis ex dictis cap. 2. conſtat plures Patres meminiſſe balſami in materia hujus ſacramenti. Sic Fabianus, Gregorius Primus, Innocentius III. Cyprianus, Gregorius Turonenſis, & omnes quotquot à tempore Iſidori, (qui floruit anno 630.) ſcripſère de officijs Eccleſiaſticis, balſami in hoc ſacramento expreſſam mentionẽ fecerunt. Et liber ille antiquus, qui inſcribitur Ordo Romanus, disertè loquitur de balſamo. Cõjectamus autem eum librum antiquiſſimum eſſe in Eccleſia (licet poſtea aliorum ſcriptorum acceſſio-

Iſidorus floruit an. 630.

Eccleſia olim non æris, at ligni ſono utebatur. & quare?

acceſſione locupletatus fuerit) quòd eo tempore, quo ſcriptus eſt, vigeret adhuc in Eccleſia conſuetudo ſignorum, non æreorum, ſed ligneorum. Eccleſia namque antiquiſſimis temporibus, quando propter perſecutores latitabat, non æris, ſed lignorum ſono utebatur, ne à fidei hoſtibus facilè deprehendi poſſet. Videndus locus in eo libro, cum agit de feria 5. Maioris hebdomadæ, & de die Paraſceves, & comparandus omnino cum alio Amalarij loco, in lib. 4. de divinis officijs, cap. 21.

Balſamum intelligitur apud PP. per materiam odoriferam.

Deinde alij Patres, etſi non nominaverunt expreſſè balſamum; at materiam odoriferam eſſe apertè dixerunt. Sic Clemens Romanus, Dionyſius atque Baſilius. Non autem alia odorifera materia diſignari poteſt, quæ in uſu communi Eccleſiæ fuerit in hoc ſacramento, niſi balſamum. Ergò etiam illi de balſamo intelligendi ſunt. Similiter etiam eodem cap. oſtenſum eſt, ex accommodatione uſus Eccleſiaſtici, Chriſma ab oleo diſtingui; & hôc ſignificari ſimplex oleum, illo verò compoſitum.

Et per olei in hoc ſacram. compoſitum ex balſ. & oleo, quod ultimum potiorem partem obtinet. Ideoque ſimpliciter ſubinde ponitur.

Quo datur intelligi, quando Patres agentes de hoc ſacramento nominant oleum, & Chriſma, non intelligere ſimplex oleum, ſed compoſitū Chriſma, oleumque nominare à majori, & notiori parte materiæ, ex qua conſtat. Et ut rectè advertit Suarez loco citato in ſolut. 2. ijdem Patres, qui hoc ſacramentum *oleum* vocant, nominant etiam *unguentum*, & compoſitum ex diverſis materijs: ut conſtat, ex Dionyſio cap. 4. citato, & Cyrillo Hieroſolymitano Catecheſi 3. Auguſtino lib. 2. contra literas Petiliani, cap. 104. & ex alijs. Quod manifeſtè indicat nomine olei, quando eo utuntur, ſignificare oleum compoſitum, & unguentum, ex diverſis materijs conſtans.

Denique ex Innocentio III. in eo cap. nullum deſumi poteſt fundamentum, ut oſtendam infra in ſolutione objectionum.

9. Secundò probari poteſt eadem communis ſententia optima ratione, qua utitur noſter Puteanus.

Gratia ſacra. cauſatur à miniſtro.

Sed mediante ſacramenti eſſentiâ.

Quia effectus gratiæ in Sacramento eſt à miniſtro, medio ſacramento; & illud in ſacramento eſt cauſa gratiæ ſanctificantis, quod eſt eſſentiale ſacramento, ſcilicet materia, & forma: id autem quod non eſt pars eſſentialis ſacramenti, non eſt cauſa gratiæ.

Non ſacramentalibus &c. hinc

Satisfactio non cauſat gratiam, ſed remittit pœnam.

Balſamum tamen in confirm. efficit gratiam.

Quod quidem conſtare poteſt inductione in omnibus ſacramentis. Inde enim in materia de confeſſione diximus ſatisfactionem non eſſe cauſam gratiæ in ſacramento pœnitentiæ, licet habeat alium effectum, ſcilicet remiſſionem pœnæ temporalis, in quam virtute abſolutionis commutata eſt æterna; at gratia ſacramenti pœnitentiæ ſolùm eſt à contritione, & confeſſione, & abſolutione, quæ ſunt partes eſſentiales hujus; ſed in ſacramento confirmationis non ſolùm oleum, ſed etiam balſamum ex parte materiæ efficiunt gratiam. Ergo non ſolum oleum, ſed etiam balſamum eſt pars eſſentialis.

Minorem probo ex Concilio Tridentino ſeſſione 7. de Confirmatione, canone 2. ubi definit, Anathema eſſe eos, qui docent, injurios eſſe Spiritui Sancto, qui ſacro Confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt.

10. Huic argumento poſſet aliquis reſpondere. Primò, cùm Concilium dicit Chriſmati tribuendam eſſe virtutem, non loqui de virtute productiva gratiæ, ſed aliorum effectuum, ratione benedictionis Eccleſiæ, ſicut concedimus in alijs ſacramentalibus, aut in cinere, qui in Feria 4. Cinerum benedicitur, vel ramis in die Palmarum. Vnde poſſet aliquis exiſtimare Concilium ſic intelligendum eſſe, cùm Chriſma conſtet ex oleo, & balſamo, quorum alterum eſt materia neceſſaria, alterum verò non, utrique tribuendam eſſe virtutem, ſed accommodatè, oleo quidem virtutem ſanctificandi, balſamo verò virtutem ad alios effectus, ſicut ſacramentalibus tribuimus vim, licet non ad ſanctificantem gratiam producendam.

11. Definitio Eccleſiæ intelligenda juxta mentem hæreticorum. Qui negãt Chriſmati, quod Ecclesia conficit virtutẽ. & inauditũ de balſami vi ſicut de ſacramentalium loqui.

Sed hæc ſolutio valde aliena eſt à mente Concilij. Nam ea definitio intelligenda eſt juxta hæreticorum errorem, cui opponitur: illi autem ſacro Chriſmati, quale in Eccleſia conficitur ad hoc ſacramentum, negant vim producendi gratiam. Sed in Eccleſia conficitur ex oleo, & balſamo. Ergò utrique negant vim ſanctificandi. Ergò de eo intelligenda eſt definitio Concilij. Neque unquam aliquis hactenus in Eccleſia exiſtimavit de balſami divina virtute judicandum eſſe, atque de materijs aliorum ſacramentalium.

Vt patet ex Pont. Rom. in quo Chriſmã ſeparatim benedicitur ab oleo infirm.

Id ipſum planè convincitur ex orationibus Eccleſiæ, quæ habentur in Pontificali Romano, in offic. Feria 5. in Cœna Domini. Nam ſeparatim fit benedictio olei infirmorum, poſtea verò benedictio olei, & balſami ad Chriſma.

Et in prima Oratione balſamum benedicitur *odoriferi corticis lachryma, ut ſit acceptabilis divinis myſterijs.*

Et pro eo diverſæ virtutes poſtulantur.

In 2. poſtulat Eccleſia à Deo, *ut unguento, quod radix produxit ſtirpea, ſpiritualem gratiam largiendo, plenitudinem ſanctificationis infundat, ſit fidei hilaritate conditum, ſacerdotalis unguenti chriſma perpetuum, ad cæleſtis vexilli impreſſionem digniſſimam; ut baptizati eo peruncti, corporum, & animorum benedictionem pleniſſimam conſequantur, & beatæ fidei collato munere perenniter amplientur.*

Et in 3. Oratione, cùm oleũ, & balſamum commixta ſunt, poſtulat à Deo Eccleſia, *ut illos diverſarum ſpecierum liquores creatos ſanctæ Trinitatis perfectione benedicat, & benedicendo ſanctificet, concedatque, ut ſimul permixti unum fiant, & quicumque exterius eis perunctus fuerit, ita interius liniatur, quod omnibus ſordibus corporalis materiæ carens, ſe participem Regni cæleſtis effici gratuletur.*

Et in Præfatione, quæ canitur poſt benedictionem olei, & balſami, petit Eccleſia, *ut huius creatura*

creatura pinguedinem ſanctificare ſua benedictione dignetur, & Sancti Spiritus ei admiſcere virtutem cooperante Chriſti Filij Dei potentia, à cuius nomine ſancto chriſma nomen accepit; unde uncti ſunt Sacerdotes, Reges, Prophetæ, Martyres, ut ſpiritualis lavacri Baptiſmo renovandi creaturam Chriſmatis in Sacramentum ſalutis, vitaque confirmet, ut ſanctificatione unctionis infuſa, corruptione prima nativitatis abſorpta, ſancti cuiuſque templum acceptabilis vitæ innocentiæ odore redoleſcat, ut ſecundum conſtitutionis Dei ſacramentum, regali, & ſacerdotali, propheticoque honore perfuſi, veſtimento incorrupti muneris induantur; ut ſit his, qui renati fuerunt ex aqua, & Spiritu Sancto Chriſma ſalutis, eoſq́; æternæ vitæ participes, & cæleſtis gloriæ faciat eſſe conſortes.

Idque tam balſamo quam oleo & ex utroq; compoſito Chriſmate.

Ex quibus orationibus, & benedictionibus Eccleſiæ maniſeſtiſſime conſtat, non majorem, neque aliam virtutem à Deo poſtulare, & impetrare Eccleſiam oleo Chriſmatis, quam balſamo. Et rurſus eandem vim ſanctificandi poſtulare Eccleſiam compoſito ex utraque materia. Non ergò ſubſiſtere poteſt ea interpretatio Concilij.

12\. Et quamvis vox Chriſma ex ſe ſit communis ad oleũ & compoſitum ex eo & balſ.

Secundò reſponderi poſſet, in Concilio Tridentino nomine Chriſmatis non intelligi compoſitum ex oleo, & balſamo, ſed tantùm oleum, cùm nomen Chriſmatis commune ſit ad utrumque ſignificandum, unum ex vi nominis, alterum verò ex accommodatione.

Sed neque hæc ſolutio defendi poteſt. Quia cenſendum eſt Concilium uſurpaſſe nomen Chriſmatis, cùm agit de ſacramento Confirmationis, in eo ſenſu, & ſignificatione, in qua receptum eſt id nomen in Eccleſia, cùm de eo ſacramento ſermo eſt. At Chriſma in eo caſu nunquam receptum eſt pro ſolo oleo; neque ſolius olei unctio unquam fuit in uſu in Eccleſia: & ſimiliter etiam hæretici in eodem ſenſu accipiunt Chriſma, cui divinam virtutem negant. Ergò Concilium nomine Chriſmatis intellexit id, quod Eccleſia in ſacramento Confirmationis conſuevit Chriſma nominare; & ex conſequenti compoſium ex oleo, & balſamo.

Ex accommodatione tamen 1. ſignificat in Eccleſ. oleum ſimplex, aſt illud compoſitum.

Item Concilium appellat ſacrum Chriſma Confirmationis. At Chriſma Confirmationis numquam eſt conſecratum in Eccleſia ſine balſamo. Ergò utrumque comprehendit eo nomine, & utrique definit ineſſe virtutem divinam productivam gratiæ ſanctificantis: atque adeò eſſe utrumque materiam eſſentialem. Nam id quod accidentale eſt in materia, vel forma ſacramentorum, non habet vim productivam gratiæ, ut explicari poteſt exemplo formæ verborum in conſecratione panis, & vini: & ſimiliter in alijs formis ſacramentorum, in quibus verbo non neceſſario non ineſt virtus productiva gratiæ.

Et Chriſma Confirmationis, ut vocatur à Concil. nnnquam fuit conſecratum ſine balſ. accidentale in ſacr. non cauſat gratiam.

Tertiò denique probari ſolet communiter à doctoribus argumento deſumpto ex veritate formæ. Quia ſi balſamum non eſſet materia neceſſaria ſacraméti 13.

faciliè adulterari poſſit, noſtræ ſententiæ, & communi favent. Nam ideò illi reijciunt Balſamũ, à materia hujus ſacramenti, dicuntq; ie non eſſe neceſſarium neceſſitate ſacramenti, ſicut neque aqua eſt materia calicis, ſed tantùm præcepti. Quod præceptum quidam ex eis, ut Caietanus, dicunt eſſe Eccleſiaſticum, alij verò, ut Soto, dicunt eſſe divinum.

aqua eſt ad conſecratio nem ex præcepto tantũ neceſſaria ſive eccleſiaſt. ſive divin

Quare, ut dixi, nullus reperitur Scholaſticus, qui dicat Balſamum adulterinum eſſe ſufficientem materiam confirmationis, ſi ſimul etiam concedũnt Balſamum eſſe materiam neceſſariam neceſſitate ſacramenti, ut concedit Henriquez loco citato.

hinc omnes requirunt verum Balſ. ſi dicãt eſſe de eſſentia conf.

Nec Soto citatus ab hoc authore illi favet, tum, quia Soto apertè docet Balſamum non eſſe materiam neceſſariam hujus ſacramenti, ſed ſine Balſamo poſſe conſtare; tum, quia ſolùm dicit, in illis regionibus rariſſimum inveniri caſtum Balſamum, ſed pro illo ſubſtitui in uſu ſacramenti, quod affertur ex novo orbe, & non habet indicia veri Balſami, non tamen dicit Soto ſubſtitui in uſu ſacramenti, ſed intelligi poteſt de ſubſtitutione ad alios uſus, & medicamenta. Quamvis in eo deceptus eſt Soto, cùm exiſtimet, id quod affertur ex novo orbe, non eſſe verè Balſamum, ut dicam ſtatim. Aſſerere autem aliquid in re adeò gravi, qualis eſt materia ſacramentorum, contra omnium Doctorum ſenſum temerarium eſt.

Secundò eam ſententiam eſſe ferè errori proximam, ſic oſtendo. Quia, ut ſupra dictum eſt, & ex communi Theologorum ſententia perpetua Eccleſiæ traditio circa materiam hujus ſacramenti dedit ſufficiens fundamentum definitioni Eugenij Quarti, qua decrevit materiam confirmationis eſſe Chriſma confectũ ex Oleo, & Balſamo; & ſimiliter etiam traditio, quæ abſolutè loquitur de Oleo præbuit ſufficiens fundamentum ut judicemus cum communi Doctorum ſenſu definitum eſſe ab Eugenio Quarto Oleum tantùm Olivarũ eſſe materiam neceſſariam hujus ſacramenti, quia illud eſt abſolutè Oleum. Ergò eadem etiam traditio Eccleſiæ, quæ abſolutè uſurpat nomen Balſami, ſufficiẽs fundamentum eſt, ut intelligamus definitum eſſe ab Eugenio IV. Balſamum verum, & non adulterinum eſſe materiam hujus ſacramenti. 11

perpetua Eccleſ. traditio ſufficienter fundat. diffinit. Eugen. 4. de conf.

in qua ſicut per oleum

ſic per balſamum

intelligi debet verũ,

Omnes enim Pontifices, & Concilia, & Patres, qui Balſami meminerunt, abſolutè dicunt eſſe materiam, & alij dicunt optimum Balſamum; ſic Alcuinus in lib. de divinis officijs, cap. de cœna Domini, & Amalarius Balſamum ex arbore aromatica, lib. 1. de Eccleſiaſticis offic. cap. 12. qua phraſi verum & purum Balſamum intelligitur. Sicut & quia Eugenius IV. in citato decreto dixit vinum de vite eſſe materiam calicis, intelligimus verum vinum, & non adulterinum; & aliàs nihil certi haberemus in materijs ſacramentorum in de-

ut etiam per vinum in conſ.

in decreto Eugenij. Sicut ergò verum aquam in Baptiſmo, verum oleum in extrema unctione, verum vinum in Euchariſtia ſentimus definiri ab Eugenio eſſe materiam ſacramentorum; ita in præſenti dicēdū eſt de Balſamo.

& aquam in baptiſ.

Et urgeo magis, quia etſi diceremus Balſamum non eſſe materiam neceſſariam neceſſitate ſacramenti, adhuc dici deberet eo ipſo quod Balſamum abſolutè ponitur ab Eugenio, de vero intelligendum. Quia ſimiliter, etſi aqua non ſit materia neceſſaria calicis neceſſitate ſacramenti, ſed ſolùm adhibeatur ex præcepto, definitio Eugenij intelligitur de vera aqua naturali; & ex eo quod abſolutè dixit aquā miſcendā eſſe cū vino in calice. Idē ergo in præſenti dicendum eſſet.

& hoc etiā dicendum etſi ex præcepto ſolum adhiberetur.

Tertiò pro communi ſententia expendo teſtimonium Fabiani Papæ, qui in ea epiſt. 2. ad Orientales reprehendit Pontifex ejus regionis quoſdam Epiſcopos, eo quod non conficerent Chriſma per ſingulos annos, ſed per biennium, aut triennium cōfectionem factam conſervarent. Cujus rei eam excuſationem afferebant illi Epiſcopi, quod Balſamum per ſingulos annos reperiri non poſſet. Reſpondet Pontifex ſingulis annis Chriſma cōficiendum in die cœnæ, & vetus comburendum, ſicque obſervari in Eccleſia Romana, Anthiochena, Hieroſolymitana, & Epheſina à temporibus Apoſtolorum. At ſi Balſamum adulterinū eſſet ſufficiens materia Confirmationis, neque illi Epiſcopi Orientales cauſarentur non poſſe Balſamum reperiri, cùm facilè adulterari poſſet, ita ut adulterini magna copia eſſet; & ſimiliter Pontifex idem diceret, & illi Epiſcopi fruſtra ſe raritate Balſami excuſarent, cùm adulterinum facilè eſſet reperire. Pontifex autem illius excuſationis, utpote frivolæ, nullam rationem habens, ſeveriſſimis verbis factum Epiſcoporum reprehendit; quibus indicat confictam ab illis eam excuſationem eſſe, neque eam eſſe veri Balſami penuriam, qua illi ſuum abuſum tuebantur.

increpantur Epiſcopi quod Chriſma quotannis non conficerent

ſe excuſantes quod quotannis non invenirent balſ.

cum adulterinum ſatis ſit invenibile,

13\. Denique ſingularis hæc ſententia nullo nititur veriſimili fundamento. Nam illud quod deſumitur ex diſpenſationibus illorum Pontificum, nullum eſſe oſtendunt optimè Suarez, & Ægidius, & alij locis citatis. Neque enim illi Pontifices indulſere, ut ficto, vel adulterino Balſamo uterentur apud Indos; ſed declarant Balſamum illud Indicum eſſe verè Balſamum, & ex conſequenti ſufficientem materiam Confirmationis. Conveniens autem fuit in eo caſu Pontificem conſulere, quia ante illud tempus non erat cognitum niſi balſamum Paleſtinum; quamvis in rigore loquendo, ut rectè monet Suarez, neceſſaria non erat ea Pontificis declaratio, ſive facultas, cum balſamum illud eſſet materia ſufficiens, & certa moraliter loquendo; quæ certitudo ſufficiens eſt ad uſum ſacramentorum.

diſpenſatio de adhibēdo bal adulterino numquam facta

ſed declaratum tantū Indicum aut ſimile eſſe ſufficiens

ſuper quo conſultus Pont. quia tale hactenus non erat notum verum aut. ab adult. facile nunc ſecerni poteſt.

Id autem, quod ſecundo loco adducebatur, ſcilicet, balſamum facilè adulterari poſſe, ut vix

aduIterium deprehendatur, jam conſtat humanâ diligentiâ fieri poſſe, ut ſimus moraliter certi de veritate balſami, ut monent Suarez, & Ægidius.

14 Illud autem addendum eſt, quando contigerit per mixtionẽ aliarum materiarum, quibus balſamum adulteratur, aliquam veram balſami partem remanere, pars illa erit ſufficiens materia hujus ſacramenti, non reliquæ; ſicut de vino mixto aqua philoſophamur in ſacramento Euchariſtiæ. At cum per adulterium tertia quædam ſubſtantia facta eſt, nullatenus eſt materia ſacramenti. Vnde conſtat numquam hic adulterinum balſamum eſſe materiam Confirmationis, ſicut neque vinum adulterinum eſt materia calicis.

mixtio aliarum materiarum non invalidat conf. niſi per illam alia ſpecies exurgat

15. Vltimò quæri poteſt,

An materiæ Confirmationis poſſint alij liquiores aromatici adhiberi unà cũ balſamo?

OCcaſionem quęſtionis prębet in primis, quod Dionyſius loco citato dicit eſſe *collectionem quandam ſuaviter ſpirantium materiarum*; quibus indicare videtur non ſolum balſamum, ſed etiam alias materias odoriferas admixtas.

quod aliquando practicatum

Deinde quia in Euchologio Græcorum, cum de hoc Sacramento agitur, multa alia miſcentur aromatum genera.

Denique S. Baſilius loco citato etiam indicat unguentum hoc diverſis condimentis, & aromatibus conſtare.

Quam cõſuetudinem etiam hodie apud Græcos perſeverare docent nonnulli ex ipſis Græcis verè Catholici, nec reprehendunt & in inſtructione pro Græcis data per Clementẽ VIII. quã affert Naldus in ſumma verbo Chriſtianus 1. non reperimus improbatã eam conſuetudinem.

Ego quidem exiſtimo juxta id, quod modo dicebamus, nihil obſtare validitati Sacramenti, ſi alia aromata cum balſamo miſceantur, dummodo balſamum verè remaneat, & ejus ſubſtantia, & apud Græcos id fieri, & ſuſtineri ſine crimine; Latinis autem non licere ſine gravi peccato aliquam aliam materiam admiſcere.

apud græcos ad hoc licitum

non apud latinos.

CAPVT II.

An mixtio balſami in Chriſmate ſit de neceſſitate Sacramenti Confirmationis?

SVMMARIVM:

Status quæſtionis num. 1.

Balſamum tantùm eſſe neceſſarium, neceßitate pracepti, non ſacramenti quidam opinantur cum Caietano num. 2.

Oppoſitum verius, eſſe D. Thomæ ſenſum, num. 3.

Communem ſenſum ſcholaſticorum eſſe, num. 4.

Prima probatio ex communi Eccleſiæ ſenſu, num. 5.

Obiectio contra hanc probationem diluitur, num. 6.

Alia obiectio excluditur, num. 7.

Solutio Soti repellitur, num 8.

Secunda probatio vera ſententiæ deſumpta

ſumpta ex cauſa efficienti gratia in Confirmatione. num. 9.
Prima ſolutio eius probationis adducitur, num. 10.
Ea ſolutio reijcitur, num. 11.
Alia ſolutio adducitur, & repellitur, num 12.
Tertia probatio veræ ſententiæ, nu.13.
Solutio proponitur, & impugnatur, num. 14.
Prima obiectio contra veram ſententiam, num. 15.
Oſtenditur Innocentium potius favere noſtræ ſententiæ num. 16.
Prima explicatio Innocentij, num. 17.
Obiectiones contra eam diluuntur, num. 18. & 19.
Secunda explicatio, num. 20.
Obiectio contra illam ſolvitur, nu. 21.
Secundo opponitur contra communem ſententiam, & diluitur, num. 22.
Tertiæ oppoſitioni fit ſatis, num. 23.
Quam certa ſit noſtra ſententia, n. 24.

1 mixtio balſami eſt neceſſaria ex uſu & praxi & ſine peccato non omittitur.

SVpponunt authores omnes ſaltem ex præcepto neceſſariâ eſſe mixtionem balſami propter uſum, & praxim Eccleſiæ, & ita ſine peccato omitti non poſſe.

Quod ergo inquiritur eſt, an mixtio balſami ſit adeò neceſſaria, ut ſolum oleum non ſit materia ſufficiens ad Sacramentum confirmationis; an verò ſolùm ſit neceſſaria ex præcepto, ita ut, etiamſi non admiſceatur balſamum, nihilominus validè conferatur Sacramentum confirmationis.

2 1. ſent. aſtruit neceſſitatem præcepti

In qua difficultate prima ſententia docet balſamũ non eſſe materiã neceſſariam Sacramenti, niſi tantum ex præcepto; ſed cum ſolius olei unctione validè conferri confirmationem. Hanc ſententiam nullus Scholaſticorum ante Caietanum tenuit; primus ergo eam docuit Caietanus in hac quaſt. à 2. quem ſequuti ſunt Soto in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. a. 2 Victoria in ſumma nu. 41. Navarrus in manuali c. 22. n. 8. Covarruvias lib. 1. variarum, cap. 10. n. 4. Antonius Maure in examine Theologiæ moralis parte 3. cap. 3. §. 2. num. 5. qui citat etiam Vivaldum de ſacramento Confirmationis cap. de requiſitis num. 3. Eſtius in 4. diſt. 7. §. 8. Valentia 4. tom. diſp. 5. Generali, quæſt. 1. punct. 1. Filiarcus 2. part. lib. 1. cap. 11. Angles in 4. de ſacramento Confirmationis a. 12. concluſ. 2. Hugolinus de hoc ſacramento c. 19. ſolent etiam alij referri pro hac ſententia, ſed immeritò. Hujus ſententiæ fundamenta adducam poſtea.

Sed inter authores, qui eam docent, eſt aliquod diſſidium. Nam quidam eorum exiſtimant balſamum eſſe neceſſarium ex præcepto divino Chriſti. Sic Soto loco citato. At Caietanus dicit tantùm eſſe neceſſarium ex præcepto Eccleſiaſtico. vel divini / vel humani

3 verior ſent. neceſſitatē ſacram.

Verior tamen mihi videtur ſecunda ſententia, quæ docet mixtionem balſami eſſe adeo neceſſariam, ut ſine ea non conſtet ſacramentum Confirmationis. Hanc ſententiam quantum ego judico, tenet D. Thom. in hac quæſt. a. 2. & 4. contra Gentes cap. 60. & in 4 diſt. 7. quæſt. 1. a. 2. quæſt. 2. & ad 2. & quid-

quid

quid dicat Soto, hanc eſſe mentem D. Thomæ dubitari non poteſt, cum ſemper pro materia Confirmationis nominet oleum & balſamum; & in 4. loco citato dicat eſſe oleum balſamatum.

Et ſanè ſi D. Thomas ſentiret non eſſe materiam neceſſariam, ad argumentum ſibi oppoſitum, quod materia aſſumi debet in ſacramentis, quæ de facili inveniri poſſit, balſamum autem difficilè invenitur, reſpōderet, balſamum non eſſe neceſſariam materiam; ea tamen reſponſione tacita, tam in 4 quàm in hoc art. aliter reſpondet, ut dicam infrà.

4. Hanc etiam ſententiam tenet Magiſter in 4. diſt. 7. & omnes Scholaſtici antiqui. Quidam eorum, & plures, quia abſolutè dicunt Chriſma ex oleo, & balſamo eſſe materiam hujus ſacramenti, ſine ulla diſtinctione. Alij verò, quia expreſsè docent nullum eſſe ſacramentum Confirmationis ſine ejuſmodi materia. Ita expreſsè Adrianus in 4. de ſacramento Confirmationis art. 2. in fine, Paludanus in 4. diſt. 7. q. 1. art. 2. concluſ. 3.

At inter eos, qui à temporibus Caietani ſcripſêre, cum de hac quæſt. ille apertiùs diſputare cæpit, longè communior eſt noſtra ſententia. Eam tenent ex his, qui contra hæreticos ſcripſerunt, Hoſius in confeſſione fidei, cap. 38. Petrus Soto lect. 2. de Confirmatione, Bellarminus dicto lib. 2. cap. 8. & 9. Ex Summiſtis, Sylveſter expreſsè, verbo *Confirmatio Divina*, num. 2. Toletus lib. 2. ſummæ. cap. 21. nu. 2. Victorellus in notis ad Emanuelem Sa, verbo *Confirmatio*, num. 7. Filiucius tract. 3. de ſacramento Confirmationis, ca. 1. quæſt. 5. Henriquez dicto lib. 5. cap. 2. num. 1. Bonacina in tractatu de ſacramentis diſput. 3. punct. 3. concluſ. 2. Layman dicto lib. 5. tract. 3. cap. 1. Ex Scholaſticis, Martinus Ledeſma 1. part. quarti quæſt. 13. art. 2. dub. 3. Perez in hac quæſt. & art. Suarez diſp. 33. ſect. 1. concluſ. 4. Ægidius in hac quæſt. & art. dub. 1. concluſ. 2. Alexander Peſantius in hoc art. diſp. 2. noſter Puteanus dub. 4. Sylvius in hac quæſt. & art. in diſp. circa illum. Gamacheus in hac quæſt. cap. 3. concluſ. 2. Philippus Faber in 4. diſt. 7. diſput. 27 cap. 2. Irribarne eadem diſt. diſp. 27. ſect. 1. Petigianus eadem diſt q. 1. art. 3. & noſter Cerda quæſt. 9. quodlibetica art. 3. Ex interpretibus autem juris Canonici idem docet Gloſſa in cap. 1. *De Sacramentis non iterandis*. Innocentius. Hoſtienſis, Panormitanus ibidem, Turrecremata in cap. *litteris*, *de conſec. diſt.* 3. & Heredia relect. cit. de hoc ſacramento, cap. 7. dubit. 1. concluſ. 1. & alij.

Hæc communis ſententia probatur in primis, quia, ut viſum eſt cap. præced. Eccleſiæ traditio perpetua habet oleū, & balſamum eſſe ea, ex quibus Chriſma conficitur, quod eſt materia ſacramenti; unde abſolutè, & ſine aliqua limitatione, aut moderatione dicunt balſamum, & oleum 5. Quod habeatur ex traditione Eccleſiæ.

Diffinitione Eugenij IV.

oleum eſſe materiam ſacramenti; & Eugenius IV. loco ſæpè cit. idem abſolutè ſtatuit, & Concilium Colonienſe expreſsè in doctrina de ſacramento Confirmationis negat ſolum oleum ſine balſamo ad Confirmationẽ ſufficere. Ergò dicendum eſt balſamum eſſe materiam neceſſariam ad Confirmationem.

Conc. Colon.

Nec dici poteſt oleum eſſe materiam neceſſariam, balſamũ verò tantùm integralem. Nam Patres, & Concilia eodem tenore verborum loquuntur de oleo, & balſamo, & ex illorum loquutione non magis colligi poteſt unum eſſe neceſſarium, quam aliud. Ergò vel utrumq; vel neutrum. Hoc ſecundum dici non poteſt, ergò primum.

Eodem tenore de balſ. ac oleo loquẽtibus.

Quo eodem modo urgeri poteſt Decretum Eugenij IV. Nam eadem prorſus loquendi forma utitur in explicanda materia hujus ſacramenti, atque in alijs. Si ergò in alijs ea loquutione deſignat materiam neceſſariam neceſſitate ſacramenti, idem etiam dicendum eſt in præſenti.

6. Quod ſiquis dicat Eugenium etiam in Sacramento Euchariſtiæ aſignaſſe materiam Calicis vinum de vite, & aquam; & tamen aquam dicimus nõ eſſe materiam neceſſariam. Sic ergò in noſtro caſu dici poſſe. Contra hoc eſt, quia Eugenius IV. longè diverſum loquendi modũ ſervat, cum agit de materia Calicis, & de materia hujus Sacramenti. Nam ibi non dixit vinum, & aquam eſſe materiam conſecrationis Calicis; ſed materiam eſſe vinum de vite, *cui modiciſſima aqua eſt admiſcenda.* Vnde prioribus verbis indicavit eſſentialem materiam; poſterioribus autem ſatis indicavit aquã ſolùm quoddam additamentum non neceſſarium, niſi ex præcepto. At, cùm de Sacramento Confirmationis agit, ſolùm dicit materiam ejus eſſe Chriſma confectum ex oleo, & balſamo. Potius ergò ex diverſo modo loquendi ſentiendũ eſt in hoc loco cenſere non minus neceſſariam eſſe unam materiam, quàm aliam.

Qualiter non loquitur Eug IV. de vino & aqua reſpectu Calicis.

7. Quod ſi rurſus dicas. Idem Eugenius, cùm agit de Sacramento pœnitentiæ, abſolutè dicit partes hujus Sacramenti eſſe contritionem, confeſſionem, ſatisfactionem; & tamen certum eſt, ſatisfactionem non eſſe partem neceſſariam ad valorem pœnitentiæ, ſed ferè omnes concedunt eſſe tantum partem integralem. Ergò pari ratione, quamvis abſolutè dicat Eugenius Chriſma conſiſti ex oleo, & balſamo, poſſumus intelligere ex uno conſtare tamquam ex eſſentiali parte, ex altero verò tamquam ex integrali tantùm, & non neceſſaria.

Sed hoc nullius eſt momenti, tum quia eſt longè diverſa ratio. Nam ſatisfactio jam ſupponit Sacramentum pænitentiæ perfectum in ſua eſſentia, cùm ſupponat abſolutionem, in qua præcipua Sacramenti vis ſita eſt, ut inquit Tridentinum ſeſſione 14. cap. 3. Non ergò potuit ad eſſentiam Sacramenti pœnitentię pertinere. Et ideò jure optimo dicimus

Nec tamẽ eſt pars integralis ſicut in pœnitentia ſatisf.

Quia hæc ibi ſupponit eſſentiã ſive abſolutione inqua præcipua vis Sacramenti.

dicimus eſſe tantùm partem integralem, & non eſſe eſſentialem. At in noſtro caſu balſamũ non ſupponit Sacramentum cõfirmationis, neque ejus confectionem, ſed miſceri debet ante prolationem formæ. Ergò non eſt unde colligamus in iſto caſu balſamum non eſſe partem neceſſariam, ſicut colligimus in ſacramento pœnitentiæ.

Balſamum aut: non ſupponit Confirmationem.

Tum etiam, quia Tridentinũ dicto cap. 3. cùm agit de partibus ſacramenti pœnitentiæ non utitur verbo partium eſſentialium, quia ſciebat non omnes eſſe partes eſſentiales; ſed utitur voce communi, ſive ad ſignificandam eſſentiam, & ſubſtantiam, ſive ad integritatem, & dixit integritatem ſacramenti eas partes exigere. At in præſenti nihil ſimile reperimus. Ergò nullum eſt in Eugenio fundamentum, neque in traditione Eccleſiaſtica, propter quod dicamus balſamũ eſſe materiam non neceſſariam ad valorem ſacramenti Confirmationis.

Pars eſt quid magis commune ad eſſent. & integ.

8. Sed videamus, quid ad hoc argumentum reſponderi poſſit. Dici quidem poteſt cum Soto loco citato, non eſſe perpetuam Eccleſiæ traditionẽ, quod Chriſma conficiatur ex oleo, & balſamo; tum quia pauciſſimi Eccleſiæ Patres balſami meminerunt; & Dionyſius tacuit nomẽ balſami, tantumque dixit unguentum iſtud eſſe ex odoriferis materijs; & Patres ſimiliter ſæpè, quod appellant Chriſma, vocant etiam oleum, cùm loquuntur de hoc ſacramento; quo ſatis indicare videntur oleum eſſe partem eſſentialem, non verò balſamum.

Et inde poteſt ſufficiens fundamentum deſumi, ut Decretũ Eugenij IV. ſic explicetur, ut intelligatur oleum eſſe materiam neceſſariam ratione ſacramenti, balſamum verò ratione præcepti, quod fundamentum non invenimus ad idem aſſerendum in alijs ſacramentis.

Et præterea fundamentum etiam ad eam explicationem deſumi poteſt, ex illo reſponſo Innocentij III. in dicto *cap. 1. de Sacramentis non iterandis*: ex quo videtur colligi balſamum non eſſe materiam neceſſariam, frequens autem eſt atque receptum, ut unum decretum Conciliorũ, vel Pontificium ex aliorũ Pontificum, & Conciliorum decretis, vel Patrum dictis declaretur, aut limitetur, etiam ſi abſolutè prolatum ſit.

Vnum decretum ſub inde per aliud explicatur.

Quamvis obſolutè prolatum ſit.

Sed hæc ſolutio nullius eſt momenti. Nam inprimis ex dictis cap. 2. conſtat plures Patres meminiſſe balſami in materia hujus ſacramenti. Sic Fabianus, Gregorius Primus, Innocentius III. Cyprianus, Gregorius Turonenſis, & omnes quotquot à tempore Iſidori, (qui floruit anno 630.) ſcripſere de officijs Eccleſiaſticis, balſami in hoc ſacramento expreſſam mentionẽ fecerunt. Et liber ille antiquus, qui inſcribitur Ordo Romanus, diſertè loquitur de balſamo. Cõjectamus autem eum librum antiquiſſimum eſſe in Eccleſia (licet poſtea aliorum ſcriptorum acceſſio-

Iſidorus floruit an. 630.

Eccleſia olim non æris, at ligni ſono utebatur. & quare?

acceſſione locupletatus fuerit) quôd eo tempore, quo ſcriptus eſt, vigeret adhuc in Eccleſia conſuetudo ſignorum, non æreorum, ſed ligneorum. Eccleſia namque antiquiſſimis temporibus, quando propter perſecutores latitabat, non æris, ſed lignorum ſono utebatur, ne à fidei hoſtibus facilè deprehendi poſſet. Videndus locus in eo libro, cum agit de feria 5. Maioris hebdomadæ, & de die Paraſceves, & comparandus omnino cum alio Amalarij loco, in lib. 4. de divînis officijs, cap. 21.

Balſamum intelligitur apud PP. per materiam odoriferam.

Deinde alij Patres, etſi non nominaverunt expreſſè balſamum; at materiam odoriferam eſſe apertè dixerunt. Sic Clemens Romanus, Dionyſius atque Baſilius. Non autem alia odorifera materia diſignari poteſt, quæ in uſu communi Eccleſiæ fuerit in hoc ſacramento, niſi balſamum. Ergò etiam illi de balſamo intelligendi ſunt. Similiter etiam eodem cap. oſtenſum eſt, ex accommodatione uſus Eccleſiaſtici, Chriſma ab oleo diſtingui; & hôc ſignificari ſimplex oleum, illo verò compoſitum.

Et per oleū in hoc ſacram. compoſitum ex balſ. & oleo, quod ulti-mum potiorem partem obtinet. Ideoque ſimpliciter ſubinde ponitur.

Quo datur intelligi, quando Patres agentes de hoc ſacramento nominant oleum, & Chriſma, non intelligere ſimplex oleum, ſed compoſitū Chriſma, oleumque nominare à majori, & notiori parte materiæ, ex qua conſtat. Et ut rectè advertit Suarez loco citato in ſolut. 2. ijdem Patres, qui hoc ſacramentum *oleum* vocant, nominant etiam *unguentum*, & compoſitum ex diverſis materijs: ut conſtat, ex Dionyſio cap. 4. citato, & Cyrillo Hieroſolymitano Catecheſi 3. Auguſtino lib. 2. contra literas Petiliani, cap. 104. & ex alijs. Quod manifeſtè indicat nomine olei, quando eo utuntur, ſignificare oleum compoſitum, & unguentum, ex diverſis materijs conſtans.

Denique ex Innocentio III. in eo cap. nullum deſumi poteſt fundamentum, ut oſtendam infra in ſolutione objectionum.

9. Secundò probari poteſt eadem communis ſententia optima ratione, qua utitur noſter Puteanus.

Gratia ſacra. cauſatur à miniſtro.

Quia effectus gratiæ in Sacramento eſt à miniſtro, medio ſacramento; & illud in ſacramento eſt cauſa gratiæ ſanctificantis, quod eſt eſſentiale ſacramento, ſcilicet materia, & forma: id autem quod non eſt pars eſſentialis ſacramenti, non eſt cauſa gratiæ.

Sed mediante ſacramenti eſſentiâ.

Non ſacramentalibus &c. hinc

Quod quidem conſtare poteſt inductione in omnibus ſacramentis. Inde enim in materia de confeſſione diximus ſatisfactionem non eſſe cauſam gratiæ in ſacramento pœnitentiæ, licet habeat alium effectum, ſcilicet remiſſionem pœnæ temporalis, in quam virtute abſolutionis commutata eſt æterna; at gratia ſacramenti pœnitentiæ ſolùm eſt à contritione, & confeſſione, & abſolutione, quæ ſunt partes eſſentiales hujus; ſed in ſacramento confirmationis non ſolùm oleum, ſed etiam balſamum ex parte materiæ efficiunt gratiam. Ergo non ſolum oleum, ſed etiam balſamum eſt pars eſſentialis.

Satisfactio non cauſat gratiam, ſed remittit pœnam.

Balſamum tamen in confirm. efficit gratiam.

Minorem probo ex Concilio Tridentino ſeſſione 7. de Confirmatione, canone 2. ubi definit, Anathema eſſe eos, qui docent, injurios eſſe Spiritui Sancto, qui ſacro Confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt.

10. Huic argumento poſſet aliquis reſpondere. Primò, cùm Concilium dicit Chriſmati tribuendam eſſe virtutem, non loqui de virtute productiva gratiæ, ſed aliorum effectuum, ratione benedictionis Eccleſiæ, ſicut concedimus in alijs ſacramentalibus, aut in cinere, qui in Feria 4. Cinerum benedicitur, vel ramis in die Palmarum. Vnde poſſet aliquis exiſtimare Concilium ſic intelligendum eſſe, cùm Chriſma conſtet ex oleo, & balſamo, quorum alterum eſt materia neceſſaria, alterum verò non, utrique tribuendam eſſe virtutem, ſed accommodatè, oleo quidem virtutem ſanctificandi, balſamo verò virtutem ad alios effectus, ſicut ſacramentalibus tribuimus vim, licet non ad ſanctificantem gratiam producendam.

11. Definitio Eccleſiæ intelligenda juxta mentem hæreticorum.

Qui negãt Chriſmati, quod Eccleſ. conficit virtutẽ. & inauditũ de balſami vi ſicut de ſacramentalium loqui.

Sed hæc ſolutio valde aliena eſt à mente Concilij. Nam ea definitio intelligenda eſt juxta hæreticorum errorem, cui opponitur: illi autem ſacro Chriſmati, quale in Eccleſia conficitur ad hoc ſacramentum, negant vim producendi gratiam. Sed in Eccleſia conficitur ex oleo, & balſamo. Ergò utrique negant vim ſanctificandi. Ergò de eo intelligenda eſt definitio Concilij. Neque unquam aliquis hactenus in Eccleſia exiſtimavit de balſami divina virtute judicandum eſſe, atque de materijs aliorum ſacramentalium.

Vt patet ex Pont. Rom. in quo Chriſmã ſeparatim benedicitur ab oleo infirm.

Id ipſum planè convincitur ex orationibus Eccleſiæ, quæ habentur in Pontificali Romano, in offic. Feria 5. in Cœna Domini. Nam ſeparatim fit benedictio olei infirmorum, poſtea verò benedictio olei, & balſami ad Chriſma.

Et in prima Oratione balſamum benedicitur *odoriferi corticis lachryma, ut ſit acceptabilis divinis myſterijs.*

Et pro eo diverſæ virtutes poſtulantur.

In 2. poſtulat Eccleſia à Deo, *ut unguento, quod radix produxit ſtirpea, ſpiritualem gratiam largiendo, plenitudinem ſanctificationis infundat, ſit fidei hilaritate conditum, ſacerdotalis unguenti chriſma perpetuum, ad cæleſtis vexilli impreſſionem digniſſimam; ut baptizati eo peruncti, corporum, & animorum benedictionem pleniſſimam conſequantur, & beata fidei collato munere perenniter amplientur.*

Et in 3. Oratione, cùm oleũ, & balſamum commixta ſunt, poſtulat à Deo Eccleſia, *ut illos diverſarum ſpecierum liquores creatos ſanctæ Trinitatis perfectione benedicat, & benedicendo ſanctificet, concedatque, ut ſimul permixti unum fiant, & quicunque exterius eis perunctus fuerit, ita interius liniatur, quod omnibus ſordibus corporalis materiæ carens, ſe participem Regni cæleſtis effici gratuletur.*

Et in Præfatione, quæ canitur poſt benedictionem olei, & balſami, petit Eccleſia, *ut huius*

creatura

creatura pinguedinem ſanctificare ſua benedictione dignetur, & Sancti Spiritus ei admiſcere virtutem cooperante Chriſti Filij Dei potentia, à cuius nomine ſancto chriſma nomen accepit; unde uncti ſunt Sacerdotes, Reges, Prophetæ, Martyres, ut ſpiritualis lavacri Baptiſmo renovandi creaturam Chriſmatis in Sacramentum ſalutis, vitaque confirmet, ut ſanctiſicatione unctionis infuſa, corruptione primæ nativitatis abſorpta, ſancti cuiuſque templum acceptabilis vitæ innocentiæ odore redoleſcat, ut ſecundum conſtitutionis Dei ſacramentum, regali, & ſacerdotali, propheticoque honore perfuſi, veſtimento incorrupti muneris induantur; ut ſit his, qui renati fuerunt ex aqua, & Spiritu Sancto Chriſma ſalutis, eoſq; æternæ vitæ participes, & cœleſtis gloriæ faciat eſſe conſortes.

Idque tam balſamo quam oleo & ex utroq; compoſito Chriſmate.

Ex quibus orationibus, & benedictionibus Eccleſiæ maniſeſtiſſime conſtat, non majorem, neque aliam virtutem à Deo poſtulare, & impetrare Eccleſiam oleo Chriſmatis, quam balſamo. Et rurſus eandem vim ſanctificandi poſtulare Eccleſiam compoſito ex utraque materia. Non ergò ſubſiſtere poteſt ea interpretatio Concilij.

12. Et quamvis vox Chriſma ex ſe ſit communis ad oleũ & compoſitum ex eo & balſ.

Secundò reſponderi poſſet, in Concilio Tridentino nomine Chriſmatis non intelligi compoſitum ex oleo, & balſamo, ſed tantùm oleum, cùm nomen Chriſmatis commune ſit ad utrumque ſignificandum, unum ex vi nominis, alterum verò ex accommodatione.

Sed neque hæc ſolutio defendi poteſt. Quia cenſendum eſt Concilium uſurpaſſe nomen Chriſmatis, cùm agit de ſacramento Confirmationis, in eo ſenſu, & ſignificatione, in qua receptum eſt id nomen in Eccleſia, cùm de eo ſacramento ſermo eſt. At Chriſma in eo caſu nunquam receptum eſt pro ſolo oleo; neque ſolius olei unctio unquam fuit in uſu in Eccleſia: & ſimiliter etiam hæretici in eodem ſenſu accipiunt Chriſma, cui divinam virtutem negant. Ergò Concilium nomine Chriſmatis intellexit id, quod Eccleſia in ſacramento Confirmationis conſuevit Chriſma nominare; & ex conſequenti compoſitum ex oleo, & balſamo.

Ex accommodatione tamen non ſignificat in Eccleſ. oleum ſimplex, aſt illud compoſitum.

Item Concilium appellat ſacrum Chriſma Confirmationis. At Chriſma Confirmationis numquam eſt conſecratum in Eccleſia ſine balſamo. Ergò utrumque comprehendit eo nomine, & utrique definit ineſſe virtutem divinam productivam gratiæ ſanctificantis: atque adeò eſſe utrumque materiam eſſentialem. Nam id quod accidentale eſt in materia, vel forma ſacramentorum, non habet vim productivam gratiæ, ut explicari poteſt exemplo formæ verborum in conſecratione panis, & vini: & ſimiliter in alijs formis ſacramentorum, in quibus verbo non neceſſario non ineſt virtus productiva gratiæ.

Et Chriſma Confirmationis, ut vocatur à Concil. nunquam fuit conſecratum ſine balſ. accidentale in ſacr. non cauſat gratiam.

13. Tertiò denique probari ſolet communiter à doctoribus argumento deſumpto ex veritate formæ. Quia ſi balſamum non eſſet materia neceſſaria ſacramẽti

Confirmationis, ergò poſſet hoc ſacramentum validè miniſtrari ſine eo. Ergò eſſet etiam vera forma ſine illo; neque enim veritas formæ ſacramenti dependet ab eo, quod non eſt neceſſarium ad valorem ſacramenti. At forma non poſſet eſſe vera, ſi non miſceretur balſamum in materia ejus ſacramenti. Quia in ea dicitur: *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis.* Oleū enim tantùm non cenſetur nomine Chriſmatis; & ex conſequenti, ſiquis ſolo oleo ungeret, non poſſet verè dicere: *Confirmo te Chriſmate ſalutis.*

Niſi balſamum eſſet materia Confirm. non foret vera ejus forma.

Oleum enim non cenſetur nomine Chriſmatis

14\. Huic argumento reſpondet Soto eam formam eſſe veram, etiamſi oleo non miſceatur balſamum, quia Chriſma de ſe non ſignificat, niſi unguentum. Quare, ſi verbo Latino inquit Soto proferretur, *Confirmo te unguento ſalutis*, eſſet verum ſacramentū. Nomine ergò Chriſmatis, non ſignificatur tamquam de neceſſitate balſamum. Eodem modo reſpondent Valentia, & reliqui.

Hæc tamen ſolutio ſuſtineri non poteſt. Quia licet, ut dictum eſt in hac parte cap. primo, nomen Chriſmatis ex rigore ſermonis ſignificet generaliter unctionem; ex uſu tamen Eccleſiæ in hoc ſacramento non ſignificat generalem unctionem, ſed compoſitam ex balſamo, & oleo, nec aliud in ea forma intelligitur.

Quod ex uſu Eccleſiæ ſignificat cōpoſitum ex oleo & balſamo.

Quod manifeſtè patet, tum ex dictis, tum etiam quia Chriſma, quod eſt materia hujus ſacramenti, & de quo dicitur, *Confirmo te Chriſmate ſalutis*, eſt illud, quod ab Epiſcopo benedictum, & conſecratum eſt, ut docet Eugenius in cit. Decreto. At nunquam in Eccleſia fuit cōſecratum ſolum oleum pro hoc ſacramento, ſed admixtum balſamo, & materiæ odoriferæ, ut conſtat ex Cōſtitutionibus Apoſtolicis Clementis Romani, & etiam ex Pontificali Romano. Ergò ea forma non verificatur de alio Chriſmate.

Quod ſolū ab Epiſcopo prò Confirm. benedicitur: nec unquam aliter prædicatum.

Tum etiam, quia, ut dicebamus in ſecunda probatione, virtus confirmandi, quæ exprimitur in forma, impetrata eſt Eccleſiæ precibus à Deo non ſolùm oleo, ſed etiam balſamo, & Chriſmati, ex utraque materia compoſito. Ergò de eo tantùm vera eſt forma, & deficiente balſamo non erit vera forma, ſicut neque verum Chriſma hujus ſacramenti.

Et illi, ut tali impetratur Eccleſiæ precibus vis confirmandi.

Tum denique id ipſum conſtare videtur ex Eugenio IV. loco citato, qui materiam, & formam hujus ſacramenti exprimit. Nam cum præmiſiſſet materiam eſſe Chriſma ex oleo, & balſamo confectum, & per Epiſcopum benedictum, ſubdit: forma eſt *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis*, ſine dubio intelligens de eo Chriſmate, quod dixerat conſtare ex oleo, & balſamo, & ab Epiſcopo benedici. Non ergò de alio poteſt verificari Chriſma.

Sed contra virtutem hanc primū, & potiſſimùm objicitur à doctoribus primæ ſententiæ Inno-

Innocentius III. in dict. cap. *Paſtoralis. de ſacramentis non iterandis*, cujus hæc ſunt verba: *Nos conſulere voluiſti, ſi Confirmationis ſacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non Chriſmate, ſed oleo dilinitus. Ad quod breviter duximus reſpondendum, quod in talibus non eſt aliquid iterandum; ſed cautè ſupplendum, quod incautè fuerat prætermiſſum.* Hæc Innocentius. At ſolum fuerat omiſſũ balſamum. Ergò ejus unctio tantùm jubetur ſuppleri, non veró repeti ſacramentum Confirmationis. Ergò non fuit de neceſſitate ſacramenti.

Quidam per errorẽ ſolo oleo pro Chriſmate linitus.

Et urgetur magis vis hujus argumenti. Quia eodem modo reſpondet Pontifex huic conſultationi, & alteri propoſitæ de ordinato in Subdiaconum, in quo fuerat omiſſa manus impoſitio; & tamen manus impoſitio in ordine Subdiaconatus non eſt quid eſſentiale. Ergò ſicut in Subdiacono tantùm repetitur manus impoſitio omiſſa ſine alia forma, vel traditione, nec repetitur actio ſacramenti, ita etiam idem credendum eſt ſenſiſſe Innocentium in ſacramento Confirmationis.

Et Subdiaconus ordinatus ſine impoſitione manuum.

16. Sed certè, ut dicam, quod ſentio, tantum abeſt Innocentius III. ab impugnatione noſtræ ſententiæ, ut potius pro illa ſtet; ſed non poſſum non mirari doctiſſimos, & graviſſimos alioqui juris interpretes levi textus difficultate ſuperatos deſtitutæ ſententiæ, imò Conciliorum decretis, & Sanctorum Patrum doctrinis, & perpetuo Eccleſiæ uſui repugnanti adhæſiſſe.

Oſtendo igitur Innocentium pro communi ſententia ſtare, iſta conſideratione. Si Innocentius noſtræ ſententiæ repugnaret, ejus reſponſionis ſenſus is eſſet, ſupplendam eſſe unctionem ſolius balſami, quia hoc ſolum fuerat prætermiſſum. At hæc abſurda nimis reſponſio eſſet, & ab Eccleſię praxi perpetua valde aliena. Ergò non eſt dicendum eum eſſe ſenſum reſponſi Pontificij. Major eſt certa, minor verò, & abſurditas ejus reſponſi convincitur in primis. Quia ſequeretur ſupplendam unctionem cum ſolo balſamo. At unctio ſolius balſami in hoc ſacramento inaudita eſt in Eccleſia, & contra ejus praxim. Sequela probatur. Quia non poſſet ungi cum oleo mixto balſamo; quia jam adhiberetur integra materia, & neceſſaria ſacramenti, quę ſecundum i los Doctores appoſita erat; integram autem materiam ſacramenti adhiberi ſine forma longè abſurdius eſt, & magis inauditum.

Innocẽtius III. ſentit balſamum eſſe neceſſarium. Quia alioqui diceret ſolo balſ. eſſe ungendum.

Hoc verò inauditum & contra omnem Eccleſiæ praxim.

Et magis ungi totâ materiâ ſine forma.

Deinde, quia, vel ea unctio ſolius balſami fieri deberet cum balſamo conſecrato, aut non cõſecrato. Primum dici non poteſt, quia in Eccleſia non fit benedictio aliqua balſami Cõfirmationis, niſi in ordine ad mixtionẽ cum oleo, ut conſtat ex Pontificali Romano. Quamvis enim quædam orationes ſuprà ſolum balſamum recitentur; at aliæ dicuntur poſt mixtionem cum oleo, & halatur etiam utrũque mixtum, & ſine illis orationibus,

Benedictio balſ. non fit niſi in ordine ad mixtionem cum oleo.

Cujus conſecratio nõ eſt finita ſine halitu.

nibus, & halitibus non eſt finita conſecratio. Deberet ergò miſceri cum oleo, & ex conſequenti ungi, non tantùm cum balſamo, ſed etiam cum oleo ſine forma, quod & abſurdum eſt, ut oſtendi, & contra Doctores ipſos, qui volunt tantùm eſſe ſupplendum, quod omiſſum eſt, non autem fuit omiſſa unctio cum oleo.

Nec etiam ejus non benedicti ullus eſt in Eccleſ. uſus

Secundum etiam dici non poteſt, quia inauditum eſt in Eccleſia ungi in Confirmatione cū balſamo non conſecrato, cùm expreſsè dixerit Eugenius IV. tam balſamum, quàm oleum fore benedicendum ab Epiſcopo, ut ſit materia ſacramenti Confirmationis.

Innocent. III. diſtinguit inter oleum & Chriſma quod ult. ſolum eſt materia Conſ.

Præterea, quia Pontifex apertè in eo cap. diſtinguit ſimplex oleum à Chriſmate: at ſecundùm Eugenium, & Eccleſiæ uſum materia Confirmationis non eſt oleum, ſed Chriſma. Ergò non fuerat appoſita materia ſacramenti Confirmationis in unctione olei, atque adeò non eſſet ſupplenda unctio ſolius balſami, ſed Chriſmatis; quia unctio Chriſmatis defuit; ſiquidem omiſſa eſt unctio mixti ex oleo, & balſamo, quod eſt Chriſma.

Denique: ſi balſamum eſſet materia accidentalis hujus ſacramenti ſecundùm Innocentium. Ergò eodem modo ſe haberet, atque aqua reſpectu conſecrationis calicis. At aqua, quia eſt accidentalis materia, ſi omiſſa fuerit, non infunditur calici poſt peractam conſecrationem, ſed omninò omittitur. Ergò ſimpliciter balſamum omitti omninò deberet, neque reſponderet Innocentius addendum eſſe poſt peractum jam ſacramentum Cōfirmationis. Non ergò ſenſus reſponſi Pontificij eſſe poteſt ſupplendam eſſe unctionem ſolius balſami.

aqua omiſſa ante conſec. non miſcetur poſt, ſed omittitur.

17. Sed omiſſo balſamo in Confirm. denuò conferendum ſacram. cū tota forma & materia, quod cum antea nullū fuerit, non dicitur ideo iterari.

Senſus ergò ejus decreti primus eſt denuò conferendum ſacramentum Confirmationis cū debita materia, ſcilicet, Chriſmate, & forma; nec dicitur in eo caſu ſacramentum iterari; aut repeti, quia nihil ſacramenti præceſſerat, & ut inquit Gloſſa in dicto cap. *Non dicitur iteratum, quod prius actum non fuit.* Cùm ergò non fuiſſet validè collatum ſacramentum Confirmationis ex defectu materiæ, non dicitur iterari, ſed tunc conferri, nihil enim antea factum erat. Sic reſpondent Paludanus, Adrianus, & Puteanus, & alij locis citatis. Et in eodem ſenſu addit Pontifex cautè ſupplendum ſcilicet unctionem Chriſmatis cum debita forma, quod totum incautè fuerat prætermiſſum, ſiquidem nihil de ſacramento actum erat, ut loquitur Paludanus.

18. Innocent. III. rogatus de praxi non ſpeculatione.

Sed hanc explicationem rejicit Valentia loco cit. eò quod reddat ridiculam reſponſionem Pontificis. Primò, quia non rogabatur Pontifex de ſpeculatione, ſed de praxi, an ſcilicet Confirmatio eſſet repetenda; dicere autem quod non erat iterāda, quia prima non erat verum ſacramentum, eſſet reſpondere tantùm de ſpeculatione.

Non nego apertiùs potuiſſe

Et de illa reſpondet.

reſpondere Pontificem; at vim hujus argumenti, & impugnationis non percipio. Nam eo ipſo, quod Pontifex dixit, non iterandum ſacramentum, quia prætermiſſa fuit materia ſacramenti, planè docuit, quod in praxi agendum eſſet, ſcilicet denuo conferendum, quæ collatio non erat iteratio ſacramenti, cum invalidè antea collatum eſſet.

Quamvis obſcurè.

19. Secundo rejicit Valentia, quia Pontifex non putandus eſt reſpondiſſe de eo quod extra controverſiam eſt, ſcilicet ſacramentum non iterari, quando actio ſacramentalis repetitur, quia omiſſum fuit aliquid eſſentiale, hoc enim ſine dubitatione eſt. Ergò non illud reſpondet Pontifex, ſed actionem illam non eſſe repetendam, quia fuit verum ſacramentum, licet balſamum defuerit.

Reſpondetur tamen eam rationem, quam Valentia ſuperfluam judicat, ſæpe reddi à Pontificibus in ſimilibus caſibus. Nã cum Leoni I. propoſita eſſet quæſtio, An ille baptizandus eſſet, cujus baptiſmus ignorabatur, reſpondet baptizandum, neque ibi eſſe crimen reiterationis, & pro ratione reddit in cap. *Cum itaque de conſecrat. diſt.* 4. *Quia non poteſt in iterationis crimen venire, quod omnino factum eſſe neſcitur.* Et cap. *Si nulla, eadem diſt. In quibus, quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit, ut videatur iteratum.* Ecce ergò reſpondet Innocentius ex eo, quod eſſentiale omiſſum ſuppleatur, & denuò conferatur ſacramentum confirmationis, non iterari, quia invalidè adminiſtratum fuerat.

Et ſimili modo reſponderunt aliquando ſummum Pontif.

Secundò etiam explicari poteſt reſponſum Innocentij, & quidem rectè, ſi dicamus Innocentium dicere nihil eſſe iterandum, ſcilicet, de ſolemnitatibus, quibus ſacramentum hoc ab Epiſcopo miniſtrari ſolet; ſed cautè, id eſt, in ſecreto, non adhibita ſolemnitate, ut deſit ſcandalum, ſupplendum eſſe ſacramentum, quod antea fuerat prætermiſſum; quia rectè omiſſum dici poteſt, quod eſt invalidè factum. Sic reſpondent Suarez, Ægidius, Faber, Heredia, & noſter Cerda, quæſt. 9. quodlibet. art. 3. & alij. 20.

Reſpondet ergo Innoc. 3. ſupplendum ſacramentum abſque ſolemnitatibus, cauſa ſcandali.

Sed urgeri poteſt contra explicationem hanc. Quia, ut dicebamus in dicto cap. duæ quæſtiones propoſitæ fuerunt Pontifici. Prima, an permitti debeat miniſtrare, qui ſine impoſitione manuum fuerat ad ſubdiaconatum aſſumptus. Secundà Quid faciendum eſſet de eo, qui ſolo oleo, non chriſmate unctus fuit in confirmatione: & utrique quæſtioni reſpondet Pontifex eiſdem verbis. Scilicet, in talibus non eſſe aliquid iterandum, ſed cautè ſupplendum, quod incautè fuerat prætermiſſum. Sed in ſubdiaconatu defectus ille ſolùm eſt accidentalis. Ergò etiam in confirmatione. 21.

Innocentio 2. qq. propoſitæ.

1 de ſubdiac ordinato ſine manuũ impoſitione 2 de confirmato ſine balſ.

Et utrique reſp iiſdem verbis.

Reſpondetur tamen Pontificem in dicto cap. generalem reſponſionem tradidiſſe; eam tamen voluit Pontifex ſingulis quæſtionibus proportionaliter applicari, hoc ſenſu: In talibus,

Reſponſio tamen proportionaliter ſingulis applicanda.

id eſt, in ſacramento confirmationis, & ordinis nihil eſt iterandum, hoc eſt, neque ſubſtantia, quia non ſunt iterabilia ſemel validè collata; neque cæremoniæ, quia ſufficit eas eſſe ſemel adhibitas. Cautè ergo ſupplendum eſt quod incautè defuit, in uno ſubſtantia, quia illa omiſſa eſt, quando fuit invalidè facta; in alio cæremonia impoſitionis manuum.

Scilicet ut in ordine cæremonia in Confirmatione ſuppleri debeat eſſentia nihil verò iterari

22. Secundo contra communem ſententiam obijci ſolet argumētum deſumptum ex raritate balſami, ſecundum Plinium loco citato: & ex eo quod facilè adulterari poſſit, & ex conſequenti, materia ſacramenti eſſet incerta.

Sed de hoc ultimo ſatis dictum eſt in hac q. cap. 1. de primo vero multa Bellarminus, & Suares locis cit. & experientia docet nunquam defuiſſe Eccleſiæ verum balſamum, & hodie maiorem eius copiam ſuppetere, cum ex India Occidentali magna eius copia deferatur.

Nunquam defuit Eccleſiæ verū balſamum & habetur ex India occident.

23. Tertio tandem obijcitur, quia eſt adeò modica balſami admixtio, ut ad omnes olei partes pervenire non poſſit; imo tandem in oleum convertatur, ex quo fieri poteſt, ſæpè ut oleum tantum ſit materia confirmationis. Ergo illud ſolum & non balſamum eſt materia eſſentialis.

Sed facilè reſpondetur ad præſens inſtitutum parum referre quæſtiones illas philoſophicas, de mixtione balſami cum oleo ſecundum partium iuxta poſitionem, & utrum permaneat in forma ſubſtantiali, an vero tantum ſecundum qualitates alterativas: ſufficit tamen, quod ipſum unguentum ſit compoſitum, & mixtum, quod ſatis eſt ut rata materia ſit odorifera, quod maximè pertinet ad ſignificationē ſacramenti; ſingulæ etiam partes olei, ſaltem quo ad qualitates, manent mixtæ per mutuam alterationem partium; quod ſatis eſt, ut oleum non ſit ſufficiens materia huius ſacramenti ſine admixtione balſami.

Ex quo ſufficit unguētum eſſe cōpoſitum, quod vel inde dicitur odoriferum. Hoc autem eſt ſatis ad ſignificationem, quæ non eſt in oleo ſolo.

Sed quia fortè contingere poteſt, ut balſami parua quantitas in oleum tranſeat, hinc crediderim emanaſſe præceptū conficiendi chriſma ſingulis annis fer. 5. in Cœna Domini, & ut vetus chriſma combureretur, ne ſcilicet diuturnitate temporis ſubſtantia balſami corrumperetur, & graues pœnas impoſitas his, qui veteri chriſmate uterentur in confirmatione, vel in baptiſmo Sic conſtat ex Fabiano epiſt. 2. cit. apud Gratianum in cap. *literis*, de conſec. diſt. 3. ubi præceptum continetur, & indicatur ab Apoſtolorum tempore emanaſſe. Et in Concilio Valentino Galliæ apud Gratianum in cap. *presbyter*, de conſ. diſt. 4. qui canon deſumptus eſt ex Carthagin. 4. & ſub eo titulo extat apud eundem Gratianum cap. *presbyteri*, diſt. 95. & Toletano 1. can. 20. Vaſenſi I. ſub Leone I. can. 3. Altiſiodorenſi can. 6. Vuormatienſi can. 60. & Francico ſub Carolo Manno, & Sueſſionenſi, & Aquiſgranenſi II. can. 8. & Meldenſi can. 46. & in cap. *quo-*

niam

Hinc ratio renovandi quotannis Chriſ. ne fortè ſcilicet conſūptione balſ. neceſſarij, deſineret eſſe materia.

Quod ab Apoſtolis emanavit.

niam, de ſentent. excommunic. in 6. ubi dicitur, chriſma poſſe confici in die cœnæ non obſtante interdicto, quia ut inquit ibi Gloſſa, *vetus chriſma non debet eſſe uſui, neque de veteri chriſmate debet quis chriſmari.*

Hinc tempore interdicti poteſt conſecrari quotannis fer. 5. cœnæ

Annus autem iſte eſt Eccleſiaſtico more computandus à fer. 5. cœnæ uſque ad fer. 5 ſequentem.

Et quamuis exſtet eiuſmodi præceptum de chriſmate ſingulis annis conficiendo, non tamen eſt conditio neceſſaria ad validitatem materiæ huius ſacramenti, quod chriſma ſit illius anni; cum non expreſſerit Eugenius IIII eam conditionem in materia huius ſacramenti, ſicut exprimit benedictionem; & res ipſa ſatis oſtendit valde extrinſecum eſſe, quod chriſma ſit illius anni.

non tamen renovari illa eſt de neceſſitate ſacramenti

24. Sed quæret aliquis in fine huius dubij; quam certa ſit communis ſententia?

Nonnulli exiſtimant neutram partem ad fidem pertinere. Sic Bellarminus dict. lib. 2. cap 9. & in eo reprehendit Kemnitium, quòd exiſtimarit ab Eugenio IIII. diffinitum contra Scholaſticos, balſamũ neceſſariò requiri in chriſmate, Bellarminum ſequitur Petigianus loco citato, & probabilem putat utramque opinionem Peſantius diſput. 2. Fillicius, Emanuel Sà, Emanuel Cerda, Gamacheus locis citatis, Toletus ſecundam ſententiam ſecuriorem vocat, & Heredia oppoſitam ſententiam appellat deſtitutam, & Conciliorum, & Sanctorum Patrum doctrinis, & perpetuo Eccleſiæ uſui repugnantem. Suarez ſi attente legatur, indicare videtur ſententiam communem eſſe omnino certam; dicit enim nunc abſolutè eſſe de fide, materiam huius ſacramenti eſſe chriſma ex oleo, & balſamo, & quoad balſamum dicit non eſſe ita maniféſté de fide, ſicut de oleo, quod ſit ex Apoſtolica traditione & Chriſti inſtitutione. Irribarne diſput. 27. cit. ſect. 1. apertè aſſerit eſſe de fide, & definitam in Concilio Florentino: quod & mihi placet, aut certè maximè ad fidem accedere, ut inquit Suares. Nam quæ decretis Florentinis, & Tridentinis adhibentur reſponſiones, fugæ potius ſunt, quàm ſolutiones.

præmiſſis diverſis ſent.

dicendum vel eſſe fidei vel fidei proximum.

CAPVT III.

An neceſſaria materia confirmationis ſit chriſma benedictum?

SVMMARIVM

Hæretici, & nonnulli Catholici negant. nu. 1.

Communis ſententia probatur traditione Eccleſiæ, num 2.

Quædam ſolutio reijcitur nu. 3. *&* 4.

Ratio Durandi pro communi ſententia refutatur, num. 5.

Ratio Diui Thomæ proponitur, explicatur, defenditur nu. 6. 7. 8. 9.

Duæ obiectiones contra eam rationem diluuntur, num. 10. 11.

Colligitur nullam in eo diſpenſationem eſſe poſſe, num. 12.

Obijcitur 1. *contra hanc illationem, num.* 13.

ſecunda obiectio diluitur, num 14. Tertia obiectioni ſit ſatis, num 15. Hæreticorum fundamentum evertitur, num. 16.

Hæretici multi vel negāt ſacram. vel rident benedictionem

IN primis hæretici, quos retuli ſup. diſp. precedenti cap. 2. qui negant ſacramentū confirmationis, negant etiam chriſma benedictum neceſſarium eſſe, & recentiores hæretici irrident benedictionem chriſmatis. Calvinus lib. 4. inſtitutionum cap. 19. §. 8. vocat oleum Diaboli mendacio pollutum. Chemnitius chriſma excantatum, & benedictionem ſuperſtitioſam & Magicam; illudque ſummoperè irrident, quod Eccleſia poſt chriſmatis benedictionem dicat, *Aue ſanctum chriſma*. Loquutio enim ad res animatas, & rationales dirigitur; chriſma autem eſt quoddam inanime.

diverſè contra ea blaſphemantes,

quidam etiam Cath. dicit ſine benedictione chriſm. poſſe confirmari,

Sed præter hæreticos inter Catholicos exiſtimavit etiam aliquis, non eſſe neceſſarium chriſma conſecratum, aut benedictum ad valorem confirmationis, ſed poſſe validè conferri cum chriſmate non conſecrato. Pro hac ſententia adduco Paludanum in 4. diſt 7. quæſt. ultima, in ſolut. ad 1. contra communem opinionem, ubi dicit ex diſpenſatione Pontificis poſſe aliquem confirmari chriſmate non conſecrato, quia Chriſtus inſtituit materiam huius ſacramenti iuxta ſanctificationem Eccleſiæ. Vnde poſſet Pontifex ſanctificationem omittere Chriſtus enim inſtituit, quod chriſma ſit materia eo modo, quo fuerit per Eccleſiam determinata. Explicat Paludanus exemplo matrimonij, quod quidem nullum eſt inter perſonas, quas Eccleſia reddit illigitimas: ſicetiamnulla erit confirmatio, ſi ſit in materia contra ritum Eccleſiæ.

ſed ex diſpenſatione,

idque quia determinationi Eccleſiæ relicta ſit materia à Chriſto

Iuxta quam opinionem Paludani, hæc duo ſimul ſtant, & chriſma benedictum eſſe eſſentialem materiam, quando Eccleſia id determinavit, iuxta commiſsionem à Chriſto acceptam: & præterea poſſe ſacramentum hoc validè conferri cum chriſmate non conſecrato, ſi Eccleſia vellet eam conſecrationem omittere. & aliud ſtatuere quàm quod hactenus ſtatuit. Eandem ſententiam, & verbà Paludani tranſcripſit Capreolus in 4. diſt. 7. quæſt. 2. in ſolut. ad 1. &. probabilem judicat Eſtius in 4. eadem diſt. §. 9. in fine.

affirmativa ſent. tamen aſſerenda,

Cæterùm proculdubio aſſerendum eſt, de eſſentia ſacramenti confirmationis eſſe, ut ſit chriſma benedictum. Quam veritatem docent Scholaſtici omnes communi ſenſu illis duobus exceptis. Et quidem hæc veritas mihi videtur ita certa, ut ad minus temerarium ſit dicere validum eſſe ſacramentum confirmationis cum chriſmate non benedicto, vel conſecrato.

& negativa temeraria.

Cum neceſſitas benedictionis habeatur ex traditione

Probatur autem hæc veritas, quia Eccleſiæ traditione ad nos derivatum eſt confirmationis chriſma conſecrandum, & benedicendum fore. Ergo oppoſitum eſt contra manifeſtam Eccleſiæ traditionem. Antecedens probo primò, ex pontificibus. Nam hanc chriſmatis conſecrationem

aſſerunt

aſſerunt Clemens Romanus lib. 7. Conſtitut. cap 42. & 44. & Fabianus epiſ. 2. ſup. cit. qui & præcipit ſingulis annis novum chriſma conſecrari, Damaſus epiſt. 4. Innocentius I. epiſt. 1 cap. 3. Leo I. epiſt. 88. Gelaſius epiſt. 1. Ioannes III. epiſt. unica, Gregorius I. in cap. 1. Canticorum, & Innocentius III. in cap. *cum veniſſet*, de ſacra unctione.

Hinc vocatur ſacr. hujus materia.

Eadem traditio conſtat ex Concilijs, in quibus de conſecratione chriſmatis ad confirmationem mentio eſt. Sic Nicænum Primum can. 69. Laodicenum can. 48. vocat *ſacratiſſimum chriſma*, quia ſcilicet conſecratum. Bracarenſe II. can. 4 *Chriſma benedictum*, quod per Spiritus Sancti invocationem conſecratur. Tridentinum ſeſſione 7. canone 2. appellat *ſacrum chriſma*.

Sacratiſſima,

Benedicta,

Sacra.

Item ex Patribus eadem traditio confirmatur. Eam docet Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 4. cit. Theophilus Antiochenus lib. 1. ad Autholicum, qui extat tomo 1. Bibliothecæ, Tertullianus lib. de Baptiſmo vocat *unctionem benedictam*, Cyprianus lib. 1. epiſt. 12, *oleum ſanctificatum*, Autor ſermonis de unctione chriſmatis apud Cyprianum, *Vnguentum per Spiritum Sanctum ſanctificatum*. Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 17. *oleum benedictum unctionis*, Cyrillus Catecheſi 3. *Chriſma* dicit *non eſſe nudum unguentum, ſed ſacratum*. Optatus lib. 1. *ſacroſanctam chriſma*, Auguſtinus lib. 5. de baptiſmo cap. 19. & 20. oleum hoc etiam ab hæreticis conſecrari dicit, quia eſt in illis poteſtas non ab hęreſi, ſed ab ordinatione; & vide tractatu 118. in Ioannem propè finem. Quibus accedunt Beda in cap. 8. Actorum, Rupertus, & omnes alij, qui de officijs Eccleſiaſticis ab eo tempore ſcripſerunt.

Sanctificata.

Sacrata.
Sacroſacta.

Afferri etiam poſſunt ad huius veritatis probationem, quæ cap. ſequenti adducemus ad probandum neceſſarium eſſe, quod chriſma ſit benedictum ab Epiſcopo.

His tamen omnibus, quæ adducta ſunt, dicit Eſtius loco citato reſponderi poſſe, ex eis tantùm colligi, neceſſitatem præcepti, non verò neceſſitatem ſacramenti.

Non tantū præcepti:

Sed certè is communis Pontificum, Conciliorum, & Patrum conſenſus ab ipſis Apoſtolis derivatus ſatis indicat neceſſitatem ſacramenti, cum enumeretur benedictio, & conſecratio unà cum eſſentialibus hujus ſacramenti; & perpetuò ſine ulla intermiſſione fuerit in Eccleſia inviolabili lege ſervata ea benedictio. Et hunc eſſe Patrum ſenſum, & eos eſſentialem judicaſſe benedictionem chriſmatis ex eo colligi poteſt, quòd, ſi non eſſet eſſentialis benedictio chriſmatis ad confirmationem, non magis requireretur, quàm benedictio aquæ in Baptiſmo. At Patres lõgè diverſimode loquuntur de benedictione aquæ Boptiſmalis, & de benedictione chriſmatis; atque hanc perpetuò exigunt, & ſemper enumerant, numquamque omittunt, cum de ſacramento con-

ſed etiam ſacramenti.

Cum celebrior ſit mẽtio bened. chriſ. matis quam aquę bapt.

Illa ſemper exigitur nõ hæc.

to confirmationis loquuntur. Ergo ſignum eſt eos non iudicaſſe, benedictionem eſſe quid accidentale, ſed eſſentiale in materia confirmationis.

Nec dici poteſt, quod Eſtius addit, Patres magis urgere neceſſitatem benedictionis in Criſmate, quàm in aqua Baptiſmi, ne viderentur nimis arctare viã ſalutis, cum Baptiſmus ſit neceſſarius neceſſitate medij ad ſalutem: cumque confirmatio non ſit de neceſſitate ſalutis, non eſt mirum, quòd patres urgeant benedictionis neceſſitatẽ, ut numquam omittatur, ſiquidem neceſſitas ſacramenti confirmationis, quæ exigua eſt, in nullo caſu præbet cauſam omittendi.

Bapt: neceſſarius neceſſitate medij ad ſalutẽ, non confirm:

Hoc enim diſcrimen potius indicat, & perſuadet benedictionem eſſe neceſſariò requiſitam; quia cum hoc ſacramentum, non ſit de neceſſitate ſalutis, mirandum non eſt, quod eſſentialis materia ea inſtituta ſit, quæ non tam frequenter occurrat, quam aqua Baptiſmi. Sicut etiam dicemus de miniſtro hujus ſacramenti, neceſſariò eſſe Epiſcopum, vel Sacerdotem ex commiſſione, quamvis in Baptiſmo propter ejus ſummam neceſſitatem, quicumque ſit ſufficiens miniſter. Aut ſi ob majorem vel minorem neceſſitatem ſacramenti dicat Eſtius magis urgeri à Patribus neceſſitatem benedictionis in uno, quàm in alio ſacramento, quamvis non ſit benedictio aliquid aſſentiale, non eſſet majus fundamentum in Patribus, ut colligeremus Epiſcopum eſſe eſſentialem miniſtrũ hujus ſacramenti.

ex quo inferes rectè rationẽ cur benedictio potius ſit de eſſentia chriſm: quã aquæ bapt: aut.

confirmationis miniſter neceſſariò ſit epiſc: aut ſac: baptiſmi quilibet

Redduntur etiam pro hac veritate à Doctoribus aliquæ congruentiæ. Durandus in 4 diſtinct. 7. quæſt. 1. cum rejeciſſet rationem D. Thom. de quâ ſtatim, hanc affert, quod materia ſacramenti ſit quoddam inſtrumentum, quo utitur miniſter, & ideo inter materiam, & Miniſtrum debet eſſe quædam proportio, & convenientia. Vnde, quando miniſter eſt determinatus aliqua ordinatione, debet eſſe materia ſacramenti determinata aliqua benedictione, ut in hoc ſacramento. At quando miniſter non eſt determinatus aliquo ordine, ſed quivis poteſt eſſe miniſter, non requiritur materia benedicta, ut in Baptiſmo.

Sed hæc ratio Durandi parùm apta eſt, & patitur inſtantias manifeſtas, eamque rejicit Paludanus in 4 eadem diſtinct. quæſt. 1. Quia in Euchariſtia miniſter determinatus eſt certa ordinatione, cum ſit Sacerdos, ita ut qui Sacerdos non eſt, non poſſit conficere ſacramentũ Euchariſtiæ; & tamen materia non exigit determinatã benedictionem, unde qui ſine ulla benedictione antecedenti conſecraret, validè faceret, ſicut ſine aquæ exorciſmo, & benedictione poteſt aliquis baptizare. Rurſus miniſterium proprium Diaconatûs exigit determinatam ordinationem in miniſtro; & tamen liber Euangeliorum, qui eſt materia remota, traditur illi ſine benedictione ulla.

neceſſitas hæc non bene colligitur ex conſecratione miniſtri

Conſecrari enim validè poteſt panis non benedictus

Diaconus etiam & ſacer: ordinãtur per materias non benedictas

Mihi

Mihi optima videtur congruentia, quam adfert D. Thom. in art. 3. quæ in hanc formam reduci poteſt.

Decens eſt, ut materia præparetur, & reddatur apta ad uſum ſacramenti, & priùs deſinat eſſe communis, & profana; quod explicat D. Thom. in ſolut. ad 2. & 3. ſiquidè eſt inſtrumentum gratiæ. Oportet ergo, ut materia aliquo modo benedicatur, & fiat ſacra. Sed in ſacramentis, quibus Chriſtus uſus eſt, ſufficere videtur, quod materiam illam ſuo ſacratiſſimo tactu ſanctificaverit, ut in Euchariſtia, & Baptiſmo. Nam in hoc aquas mundavit ex ſententia Patrum, quando in Iordane baptizari voluit; & in illo accepit panem, & vinum in manus ſuas. Ergo in alijs ſacramentis, quibus non eſt uſus Chriſtus, opportet ut materia prius benedicatur, & conſecretur. Hujuſmodi autem eſt materia confirmationis & olei infirmorum.

Materia ſacramentorum debet eſſe ſacrata quod factū vel ipſo Christi cōtactu, ut in Euchariſt. & Bapt. quibus uſus eſt, aquas in Iordane, panem &c. in cœna ſacravit: vel benedictione Eccleſiæ poſteriore.

7\. Verùm contra rationem hanc nonnulla opponit Durandus, & alij. Primò opponitur, quia in alijs tribus ſacramentis, quibus etiam Chriſtus non eſt uſus, non reperitur materia benedicta, ut in matrimonio, pœnitentia, & ordine. Ergo non eſt conſtans ea ratio. D. Thom.

Huic obiectioni reſpondet Suarez in commētario ejus art. congruentiam D. Thom. intelligendam de illis ſacramentis, in quibus materia eſt res ſenſibilis, & permanens; non verò, quando materia conſiſtit in aliquibus actionibus humanis, ut contingit in ſacramento pœnitentiæ, in quo actus pœnitentis ſunt materia; in Matrimonio traditio corporum, in ordine verò contactus aliquis. Hujuſmodi autem actiones humanæ non ſunt capaces benedictionis, & conſecrationis.

Sed hæc reſponſio non evacuat omnino difficultatem objectionis. Nam D. Thom. in ſuo diſcurſu loquitur de materia remota ſacramentorum confirmationis, & unctionis: & in alijs tribus ſacramentis, quæ Suarez enumerat, non ſunt materia remota, ſed proxima; & ſi inſpiciamus eorum materiam remotam, multo minùs apparere videtur benedictio, ſaltem in ſacramentò pœnitentiæ, & matrimonij. Quæ enim benedictio eſſe poteſt in peccatis, vel corporibus contrahentium, quæ ſunt materia remota pœnitentiæ & matrimonij?

Eſtque intelligendū de materia remota.

8\. Secundo reſpondet idem Suarez, etiam in illis tribus ſacramentis materiam proximā poſſe dici quodammodo ſacram, nam in pœnitentia confeſſio quodammodo ſanctificatur, ex vi attritionis, à qua procedit. Et in matrimonio externa traditio ſanctificatur ex vi conſenſus honeſti procreandi filios in vitam æternam, & denique in ſacramento ordinis etiam reperitur aliqua ſanctificatio; Nam, ſi materia eſt manus impoſitio, illæ manus ſunt Epiſcopales, quæ conſecratæ ſunt. Similiter traditio calicis, aut libri Euangeliorum;

in pœnitentia & ordine materiæ prox. poſ ūc dici ſacratę, confeſſio a contritione.

manus impoſitio, traditio libri, calicis &c.

rum; traditur enim per manum Sacerdotum vel Epiſcopi.

Sed quamvis hæc 2. ſolutio in pœnitentia, & ordine ſuſtineri poſſit; in matrimonio ſane non eſt perpetua, quia ſæpe in contrahentibus non adeſt intentio finis honeſti, quo ſanctificetur traditio, ſed potiùs prava intentio.

non tamen perpetuò in matrimonio; cum intentio ſubinde prava ſit,

Et præterea Suarez ſolùm aſſignat ſanctificationem in materia proxima, & non in materia remota, materia autem remota horum trium ſacramentorum, aut ſaltem duorum permanens eſt, ſicut materia remota extremæ unctionis, & criſmatis; & de hac loquitur D. Thom. Nam etiam materia proxima confirmationis, & unctionis eſt actio quædam humana, & eſt ſacra juxta ſenſum Suarij, quia fit per manus Epiſcopi, vel Sacerdotis.

materia remota matrim:& ordinis: eſt permanens.

Quarè opportet, ut paria ſint omnia, quæramus benedictionem aliquam, & ſanctificationem in iſtorum trium ſacramentorum materia remota.

Dico ergo etiam in materia remota eorum trium ſacramentorum reperiri poſſe aliquem modum ſanctificationis, qui ſufficiat ad ſalvandam rationem D. Thom. qui modus ſanctificationis non reperitur in materia remota Baptiſmi & Eucharistiæ; ſcilicet, Aqua, Pane & Vino.

poteſt tamen in materia remota illorum trium aliquid ſanctitatis reperiri.

In ſacramento quidem ordinis ipſæ res, quæ traduntur ſunt ſacræ, & divino cultui antea dedicatæ. v. g. Calix, Patena,[b] liber Euangeliorum, cui propter Euangelij verba, etiam latriæ cultus deferri poſſet. Idem dicendum de Thuribulis, libro exorciſmorum, & alijs inſtrumentis ſacris, immò & de januis Eccleſiæ quæ ſunt ſacris templis aſſignatæ.

a In ordine res tradendæ divino cultui ante dedicatæ ſunt

b Libro Euangeliorum exhiberi poteſt cultus latriæ.

Cujus ſignum eſt, quod decretis Pontificum cautum ſit, ne cum aliquod templum diruitur, lapides illius vel ligna aptentur profanis ædificijs, quod ſignum eſt materias illas templis applicatas inter ſacras, & non profanas enumerari.

Diruto templo lapides & ligna applicari profanis uſibus olim non poterant.

Immò & locus ipſe, in quo Eccleſia fundata fuit, dirutâ Eccleſiâ adhuc manet ſacer, & immunitate gaudet. §. *Sacra res, Inſt. de rerum diviſione.*

imò locus ejus manebat ſacer, &c. immunitate gaudebat.

Difficilius explicatu eſt in ſacramento Pœnitentiæ, & Matrimonij. Sed adhuc dicendum, idē in ſacramento pœnitentiæ comperiri. Nam peccata non ſunt materia remota ſacramenti pœnitentiæ, ſed tantùm objecta; materia autem remota eſt ipſe pœnitens ſubiectus juriſdictioni confeſſoris. Pœnitens autem ſanctificationem habet acceptam per Baptiſmum, & ſacrum ſignum indelebile, ratione cujus ſacra quædam res eſt.

peccata non ſunt materia remot. ſed tantùm objecta pœnit: ſed ipſe pœnitens qui ſanctificatus eſt per bapt:

Idem dicendum in Matrimonij ſacramento. Nam, cum ſolū matrimonium fidelium ſit ſacramentum, corpora, quæ ſunt materia remota ejus ſacramenti, ſancta ſunt & templum Dei, ut ſcribit Paulus, ratione fidei acceptę in baptiſmo, & characteris.

ſicut corpora contrahentium mat. rem. matrimonij

Adde etiam humanitatem ipſam totam ſanctificatam cenſeri

jmò humanitas tota ſanctificata

per unionẽ hypoſtaticam; plus quam aquæ per contactũ Chriſti.

ex conjunctione Hypoſtatica multo magis, quàm aqua baptiſmi cenſetur ſancta, ex contactu Chriſti; maximè cum ea conjunctio fuerit ſymbolum matrimonij, vel potius in matrimonio reperiatur ſignificatio, & unionis Hypoſtaticæ, & conjũctionis Chriſti cum Eccleſia. Eſt ergò jam materia remota eorum ſacramentorum ſanctificata.

10

quãvis interim fatẽdum ſit cõgruentiam D. Th non eſſe unicam & unicè cõvincentẽ.

Secundò objicitur contra eandem rationem D. Tho. Quia quod non requiratur aquæ benedictio in baptiſmo, ratio ejus non eſt petenda ex eo, quod Chriſtus aquam ſanctificaverit, ſed ex eo quod eſt ſacramentum neceſſitatis, & ita oportebat materiam hujus ſacramenti eſſe in promptu; non autem ita facilè occurreret, ſi ſemper eſſet neceſſaria benedictio.

Sed reſpondetur in primis, ex hoc non colligi rationem D. Thom. non eſſe probabiliſſimam, & aptiſſimam preſenti inſtituto; ſed ſolùm colligitur non eſſe unicam, ſed poſſe etiam aſſignari alias rationes probabiles, ob quas in baptiſmo non requiratur benedictio, requiratur autem in confirmatione.

cum etiã major vel minor neceſſitas non convincat benedictionem eſſe neceſſariam vel non.

Deinde dico etiam eam rationem deſumptam ex majori, vel minori neceſſitate iſtorum ſacramentorum eſſe quidem tantum congruentem, non vero concludentem. Quia etiam ſacramentum pœnitentiæ, lapſis in mortale peccatũ poſt baptiſmũ, non minùs neceſſarium eſt, quàm baptiſmus infidelibus; & ejus miniſter non eſt quivis, qui frequenter occurreret, ſed Sacerdos, & contingere poteſt ſæpe ut pœnitens moriatur, antequam Sacerdos vocetur, vel vocatus veniat.

Pœn: enim ſacr. æquè neceſſarium lapſis poſt bap: ac ipſe baptiſmus hominibus: & tamen miniſter debet conſecratus, ex cujus defectu cõtingit frequenter mori infirmum ſine ſacramento.

Quod ſi dicas effectum pœnitentiæ in caſu neceſſitatis ſuppleri per pœnitentiam in voto: Idẽ etiam in baptiſmo dicendum eſt. Suppletur etiam per baptiſmum in voto. Ergo major, vel minor neceſſitas ſacramenti non eſt concludens ratio, propter quã exigenda ſint eſſentialia ſacramentorum, quæ facilè, aut minùs facilè reperiantur.

Baptiſmus etiam æquè ſuppletur per votum ac pœnitentia.

Sicut ergo non obſtante hac difficultate ea ratio judicatur congruens, & apta ad reddendã rationem, ob quam in uno ſacramento exigatur benedictio, in alio non, licet non ſit omnino convincens; non minùs hæc, quam adducit D. Thom. congruentiſſima, & aptiſſima cenſeri debet.

unde congruentia D. Th. eſt aptiſſima.

Denique contra eandem rationem objicitur, Quia inde colligere videtur Diuus Thomas non eſſe neceſſariam præuiam benedictionem in Baptiſmo, & Euchariſtia, quia Chriſtus uſus eſt illis ſacramentis, & contactu ſuo eorum materiam ſanctificauit: in confirmatione autem & unctione requiri benedictionem quia Chriſtus non eſt uſus illis. Vel ergo intelligit D. Thomas quod Chriſtus uſus fuerit illis duobus ut ſacramentis, vel non. Si primum dicatur, non eſt verum; quia Chriſtus non eſt uſus Baptiſmo, neque Euchariſtia ut ſacramentis, ut notum eſt. Si

quamvis enim Chriſtus non ſit uſus bapt: & euch. ut ſacramentis.

vero dicatur ſecundum, etiam eſt uſus materijs iſtorum ſacramentorum. Nam ſæpè in vita, & in morte fuit unguento delibutus. Ergo, ſi uti aliquâ materiâ, vel illam contingere, non ut materiam ſacramenti ſatis eſt, ut in illis non requiratur benedictio; ſufficiet etiam idem contactus Chriſti, ut non requiratur in oleo, & chriſmate.

attamen uſus eſt bapt. ut figurâ in ordine adſcû

Reſpondetur concedẽdo quidem Chriſtum non fuiſſe uſum aquâ Baptiſmi ut ſacramento; ſed neque etiam uſus eſt illâ, ut ablutione communi, ſed tamquam Baptiſmo Ioannis, qui licet eſſet diuerſus à noſtro, attamen & in materia & in aliqua ratione ſigni ſacri conueniebat, quatenus erat præparatorius ad Baptiſmum Chriſti, eoque uſus eſt Chriſtus, ut aquas ad ſuum Baptiſma ſanctificaret.

quo ſine & modo nõ eſt uſus unctione magdalenæ aut ſimili quas etiam non conſtat ex eadem fuiſſe materia.

Eo autem modo non eſt uſus unctione Magdalenæ, vel ſimilibus, licet ob alias cauſas unctũ fuerit eius corpus. Et etiam non conſtat unctiones illas fuiſſe ex eadem materia, quâ conſtat ſacramentum confirmationis, & unctionis.

ſimiliter quoque uſus eſt pane in ord: ad Euch: quod etiam præviè repreſentat. ſacerdos.

Similiter Chriſtus accepit in manus ſuas materiam Eucharistiæ in ordine ad ſacramentum corporis, & ſanguinis ſui; & quod materia iſta panis, & vini conſecretur verâ, & reali præſentia corporis Chriſti, non tollit quominùs pævię, & antecedenter ſanctificetur per repræſentationem ejus, quod Chriſtus geſſit. Accipit enim ejus nomine Miniſter in manus ſuas, ſicut & Chriſtus accepit panem, & vinum, ut in corpus, & ſanguinem ſuum converteret.

ſuper hac benedictione eccleſia diſpenſare non poteſt.

Ex hactenus dictis colligitur adeò neceſſariam eſſe benedictionem in chriſmate, ut neque ex diſpenſatione Eccleſiæ omitti poſſit: nec Eccleſiam diſpenſandi in hoc ullam habere poteſtatem, contra Paludanum loco citato. Id enim, quod inſtituendo materiam hujus ſacramenti dicit ſervaſſe Chriſtum, eſt omnino ſine fundamento.

nã poteſtatem ad hoc colligimus vel ex facto aliquo,

Nam Eccleſię poteſtatẽ relictã ad aliquas, vel diſpenſationes, vel declarationes colligimus, aut ex facto aliquorum Pontificum; nec enim credendum eſt Eccleſiam, cum in aliqua re, quæ juris divini videtur eſſe, diſpenſat, poteſtatem aliquam uſurpare, ſed uti poteſtate relicta à Chriſto. Ideo dicimus Eccleſiæ conceſſam poteſtatem ad diſpenſandum in reſidentia Epiſcoporum, vel, ut alij volunt, declarandi occaſionem, & tempus nonreſidendi.

ut ſuper reſidentiâ epiſcoporum.

vel ex neceſſitate diſp:

Colligitur quoque poteſtas relicta ex neceſſitate diſpenſationis ad regimen animarum; quaſi, ſi ea poteſtas diſpenſandi relicta non eſſet, non poſſet Eccleſia aptè gubernari, & ſine magnis, & pluribus incommodis. Ideo dicimus, quamvis obligatio voti ſit juris divini, & ipſi Deo facta ſit promiſſio, relictam Eccleſiæ poteſtatem, ad diſpenſandum in votis; quia, cum homines proni eſſe ſoleant ad vovendum, ſicut fragiles in adimplendis votis, ſi non eſſet poteſtas

ex quo colligimus, penes eccleſiam eſſe poteſtatem diſpenſandi in votis, quamvis ſint juris divini.

teſtas

propter levitatem & fragilitatē hominum

teſtas diſpenſandi in votis, multa eſſet peccatorum ſeges & laquei animarum valde periculoſi.

Hęc verò in hac materia locum non habent cum neque neceſſitas urgeat neque legatur umquam diſpenſatum eſſe.

At in noſtro caſu, neque reperitur neceſſitas omittendi eam benedictionem; cum, licet non occurrat tam facile qui benedicat, at ſine magno labore commodè poteſt comparari chriſma benedictum; nec etiam invenitur factum liquod Pontificum, vel Conciliorum, neque ulla diſpenſatio legitur ab initio Eccleſiæ uſque ad nos; quin potiùs referunt Suarez, Sylvius, & alij Gregorium XIII. conceſſiſſe facultatem ſimplici Sacerdoti confirmandi in India, ea tamen lege, ut uteretur chriſmate per Epiſcopum benedicto. Ergo non eſt unde deſumamus fundamentum aliquod ad aſſerendum poteſtatem diſpenſandi in benedictione chriſmatis Eccleſiæ relictam eſſe.

bene tamē commiſſa confirmatio ſimplici ſacerd: cum obligatione tamē utendi Chriſm: benedicto.

Epiſcopus equidem vocatur ordinarius miniſter ab Eug. 4.

Et urgeo magis iſta conſideratione. Quia ex eo dicimus miniſtrum confirmationis ex commiſſione eſſe poſſe ſimplicem Sacerdotem, quia Eugenius IIII. in cit. decreto, cum agit de miniſtro ponit particulam illam *Ordinarius miniſter*, quo verbo videtur indicare eſſe poſſe aliū extraordinariū, aut ex delegatione.

Chriſma verò ben: non dicitur ordinaria mat:

At cum requirit benedictionem in chriſmate, non poſuit particulam ordinariè, hoc eſt, non dixit ordinariè benedictum eſſe debere, ſed abſolutè dixit *Chriſma benedictum*. Ergò non eſt unde colligamus extraordinaria diſpenſatione poſſe adhiberi chriſma non benedictum; & ex cōſequenti aſſeri non poteſt cum fundamento relictam Eccleſiæ poteſtatem aut ordinandi aut omittendi ſanctificationem chriſmatis, ſed ex Chriſti inſtitutione eſſe, quod chriſma confirmationis ſit benedictum.

poteſtas enim data eccleſię nō eſt circa ſubſtantiā ſacramentorum, ſed uſum.

Denique habemus deciſſionē Concilij Tridentini ſeſſ. 21. cap. 2. ubi nobis diſertè tradit, quæ poteſtas relicta ſit Eccleſiæ à Chriſto circa ſacramenta. Non enim eſt poteſtas aliqua circa ſubſtantiam, ſed tantum circa ſacramenti uſum diſponendi id quod ſuſcipientium utilitati, & ipſorum ſacramentorum venerationi magis expedire judicauerit.

benedictio autem eſt de ſubſtantia confirm:

At benedictio chriſmatis non pertinet ad uſum, & diſtributionem ſacramenti, ſed ad ipſam ſubſtantiam: quandoquidem inquit Paludanus, ea benedictione per Eccleſiam conſtitutâ, colligatur eſſentialem materiam eſſe chriſma benedictum.

Sed contra illationem hanc poſſet in primis argumentum deſumi ex Innocentio III. in cap. *Paſtoralis, de ſacramentis non iterandis*, ubi Pontifex ratum habet hoc ſacramentum factum cum unctione ſolius olei; quod quidem non eſt veroſimile benedictum fuiſſe, ſaltem benedictione chriſmatis, ſed olei infirmorum, quæ eſt longè diuerſa benedictio.

nec Innocen: unquā ratam habuit confirmationem factam ſine chriſmate benedicto:

Sed reſpondetur facilè ex dictis cap. præcedenti, negando Innocentium in eo caſu ratum habuiſſe ſacramentum confirmationis, ſed potius nullum iudicaſſe, & ideo denuo conferendū, ut latè oſtenſum eſt.

ſed potius reprobarit.

Deinde dico, quamuis daremus ratum iudicaſſe, nihil eſt in eo cap. unde colligamus oleum illud non fuiſſe benedictum; potuit enim benedici ea benedictio ne qua ſolum oleũ benedicitur in Pontificiali Romano, ante benedictionem balſami. Quod enim ſilentium ſit benedictionis in eo cap. non præbet firmum fundamentum, ut pote deſumptum ex authoritate negativa.

Secundo oponitur Auguſtinus, qui tractatu 118. in Ioanné, cum loquitur de benedictione aquæ baptiſmalis, & chriſmatis, ſimiliter loquitur, quaſi utrumq; reſpectu ſui ſacraméti parẽ habeat rationem. Ergò ſicut benedictio aquæ non eſt eſſentialialis, ſed poſſet ab Eccleſia omitti, ſic etiam benedictio chriſmatis.

benedictio quidẽ omnium ſacramentorum materijs adbibenda ordinariè, ut ritè applicentur: ſed uni ex neceſſitate præcepti, alteri ex neceſſ: ſacramenti,

Sed reſpondetur Auguſtini verba hæc eſſe: *Quod ſignum*, ſcilicet Crucis, *niſi adhibeatur, ſive frontibus credentium, ſive ipſi aqua, ex qua regenerantur, ſive oleo, quo chriſmate unguntur, ſive ſacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.*

Illud autem, *ritè*, aut explicandum eſt de neceſſitate præcepti, ſine excluſione tamen neceſſitatis ſacramenti; nam quod eſt neceſſarium neceſſitate Sacramenti eſt etiam neceſſarium ex præcepto, licet non è contra.

Aut dicendum eſt vocem illam, *ritè*, Generalem eſſe, & tam accommodari poſſe his, quæ ſunt eſſentialia, quàm his, quæ ſunt accidentalia, & ex præcepto, & ritu ab Eccleſia præſcripto.

Et ita accipiendam eſſe accommodatè ad naturam eorum ſacramentorum, quæ numerat Auguſtinus, ita ut in quibuſdam denotet ritum eſſentialem, in alijs autem ritum accidentalem. Aliàs ex eo teſtimonio etiam colligeretur unctionem in forma Crucis eſſe accidentalem ſacramento confirmationis contra Scholaſticos omnes, ut dicam poſtea; nam etiam de ea unctione in forma Crucis loquitur Auguſtinus, ſicut de alijs.

& utrumque ſignificat vox, ritè.

Tertiò denique opponitur. Quia verum eſt ſacramentum baptiſmi ex fonte non conſecrato, & Euchariſtiæ ex pane non benedicto. Ergo vera confirmatio eſſe poteſt ex chriſmate non priùs conſecrato.

hinc poteſt fieri baptiſm: & euch ex materijs nõ benedictis validè; non tamẽ confirmatio,

Reſpondetur negando paritatem rationis, cujus congruentem rationem D. Thom. reddidit, ut explicatum eſt. Ratio autem à priori deſumitur ex voluntate Chriſti inſtituentis, qui ſic inſtituit, ut chriſma eſſet benedictum, & per Eccleſiæ traditionem nobis innotuit: nec reliquit in Eccleſia poteſtatem ad diſpenſandũ in ea re. Voluit enim ipſe eſſe immediatus author ſacramentorum, quoad ea quæ eſſentialia ſunt in ſacramentis.

& ridendi hæretici ignorantes quod per proſopopæiam res inanimes alloquamur

Hæreticorum autem fundamentum, ob quod irrident ſanctum chriſma, ridiculum eſt. Et in primis dicimus non eſſe nouum, ut per Proſopopæiam res inanimes alloquamur, ſalutemus, & benedicamus. Alloquutionis exempla complura ſuppeditat Daniel in Cantico Trium Puerorum, & Dauid Pſalmo 148. Salutationis exempla habemus in Carmi-

hoc enim ſcripturæ familiare

Carmine Fotunati Pictauienſis, quod habetur in Ordine Romano, *Salue feſta dies toto venerabilis æuo*; & in hymno Crucis, *ò crux aue ſpes unica*; & ibi *Sola digna tu fuiſti*, & quæ ſequuntur. Et Sanctus Andreas ſalutans Crucem dixit, *ſalue crux diu deſiderata*. Benedictionis etiam exempla extant Deuteromij 28. *Benedicta horrea tua*, & ſapientiæ 14. *Benedictum lignum per quod fit iuſtitia*: Et Eccleſiaſtici 43. *Vide arcum in nubibus, & benedic eum*.

& eccleſiæ & ſanctis: ut Diuus Andreas fecit.

Addo etiam, vocem illam ſalutationis non ſemper ſignificare *Deus te ſeruet*, cum dicamus, *Saluete ſacratiſſimi pedes Chriſti*. Immò & Deum ipſum ſalutare poſſimus, atque apte dicere, *ſalue immenſa bonitas*. Non enim ſenſus eſt *Deus te ſeruet*, qui blaſphemus eſſet; ſed eſt nota honoris, & ſubmiſſionis.

quæ vox nō ſemper ſignificat idē, quod, *Deus te ſeruet*; eſſet enim ſæpè blaſphemia

Denique dico non ſalutari chriſma phyſicè ſuſtantialiter abſolutè; ſed relatiuè moraliter prout eſt ſymbolum gratiæ in Sacra Scriptura, denotatque vel gratiam nobis conferendam, vel ipſum Chriſtum. Vnxit enim Deus Chriſtum oleo lætitiæ; & Chriſti nomen à Chriſmate deriuatur. Moralia autem relatiuè, non abſolutè accipienda ſunt, ſicut & laudamus imagines, ut quid utile ad cultum exemplaris, quia utilitatem hanc in ſe habent; qui tamen laudis honor in exemplar reſultat. Qualis autem forma benedictionis requiratur in chriſmate, dicam cap. ſequenti.

& non ſalutatur chriſma phyſicè ſubſtantialiter abſolutè · ſed relativè moraliter ut ſymbolum gratiæ vel accidentalis vel ſubſtantialis, quomodo omnia moralia accipienda ut imagines &c.

CAPVT IIII.

An ſit neceſſarium ad valorem ſacramenti confirmationis, quod chriſma ſit benedictum ab Epiſcopo.

SVMMARIVM

Presbyterum non eſſe ordinarium miniſtrum benedictionis chriſmatis oſtenditur num. 1.

Nonnulli affirmant presbyterum eſſe poſſe miniſtrum benedictionis extraordinaria poteſtate, num. 2.

Verior ſententia negans num. 3.

Probatur ex traditione Eccleſiaſtica, num 4.

Opponitur primo ex Concilio Toletano primo, & ſatis fit, num. 5.

Secunda obiectioni ex Sylveſtro reſpondetur, num. 6.

Tertia obiectio ex Hieronymo diluitur, num. 7.

Quàm certa ſit communis ſententia num. 8.

Qualis benedictio requiratur, num. 9. *&* 10

DIximus hactenus eſſentialiter requiri benedictionē in chriſmate, reſtat explicemus à quo debeat eſſe benedictum, & qualis ſit benedictio quæ requiritur. Et quod ad 1. attinet.

miniſter ordinarius benedictionis eſt epiſcopus.

Supponamus in primis ex omnium Scholaſticorum conſenſu excepto Caietano miniſtrum ſaltem ordinarium benedictionis chriſmatis eſſe Epiſcopum, adeo, ut ſi à presbytero benedicatur chriſma ſine ſpeciali commiſſione, nullum ſit ſacramentum confirmationis collatū

non ſimplex ſacerdos

non ſimplex ſacerdos

cum eo chriſmate; perinde enim eſt, ac ſi non eſſet benedictum. Et quidem omnia, quæ adducemus in hoc cap. pro noſtra ſententia, multò magis oſtendunt id quod modò ſupponimus.

Quare Dominicus Soto loco infra citando judicat ſententiam Caietani non eſſe tutam: & quod magis mirandum eſt in Caietano, in eam ſententiam contra communem omnium inductus eſt debiliſſimo fundamēto; quod, ſcilicet, qui poteſt majus pręſtare, poſſit & minus. At ſacerdos ſimplex poteſt conſecrare Euchariſtiam: Poterit ergò conſecrare Chriſma quod minus eſt.

non equidem qui poteſt maius poteſt & minus

Illa enim major propoſitio vera eſt, quando res ſunt ejuſdem rationis, non verò in rebus diſparatis; & etiam, quando id, quod minus eſt, includitur in majori. Non enim valet, poteſt quis producere hominem, qui perfectior eſt, ergo poteſt producere formicam, quæ imperfecta eſt; & aliàs eodem argumento probaretur presbyterum poſſe ordinariâ poteſtate ſacros Ordines conferre, & aras, & templa conſecrare, quę multò minora ſunt conſecratione Euchariſtiæ.

quia hoc tantùm locum habet quādo ſunt res ejuſdem ordinis & una in altera includitur.

Quod autem cōtra hanc communem veritatem obijci poſſet ex Hieronymo ęquante ſacerdotes omnes Epiſcopis, & explicatur in tractatu de ordine, & nonnil de eo dicemus infrà, cum ſermo fuerit de Miniſtro Confirmationis.

Eſt igitur extra controverſiam quod ſimplex Sacerdos ſuâ ordinariâ authoritate non poteſt Chriſma conſecrare.

Quæſtionem ergo habet, *an ex commiſſione, vel diſpenſatione poſſet presbyter Chriſma conficere, an verò ſolus Epiſcopus id poſſit, atque adeo ſit eſſentiale chriſmati confirmationis, quod ſit benedictum ab Epiſcopo.*

Si enim nullâ commiſſione, aut diſpenſatione fieri poteſt, ut ſimplex ſacerdos Chriſma cōficiat, erit eſſentialis in materia confirmationis benedictio Epiſcopi, at ſi ex commiſſione vel Epiſcopi, vel Papæ, vel eorum diſpenſatione fieri poteſt, ut Chriſma benedicatur à ſimplici ſacerdote, non erit eſſentialis benedictio Epiſcopi, ſed vel ejus, vel alterius delegati ſacerdotis.

In hac re tres ſententias enumerat Suarez, ego ex tribus unā conficio. 2.

Eſt ergo prima ſententia, quæ docet ſufficere ad materiam cōfirmationis Chriſma benedictū, ſive ab Epiſcopo ordinariâ authoritate, ſive ab alio ſacerdote, non ordinariâ, ſed extraordinariâ poteſtate. Differunt autem in modo explicandi, quo modo ex poteſtate extraordinaria poſſit alius ſacerdos ab Epiſcopo Chriſma benedicere.

poſſe chriſma benedici à ſimplici ſacerd.

poteſt intelligi 3. modis.

1. quod poſſet benedictio omitti.

Paludanus enim loco citato cap. præcedenti exiſtimat poſſe quemvis alium ſacerdotem ex ordinatione Eccleſiæ, ſi ita diſponeret, quia poteſt benedictionem Chriſmatis omittere. Alij verò dicunt poſſe ſimplcem ſacerdotem Chriſma benedicere ex commiſſione Epiſcopi. Sic Ledeſma relatus à Suarez. Alij peniq; dicunt ſufficere Chriſma bene-

2. quod Epiſcopus ei hoc poſſet cōmittere.

3. vel ſaltē quod ſummus Pont.

benedictum à ſimplici ſacerdote, ex diſpenſatione tamen Pontificis ſolius. Sic ſentiunt nonnulli, Caietanus in hoc art. Soto, licet dubitando, in 4. diſtinct. 7. quæſt. unica, a. 3. Valentia diſp. 5. Generali, q. 1. puncto ſecundo in fine. Puteanus in hac q. dubitatione 5. Hugolinus de Sacramẽto confirmationis cap. 18. Irribarne in 4. diſt. 7. diſp. 23. ſect. 2. Conc. 1. Petigianus eadem diſt. q. 1. a. 4. conc. 2. & hi duo poſtremi potiſſimùm inducti videntur in hanc ſententiam, quia ſibi perſuaſerunt illam etiam docuiſſe Scotum in 4. diſt. 7. quęſt. unica. Fundamenta horum authorum adducam poſtea.

3. verius tamen, non poſſe ſive ordinaria ſive extraordinaria poteſtate.

Secunda ſententia, quæ ſicut communior, ita longè verior eſt, aſſerit, Chriſma non poſſe benedici à ſimplici ſacerdote, etiam extraordinariâ poteſtate, & ita, eſſe eſſentiale Chriſmati confirmationis, quod ſit benedictum ab Epiſcopo.

Hanc ſententiam ſupponit D. Thomas in hoc a. 3. ſi jungatur reſponſio cum titulo articuli. Nam in titulo quærit, *an ſit materia neceſſaria huius Sacramenti Chriſma per Epiſcopum conſecratum?* & reſpondet eſſe neceſſariũ Chriſma benedictum; & licet non exprimat ab Epiſcopo, de ejus tamen benedictione agit; & apertè in ſolut. ad 3. id explicuit, cùm dixit materiam Sacramentorum conſecrari vel ab ipſo Chriſto, vel ab ipſo Epiſcopo, qui in Eccleſia Chriſti perſonam gerit.

Idem etiam ſupponit D. Thomas. in 4. diſt. 7. quæſt. 1. a. 2. quæſtiuncula 3.

Et ex antiquis Scholaſticis nonnulli eandem veritatem ſupponunt, nam in definitione confirmationis eam particulam ponunt, *ab Epiſcopo benedictum.* Sic Alenſis 4. parte quæſt. 9. membr. 2. a. 2. quæſtiuncula 3. Ioannes Major in 4. diſt. 7. quæſt unica. Guillelmus Rubion eadem diſtinct. quæſt. unica, Ricardus eadem diſtinct. a. 1. quæſt. 1. Aureolus eadem diſtinct. quæſt. 1. a. unico. Nonnulli autem apertiùs indicant benedictionem Epiſcopi omnino eſſe neceſſariam. Sic Gabriel in 4. diſt. 7. quæſt. unica a. 1. cùm inquit, ex divina inſtitutione eſſe, quòd Epiſcopus benedicat. Durandus eadem diſt. quæſt 2. ſi conjungas reſpõſionem, & rationem qua probat. Ioannes Bachonius eadem diſt. q. 1. a. 4. prope finem: nec diſſentit Scotus, nam cum disiunctivè loquitur de Epiſcopo, vel alio ſacerdote, non agit de conſecratione Chriſmatis, ſed de miniſterio confirmationis, quæ ſunt duo valde diuerſa. Nam Chriſmatis benedictio eſt ſolius Epiſcopi, at miniſter confirmationis non eſt ſolus Epiſcopus, ut dicam infra. Sic Scotum intellexit Suarez, & Philippus Faber locis infrà citandis, & ex antiquis Scoti interpretibus ſic eum videtur intellexiſſe Petrus Tartaretus in 4. diſt. 7. q. 1. & eodem modo, quo Scotus, loquitur Baſſolis eadẽ diſt. q. unica a 1

miniſtrare confirmationem, & benedicere Chriſma ſunt multũ diverſa.

Ex recentioribus autem Theologis hanc communem ſententiam docet Suarez diſput. 33.

ſect. 2.

ſect. 2. Syluius in hoc art. Ægidius in hoc etiam a. dub. 1. conc. 4. Gamacheus in hac q. & a. conc. 2. Peſantius in hac q. diſp. 2. Faber in 4. diſt. 7. diſput. 27. cap. 2. n. 18. Eſtius eadem diſt. §. 9. ſi conferatur cum ijs, quæ docet §. 20. 21. & 22. ubi latè probat non poſſe ſimplicem ſacerdotem eſſe miniſtrum confirmationis neque ex commiſſione. Filiutius tract. 3. cit. c. 1. q. 6. Layman tract. cit. cap. 2. verſ. 2. *dubitatur*. Toletus dicto lib. 2. cap. 24. n. 2. Henriq. lib. 2. c. 2. n. 2. Heredia Repetitione citata, p. 2t dub. 1. n. 4. Bonacina loco ſæpe cit. diſp. 3. q. unica punct. 3. Alphonſus Salmerō to. 1. in Acta, tract. 26. §. *circa materiam autem*, & alij.

4. habeturque ex cōmuni eccleſ. tra ditione ſine limitatione & interpretatione aſſignante epiſ. miniſtrum benedictionis illius

Hæc communis ſententia probatur iſtâ conſideratione. Quia conſtans eſt, & perpetua Eccleſiæ traditio ſine limitatione, aut explicatione ulla, quæ miniſtrum benedictionis Chriſmatis aſſignat Epiſcopum. Ergo cenſendum eſt illum eſſe miniſtrum neceſſarium ejus conſecrationis, aut ſaltem ſine ullo fundamento aſſeritur poſſe Chriſma confirmationis benedici ab alio ex commiſſione.

que manifeſtatur nobis per PP. & conc.

Antecedēs probatur inductione. Nam in primis Pontifices, & concilia Epiſcopo ſoli tribuunt poteſtatem conſecrandi Chriſma, & affirmant illis ſolis id licere. Sic Fabianus, & Innocentius in Epiſt. jam cit. Concilium Romanum ſub Sylveſtro, canone 5. ubi ſtatuitur nullum Presbyterū poſſe conficere Chriſma. Carthaginenſe primum, can. 3. & Carthaginenſe 2. can. 3. Carthaginenſe 3. can. 36. Bracarenſe 2. can. 37. Hiſpalenſe 2. can. 7. Toletanum 8. can. 7. Vuormatienſe can. 2. ubi, cum dicatur ne presbyteri inconſulto Epiſcopo Virgines conſecrent, additur, *Chriſma verò numquam conficiant*. Concilium Sabinenſe cap. de Baptiſmo, ubi confectionem Chriſmatis ſolis Epiſcopis, eorumque ſucceſſoribus eſſe conceſſam dicit.

Eandem etiam poteſtatem attribuunt Epiſcopis abſolutè Dionyſius dict. cap. 4. de Eccleſiaſtica Hierarchia, & Cyprianus locis ſupra citatis, & poſteriores ſcriptores de officijs Eccleſiaſticis. & Patres

Sed potiſſimùm ea traditio probatur ex Eugenio IV. in cit. decreto, ubi aſſignans materiam hujus Sacramenti, dicit eſſe Chriſma confectum ex oleo, & Balſamo, & ab Epiſcopo benedictum. Quod teſtimonium perpendendum eſt eodem modo, quo cap. præcedenti illud expendebamus pro benedictionis Chriſmatis neceſſitate. Nam, ſi Eugenius cenſeret benedictionem Epiſcopi ſolùm ordinariè deſiderari, & non abſolutè, adderet eam particulam, ſicut expreſſit, quando loquutus eſt de miniſtro Sacramenti; & ſimiliter, ſicut cum loquitur de forma Sacramenti matrimonij dixit, *regulariter eſſe verba*, quia poteſt per Epiſtolam, vel nutus celebrari; adderet etjam in præſenti *regulariter*, aut quid ſimile. Sicut ergo ex illis

potiſſimùm verò per Eug. 4.

qui ait, verba eſſe formam matr. regulariter

verbis

non tamen dicit Chriſma &c. benedictum regulariter

verbis abſolutè prolatis in alijs ſacramentis colligimus neceſſarium miniſtrum, aut neceſſariā materiam eſſe illam, quam exprimit, & non aliam, idem dicendum eſt in noſtro caſu.

nec unquā ſuper hoc fuit diſpenſatum

Accedit denique, quod nunquā hactenus viſum eſt Eccleſiā diſpenſaſſe in hac re, aut conceſſiſſe ſimplici ſacerdoti poteſtatē conficiendi Chriſma; immò, ut dixi c. præcedenti, Suarez, Sylvius, Gamacheus, Ægidius, & alij referunt Gregorium XIII. diſpenſaſſe, ut apud Indos ob Epiſcoporū confirmantium paucitatem, & locorum diſtantiam, poſſet Sacramentum confirmationis miniſtrari a ſimplici ſacerdote, dummodò uteretur Chriſmate per Epiſcopum benedicto. Tandem nulla eſt ejus diſpenſationis neceſſitas, ut cap. præcedenti deducebamus. Abſq; ullo ergo fundamento dicitur Chriſma benedici ab alio, quàm ab Epiſcopo ex diſpenſatione vel commiſſione.

nec etiam ulla ad hoc neceſſitas urget,

5. Sed opponitur 1. ex Concilio Toletano 1. cap. 20. ubi ſic dicitur, *Quamvis pene ubique cuſtodiatur, ut abſque Epiſcopo Chriſma nemo conficiat; tamen, quia in aliquibus locis, vel provinciis presbyteri dicuntur Chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium niſi Epiſcopum Chriſma conficere.*

In quo canone primùm expendo illa verba: *pene ubique cuſtodiatur.* Ergo non videtur ſimpliciter neceſſarium quod Chriſma conficiatur ab Epiſcopo. Deinde expendo illa verba: *placuit ex hac die*, ubi non dicitur eſſe irritam, & inanem benedictionem presbyteri, ſed ſolùm cavetur in poſterū, ne deinceps Chriſma benedicatur ab alio, quàm ab Epiſcopo. Ergo valebat Chriſma benedictum à presbytero. Rurſus eadem verba indicare videntur non inſtitutionem divinam; ſed prohibitionem Eccleſiaſticam. Denique in eodem canone infra additur, Epiſcopū quandocumque poſſe conficere Chriſma, & ut presbyteri ſine conſenſu Epiſcopi nihil agere præſumant: quo indicatur poſſe Chriſma conficere conſentiente Epiſcopo.

Huic argumento duæ poſſunt adhiberi ſolutiones. Prima eſt, ibi factum narrari, quod ex imperitia fiebat à Presbyteris nonnullis, quem abuſum vult corrigere Concilium; & quamvis non dicat fuiſſe irritā & inanem eam conſecrationem, attamen ſatis colligitur ex ſubjecta materia, maximè cùm Concilium non faciat mentionem alicujus diſpenſationis, ex qua ibi presbyteri Chriſma conficerent, aut ſi ea argumentatio valeret aliquid, valde abſurdam ſententiam tribueremus Concilio, ſcilicet, etjam ſine delegatione, ſed ordinariâ poteſtate poſſe ſimplicem ſacerdotem Chriſma conficere.

unde abuſus fuit quorundam presbyterorum Paleſtinorum

qui conc. Tol reprehenduntur, quòd cum ab Epiſcopis pendeāt in ſuis muneribus. Chriſma benedicerent.

Quod autem ſtatim additur, *Sine conſenſu Epiſcopi nihil penitus presbyteri facere præſumant*; ideo dicitur, quia etiam in his, quæ muneris presbyterorū ſunt, pendent ab Epiſcopo; quare non eſt neceſſè, ut ea verba ad Chriſmatis confectionem reſtringantur.

non quidē confirmationis ſed baptizatorum, ut ungerentur in vertice,

Secunda ſolutio, quæque mihi videtur verior, & conformior canoni Toletano, aſſerit, in illo canone non eſſe ſermonem de confectione Chriſmatis ad confirmationem, ſed ad ungendum in vertice eos, qui Baptizati jam ſunt. Quam conſuetudinem primus inſtituit Sylveſter Papa, ut teſtatur Damaſus in Pontificali in vita Sylveſtri, & referunt Fortunatus lib. 1. de Eccleſiaſticis officijs cap. 27. Strabo lib. de rebus Eccleſiæ cap. 16. Rabanus lib. 1. inſtitutionis Clericorum cap. 28. Rupertus lib. 5. de divinis Officijs cap. 16. Quare non rectè ejus unctionis Baptizatorum initium Clementi Romano tribuitur; hic enim de unctione olei Cathecumenorum loquitur, quæ diverſa unctio eſt.

ex inſtitut. Sylveſtri Papæ,

non Clem. Rom. qui tantùm de oleo cathecumenorum loquitur,

In ordine ad hunc effectum nonnulli presbyteri in Hiſpania Territorij Palentini, qui Epiſcopo proprio carebant, benedicebant Chriſma contra communē, & receptam Eccleſiæ conſuetudinem, & legem perpetuò ſervatam, ut ab Epiſcopo Chriſma parochi quotannis acciperent. Id quidem ſatis indicat canon Toletanus ibi; *Per Diœceſim deſtinari, ita ut de ſingulis Eccleſiis ad Epiſcopū ante diem Paſcha Diaconi deſtinentur, aut Subdiaconi, ut confectum Chriſma ab Epiſcopo deſtinatum ad diem Paſchæ, poſſit occurrere.*

quod ex recepta eccleſ. conſuetud. quotannis circa paſcha recipere ab Epiſcop. debebant parochi,

Sed apertiſſimè hæc conſtant ex Epiſt. Montani Archiepiſcopi Toletani, qui Concilio Toletano 2. præfuit, qua Loayſa auxit Concilium Toletanum 2. ubi in primis de presbyteris Palentini Territorij iſta dicuntur: *Nova namque præſumptio præſidentium vobis presbyterorum noſtrorum pulſavit auditum, ſi tamen nova tantum, & non deteſtabilis dici poſſit, quæ ab initio fidei Catholicæ numquam præter nunc ſurrepſiſſe probatur, ut quod per manus ſummi Pontificis Trina divinitatis invocatione ſanctificari conſuevit, presbyteri ignari diſciplinæ conficere ſibi Chriſma præſumant. Si hæc ignaviæ eſt, tam demens ſacerdos eſſe non debuit. ſi præſumptionis eſt, hunc ſchiſmatis unum eſſe quis neſciat qui inauditam rem, & religioni contrariam ſeneſcente jam mundo talis temerator indicat.* Et infra: *An forſan Sanctorum Patrum regulas & conſtitutiones Synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur Parochenſes presbyteri, non per viliores perſonas, ſed aut per ſemetipſos, aut per Rectores ſacrariorum annuis vicibus Chriſma à præſidente ſibi Epiſcopo petant? Credo quod qui petere iuſſerunt, poteſtatem conſecrandi penitus abſtulerunt. Providerit ergo charitas veſtra, nec poſt huius humilitatis noſtræ interdictum, donec conſuetus vobis a Domino præparetur antiſtes, quiſquam vetita iterare præſumat.* Et paulò infra: *Sane ſi Dominus voluerit, ac tempus Paſchalis feſtivitatis advenerit, ſi vobis ad petendum impoſſibile eſt, datis litteris veſtris indicare debebitis, & nos ſacri huius liquoris ultro poterimus tranſmittere gratiam, dum non præſumatur illicita.*

alioquin ignaviæ aut præſumptionis arguendi,

vocatur ſacer liquor,

Et idem Montanus in Epiſt. ad Turibium, ut credo, Aſturicenſem, & Palentinum Epiſcopum hæc habet: *Quæ ex Palentino conventu ad nos pervenit, celſitudini tuæ indicare curabo.* Et ſtatim: *Presbyteri*

byteri

byteri quidam auſu temerario res ſacras non tam conſecrare, quàm violare præſumunt, & unctiis ab initio fidei Catholicæ ſeculis inuſitatis ſummis ſui ordinis hominibus, niſi tantum Pontificibus, debitum ius conſecrationis Chriſmatis, neſcio quo typo, an dementia dicant, indubitanter aſſumunt. Quod quàm ſacrilegum ſit, peſſimam conſcientiam tuam latere non dubito.

qui nec in ordine ad bapt. potuit umquã à ſimplici ſacerdote benedici

Ex quibus Montani locis liquidò conſtat in primis benedictionem Chriſmatis etiam ad Baptiſmum Epiſcopis reſervatam per antiquas Eccleſiaſticas regulas, & ita ad Epiſcopum pertinere, ut numquam aliud viſum in Eccleſia fuerit.

niſi irritè & inaniter

Deinde conſtat irritam fuiſſe, & inanem eam benedictionem, quam presbyteri præſumebant; id enim multa verba Montani jam poſita demonſtrant.

ut fiebat à presbyt. Palentinis ſolis;

Denique conſtat illorum tantum presbyterorum Territorij Palentini abuſum fuiſſe, & ideo dixiſſe concilium: *pene ubique cuſtodiri*, quia in illa Palentina diœceſi non cuſtodiebatur.

non quidẽ in ordine ad confirm. ſed baptiſmum,

Tandem conſtat illos presbyteros non conſecrare Chriſma in ordine ad confirmationem, ſed ad Baptiſmum tantùm, id enim patet ex antiqua lege, quã adducit Montanus de petendo ſingulis annis Chriſmate ab Epiſcopo. Certum enim eſt non dari ſingulis annis Chriſma presbyteris ad confirmationem, ſed ad Baptiſmum.

nec enim dabatur parochis ád confirm. quotannis

decipi autẽ potuerunt ex hoc, quod chriſmatio bapt

Potuerunt autem presbyteri forſan eam conſecrationem præſumere, eo inducti, quod ille chriſmatis uſus in Baptiſmo Sylveſtri tantum conſtitutione introductus ſit; unde & potuit ejus benedictio in ordine ad eum uſum tantùm presbyteris quoque concedi.

eſſet à Sylveſt. tantũ,

ſed non advertebant quod neque olim liceret baptizatos chriſmare ſimplici ſacerdoti ſine conſenſu Epiſcopi præſentis,

Sed his adde neque Chriſmare in vertice Baptizatos licuiſſe presbyteris ſine cõſenſu Epiſcopi, ut teſtari videtur Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, parte 7. cap. 3. & indicat S. Leo Epiſt. 86. aliàs 88. & in iſto canone Toletano indicatur; eò enim videtur reſpicere illud, *ut ſine conſenſu Epiſcopi nihil agant presbyteri*, quod explicans ſubdit, *ſtatutum enim eſt Diaconum non Chriſmare, ſed presbyterum abſente Epiſcopo; præſente verò, non niſi ab eo fuerit præceptum.*

6

Secundò opponitur Sylveſter, qui, ut refert in ejus vita Damaſus, conſtituit chriſma ab Epiſcopo confici. Ergò ſignum eſt, hanc chriſmatis conſecrationem ab Epiſcopo fieri, ex Eccleſiaſtica conſtitutione deſcendere, atque adeo non eſſe neceſſarium in chriſmate, quandoquidem à Sylveſtro conſtitutum videtur ut ſolus Epiſcopus conficiat. Sed reſpondetur in primis conſecrationem chriſmatis non poſſe à Sylveſtro originem ducere, cùm ejus mentio facta ſit à Fabiano, & Vrbano, & Dionyſio, & Clemente Romano, qui multis ſæculis Sylveſtrum præceſſerunt, ut oſtenſum eſt. Dicendum ergo eſt Sylveſtrum ſuo decreto non tribuere Epiſcopis novum aliquod privilegium, ſed quod illis ex divina inſtitutione competebat, novâ conſtitutione communire

nec benedictio hęc ortum habet à Sylveſtro,

ſed hic tantum jus antiquum cõmuniſit cõtra prę̃ſumptores.

adverſus novam presbyterorum quorundam præſumptionem, ut ſæpè fit.

Tertiò opponitur Hieronymus in Epiſtol. ad Ruſticū Narbonenſem, de ſeptem gradibus Eccleſiæ, ubi apertè aſſerit hanc conſecrandi Chriſmatis poteſtatem eſſe etiam penes presbyterum, & non penes ſolum Epiſcopum; idque probat Hieronymus, tum eâ ratione, qua poſtea uſus eſt Caietanus; tum etiam ex multarum Eccleſiarum conſuetudine. Verba Hieronymi in citata Epiſtola, cum de ſexto gradu Eccleſiæ, qui ſacerdotum eſt, ſermonem facit, hæc ſunt; *Denique Chriſmatis ea ratio eſt, atque hic ordo legitimus conſecrandi. Baptizatum Dominum, & in ſimilitudine columbæ in ſpecie Chriſmatis à Patre unctum fuiſſe, manifeſtum eſt, ac plenitudo Sacramenti corpus eius, & ſanguis oſtenſus, quæ, cùm offerre licet, etiam reliqua, quæ in eo ſunt, conſecrare. Quia in Chriſto omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat. Presbyteri ergò, ſi neceſſe eſt, poſſunt Chriſma conficere, quia in corpore eius Chriſma eſt, & quidem hæc regula etiam nunc ſervatur à plurimis, atque in Eccleſiis multis ſic iſta faciunt.*

In quibus verbis apertè extat & ratio, & ſententia Caietani.

D. Hieronymus non eſt auctor epiſtolæ ſibi aſcriptæ ad Ruſticum Narb. cum ibi doceatur aliena à fide, & alia periculoſa,

Sed reſpōdetur in primis eam epiſtolam non eſſe Hieronymi, & omnes ferè recētiores notant. Deinde dico auctorem illius planè aliena à fide ſentire, cum æqualis in poteſtate faciat presbyteros, & Epiſcopos. Vnde & aſſerit omnia Sacramenta à Sacerdote miniſtrari, & confici poſſe. Quæ ſententia ſine periculo fidei ſuſtineri non poteſt. Ex quo errore non eſt mirum derivatum alium de conſecratione Chriſmatis à presbytero.

& conſuetudo ibi aſſignata corruptela dicenda eſt.

Quod autem affertur de aliarum Eccleſiarum uſu, conſuetudo non eſt, ſed corruptela, quare de ea nihil curandum eſt. An autem ex Hieronymi ſenſu dicendum ſit Epiſcopatus gradum ſola Eccleſiaſtica conſtitutione introductum eſſe, alio loco dictum eſt.

Quartò denique opponitur, quia miniſter ordinarius Confirmationis eſt Epiſcopus; & hoc non obſtante ſimplex Sacerdos poteſt eſſe miniſter ex commiſſione, ut ſuo loco dicetur. Ergò etiam benedictionis Chriſmatis erit Epiſcopus ordinarius miniſter, ex commiſſione verò Sacerdos, cum hoc minus eſſe videatur, quàm illud prius. 8

nec bene infertur ex hoc, quod ſimplex ſacer. poſſit ex cōmiſſione confirmare, etiam poſſit chriſ. conſecrare; primū enim habemus ex dictis & factis Pont. non aliud.

Reſpondetur tamen conceſſo antecedenti negandam eſſe conſequentiam, quia in his rebus non valet argumentum ab uno ad aliud; & fundamentum habemus ad aſſerendum Sacerdotē eſſe poſſe miniſtrum Confirmationis ex commiſſione in facto Summorum Pontificum, & Conciliorum decretis: at verò ad aſſerendum miniſtrum conſecrationis Sacerdotem eſſe poſſe, etiam ex cōmiſſione, nullum omnino fundamentum habemus.

Vnde, ut dictum eſt, Gregorius XIII. conceſſit presbyteris apud Indos, ut miniſtrarent Sacramentum Confirmationis, in Chriſmate tamen ab Epiſcopo bene-

benedicto, & non aliter: Et Eugenius I V. in citato decreto diverſimode loquitur de uno, & de altero.

Ex his obiter colligitur, qua ratione intelligendi ſint quidam Pontifices in cap. *Noviſſimè*, & in cap. *De his verò, de conſec. diſtinct.* 5. Qui ſentiunt irritum, nullum, & inane eſſe Sacramentum Confirmationis, ſi à presbyteris conficiatur. Sic enim intelligo, *ſi presbyteri conficiant*, id eſt, conſecrent Chriſma, & conferant. Conficere enim Chriſma ſpectat ad Epiſcopos, qua eadem phraſi loquendi Græcè idem ſignificat Dionyſius cap. 4 ſæpè cit.

Vnde quidam PP. cōfirmationē â ſimp. ſac. factam nullam eſſe ſcilicet chriſmate ab ipſis benedicto,

10 Sed quæret aliquis: *quam certa ſit hæc communis ſententia?*

hæc autem ſent. non tantùm eſt probabilis aut conformior decretis, ſed adeo certa ut oppoſita ſit omnino improbabilis,

Plerique tantùm eam probabilem judicant. Suarez dicit eam conformiorem eſſe decretis Pontificum, & Conciliorum.

Ego quidem omnibus conſideratis communem ſententiam adeò certam exiſtimo, ut oppoſitam, ſi non temerariam, at omni probabilitate deſtitutam cenſeam. Quia, quamvis quatuor, vel quinque Doctores eam aſſeruerint; at, ſi fundamentum attendas, penes quod opinionum probabilitas conſiderari debet, nullum eſt oppoſitæ ſententiæ fundamentum idoneum, ut ex dictis conſtat.

probabilitas enim debet attendi ex fundamentis.

11 Verùm, cùm conſtet jam Epiſcopi benedictionem requiri in Chriſmate ex inſtitutione divina, illud explicandum eſt; *qualis benedictio iure divino requiratur?*

forma certa tamen benedict. non eſt divini juris,

In quo breviter ſtatuo, non eſſe de jure divino hanc, vel illā formam conſecrationis Chriſmatis in particulari. Quod manifeſtū eſt ex eo, quod non omninò eædē orationes recitentur modo pro benedictione Chriſmatis in Pontificali Romano, cum illis quę extāt in antiquo Ordine Romano; neque in Eccleſia Græca eædem orationes dicantur atque in Latina.

cum nunc non ſit eadem quæ olim: non apud Latin quæ apud Græcos,

Quare dico ex inſtitutione divina ſolùm requiri, ut per invocationem Spiritus Sancti benedicatur Chriſma; Eccleſiæ autem relictum eſſe, ut formam benedictionis determinet. Favent Sancti Patres, qui cum de conſecratione Chriſmatis loquuntur locis ſupra citatis, appellant illud benedictum, *per Spiritûs Sancti invocationem*. Sic videntur ſentire Soto, Suarez, Sylvius, Ægidius, & Faber locis cit. & alij. Quod explicari poteſt exemplo matrimonij, in quo Sacramento requirit Chriſtus Eccleſiæ determinandum, quis ſit legitimus contractus matrimonij.

ſed tantum invocatio S. Sp. reliqua Eccleſiæ determinationi relicta,

12 Ex quo fit, in benedictione Chriſmatis Spiritus Sancti invocationem eſſentialem eſſe; alios verò ritus Eccleſiæ eſſe neceſſarios ex præcepto, non verò neceſſitate conſecrationis. Vnde, ſi quis cum invocatione Spiritus Sancti, & Olei, & Balſami cōmixtione conſecraret Chriſma, peccaret quidem, at validè conſecraret, ut docent Ægidius, & Faber locis cit. Nec enim probabile eſt velle Eccleſiam omnes eos ritus eſſentiales eſſe; aliàs, ſi aliquis ritus omitteretur, quod facilè in tam multis cæremonijs evenire

prius eſt eſſentiale alia accidentalia,

unde qui prius omitteret, invalidè benediceret: qui alios ritus illicitè,

evenire poteſt, nulla eſſet benedictio Chriſmatis, quod inconveniens videtur.

nec ſignum crucis in benedict. illa eſt eſſentiale, ſed præcepti.

Quare nec ſignum Crucis in ea benedictione adhibetur, ex neceſſitate benedictionis, ſed præcepti Eccleſiaſtici, ut dixit Suarez loco cit. verſiculo, *Reſtat verò ulteriùs declarandum*, in fine, quem ſequuntur alij.

CAPVT V.

Quæ ſit materia proxima Sacramenti Confirmationis.

SVMMARIVM.

Sacramentum Confirmationis non eſſe permanens contra Græcos, nu. 1.
Explicatur Cyrilli auctoritas, nu. 2.
Vnctionem eſſe materiam proximam, num. 3.
Debere eſſe in forma Crucis, neceſſitate Sacramenti, num. 4.
Eodem modo neceſſarium eſſe, ut fiat in fronte, num. 5.
Vngi etiam alias partes corporis iuxta Eccleſiarum ritus diverſos, nu. 6.
Eſſentiale eſſe, ut fiat unctio manu Epiſcopi immediatè, num. 7.
Non eſſe eſſentiale quod fiat pollice dextero, num. 8.

1 Benedict. eſſe formā ſacramenti, fundamentum erroris græcorum

HAc in parte nonnulli ex Græcis valde in modo loquendi à veritate diſceſſerunt. Nam quidam exiſtimantes formam Sacramenti confirmationis eſſe orationes, & preces, quæ ſupra unguentū dicuntur ab Epiſcopo, conſequenter dixerunt, ipſum Chriſma, & unguentum eſſe Confirmationis Sacramentū, ſicut de Sacramento Euchariſtiæ philoſophamur. Sic Gabriel Philadelphienſis in ſuo tractatu de Sacramentis, & Nicolaus Cabaſilas in lib. de expoſitione Liturgiæ, cap. 19. Marcus Epheſius in quodam opuſculo. quod etiam nonnulli ex antiquioribus Scholaſticis inſinuarunt.

quod eſſe unguentum ſolum aſſerebant,

Sed planè iſti Græci decepti ſunt; nam Sacramentum Confirmationis non eſt Sacramentū permanens, ſed conſiſtit in uſu, ſicut Baptiſmus; quare Sacramentum eſt non quando conſecratur Chriſma, ſed quando cōfertur, & applicatur. Hoc enim diſcrimen eſt inter Euchariſtiam, & alia Sacramenta, quod in Euchariſtia ipſe ſanctitatis Auctor ſit ante effectum Sacramenti, & uſum illius; eſt enim non ſolum Sacramentum, ſed etiam ſacrificium: at verò alia Sacramenta tunc primùm habent vim ſanctificandi, cum quis illis utitur.

ſed decepti ſunt: cum in uſu conſtat, ſicut baps. non in re permanente ut Euchariſtia, quæ eſt ante effectum ſuum & ſimul eſt ſacrificium

Quare unguentum à Pontifice conſecratum tantùm eſt materia remota Sacramenti, non verò ipſum Sacramentum.

2 Neque obſtat auctoritas Cyrilli Hieroſo. Catecheſi 3. ubi inquit: *Quemadmodum panis Euchariſtiæ, poſt Spiritus Sancti invocationem, amplius non eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti; ſic ſacrum hoc unguentum, non amplius eſt unguentum nudum, neque commune, poſtquā iam conſecratum eſt, at eſt Chriſma*, vel, ut alij legunt, *Chriſma Chriſti, quod adventu Spiritus ſancti efficaciā habet per ipſius divinitatem, quo frons, ut alij ſenſus tui, ſymbolicè inunguntur.* Hoc inquam non obſtat, neque inde colligendum eſt hoc unguen-

unguentum per ſolam conſecrationem ſine applicatione ad ſubjectum eſſe verum, & abſolutum Sacramentum.

habent verò in hoc ſimilitudinē panis Euchariſt. & Chriſma, quod utrūque ſine cōſec. nihil ſit ſacrum, hoc aut. ut ſit ſacram. requirit applicationem mat. proxim.

Nam ſimilitudo Cyrilli in eo conſiſtit, quod quemadmodum panis ſine conſecratione non eſt corpus Chriſti. Ita etiam unguentum ſine conſecratione non eſt aptum ad Sacramentum, ſed eſt nudū & ſimplex unguentum. At verò ad hoc ut ſit Sacramentum, non ſatis eſt quod ſit conſecratum, & præparatum, ſed omnino ſubjectæ materiæ accommodari & applicari debet; & ideo Sanctus Cyrillus addidit. *Quo frons, & alij ſenſus tui ſymbolicè inunguntur,*

3 quæ eſt unctio.

Eſt ergo vera, & communis ſententia Doctorum omnium unctionem cum Chriſmate eſſe materiam proximam hujus Sacramenti. Quæ concluſio indubitata eſt. Nam primò à Patribus hoc Sacramentum ſæpe appellatur *Unctio*, ut jam ſupra multis teſtimonijs oſtendimus.

ut in aliis ſacram. eſt applicatio mat. rem.

Deinde idem convincitur inductione in alijs Sacramentis, quæ conſiſtunt in uſu, in quibus materia proxima eſt applicatio materiæ remotæ, ut conſtat in baptiſmo.

quia illa ut in alijs ſignificatur per formam & proximè fit & ſignificatur eff. ſacramenti per illas, & quis?

Et tandem, quia illa eſt materia proxima Sacramenti, in quam forma cadit, ſive quæ ſignificatur per formam, & per quam proximè fit, & ſignificatur effectus Sacramenti. Sed hæc omnia conveniunt unctioni, nam ea ſignificatur per verba formæ, *Chriſmo te Chriſmate ſalutis*; & ea etiam ſignificatur effectus Sacramenti, ſcilicet, unctio per Spiritum Sanctum, ad robur animæ; *Caro enim ungitur* inquit Tertullianus, *ut anima conſecretur; caro ſignatur, ut anima ſpiritu illuminetur.*

4 debet aut. hic fieri in forma crucis eſſentialiter,

Secunda pars communis & veræ ſententiæ eſt, unctionem, quæ eſt materia proxima, debere fieri in forma Crucis neceſſitate Sacramenti. Quæ eſt communis Doctorum omnium concluſio, ita ut non ſit opus eos enumerare. Et probatur imprimis neceſſariam eſſe impreſſionem Crucis in hoc Sacramento, tum ex ipſa veritate formæ, *ſigno te ſigno Crucis*; unde ſacramentum hoc appellatum eſt, *ſignaculum*, ſive *ſigillum Dominicum*, quo baptizatus ab Epiſcopo obſignatur, ut dixi parte prima c. 1.

cum hoc forma ſignificet: unde vocatur ſignaculum ſive ſigillum dominicum,

Quod autem hoc ſignum Crucis imprimatur ipſa unctione, & non actione alia diſtincta conſtat ex eiſdem Patribus qui unguento ſignari in hoc ſacramento baptizatos dicunt. Dionyſius cap. 2. de Eccleſiaſt. Hierar. cap. 2. p. 2. unguento à Pontifice ſignari dicit. Innocentius 1. Epiſt. 1. cap. 3. ſcribit frontem chriſmate ab Epiſcopo ſignari. Sanctus Gregor. lib. 3. Epiſt. 9. Presbyteris prohibet, ne infantes in fronte chriſmate ſignent. Et Conſtantinus Imperator in ſuo edicto diſſertè ſcribit ſanctum Sylveſtrum liniviſſe in ejus fronte vexillum ſanctæ Crucis. Et Ambroſius lib. 9. de ſacramentis, cap. 2. *Unxit inquit, te Deus; ſignavit te Chriſtus. Quomodo? Quia Crucis ipſius ſignatus es forma, ad*

& vexillū crucis quo Conſtant. Imp. à S. Sylveſt. in fronte lenitus dicitur.

ma, ad illius paſſionem accepiſti ſignaculū ad illius ſimilitudinē. Prudētius in Pſycomachia, *poſt inſcripta oleo frontis ſignacula.* Cyrillus Catecheſi 4. *Impinguavit enim caput in fronte per ſignaculum Dei.* Gregorius Turonenſ. lib. 2. de geſtis Francorum, c. 31. *Clodoveus*, inquit, *delibutus eſt ſacro chriſmate cum ſignaculo crucis.* Quod etiam maniſeſtè conſtat ex Pontificali Romano.

ita fieri debere conſtat traditione,

Quare traditione Eccleſiaſtica videtur derivatum unctionem illam in forma Crucis fieri debere, cujus virtute robur nobis infunditur ad debellandos inimicos Crucis Chriſti.

5 Sed quæres. *cui parti corporis applicanda ſit unctio Chriſmatis de neceſſitate ſacramenti?*

fieri in qualibet parte corporis poſſe,

Nonnulli exiſtimant ungendam eſſe frontem ex præcepto Eccleſiæ, non tamen eſſentiale eſſe, ut frons ungatur, ſed valere ſacramentum confirmationis, etiam ſi alia pars ungatur & non frons. Sic Ledeſma in hac quæſt. art. 9. Victoria in ſumma de ſacramentis quæſt. 18.

ſent. eſt plùs quam temeraria,

Hæc tamen ſententia eſt omnino falſa, & pluſquam temeraria: oppoſitum enim omnino certum exiſtimo, & forte de fide, ſcilicet unctionem neceſſariò neceſſitate ſacramenti debere fieri in fronte. Quod clarè docent teſtimonia paulò ſuperius adducta, quibus etiam adde Damaſum, Innocentium I. Leonem I. Ioannem III. Innocentium III. *in cap. unico de ſacra unctione.* Concilium Hiſpalenſe 2. Florentinum in decreto Eugenij. Tertullianum lib. de præſcriptionibus cap. 40. Cyprianum in ſermone de unctione chriſmatis. Auguſtinum in Pſal. 141 in illa verba, *In via hac, qua ambulabam.*

debet enim fieri in frōte eſſentialiter, patet ex Conc. & PP.

idque quia frons verecundiæ ſedes ne crucem erubeſcamus.

Rationem reddit Florentinum in citato decreto; quia frons verecundiæ ſedes eſt; imprimiturque in ea Crucis ſignum, ut non erubeſcamus Crucem.

Deinde dico, quamvis ſit eſſentiale, ut ea unctio fiat in fronte, ita ut ſi in ea non fiat, nullum ſit ſacramentum confirmationis; at non eſt eſſentiale, ut fiat in ſola fronte, ſed poſſunt etiam ungi chriſmate aliæ partes, & ſenſus corporis juxta diverſas Eccleſiarum conſuetudines. 6

poſſent tamen aliæ partes ungi cum fronte licitè ubi eſſet conſuetudo,

Hæc pars conſtat maniſeſtè ex recepta conſuetudine Eccleſiæ Græcæ à primis temporibus, & approbata ab Eccleſia, juxta quam non ſolum frons baptizati, ſed & aliæ partes corporis inunguntur, cum hoc ſacramentum miniſtratur. Id convincitur 1. ex Concilio 2. generali quod eſt Conſtantinopol. 1. can. 7. ubi ſtatutum eſt quoſdam hæreticos à certis quibuſdam hæreſibus ad Eccleſiam redeuntes recipiendos & obſignandos ſancto chriſmate in fronte, oculis, naribus & ore, & auribus. In quibus verbis planè de ſacramento confirmationis ſermo eſt.

qualis eſt in Eccleſia Græca,

ubi hæretici reconciliantur per confirmationem.

Qui modus eos hæreticos recipiendi, & reconciliandi per confirmationem, multis alijs Canonibus decretus eſt, ut dixi ſupra part. 1. quia per ea ſacramenta reconciliabantur, quæ ab illis

ubi eam ab recipiunt

illis

illis ommiſſa erat.

Et eaſdē prorſus partes ungendas, quas expreſſit Concilium, recenſet etiam antiquiſſimum Euchologion Patriarchale manuſcriptum. Similiter Cyrillus Hieroſolymitanus qui fuit unus ex Patribus ejus Concilij generalis, & ſe ſubſcripſit, agens de hoc ſacramento, Catecheſi 3. inquit primùm hoc unguento ſymbolicè ungi frontem, & alios ſenſus corporis, & deinde multas partes ungendas enumerat hiſce verbis: *primùm frons illinitur, ut eum abſtergat à nobis pudorem, quem quem primus homo transgreſſor perpetuò circumferebat, ſimul que efficiat ut poſſimus vultu non velato gloriam Dei intueri. Deinde verò aures unguntur, ut ad audiendum divina myſteria aures accipiamus, de quibus dicebat Eſaias, Addidit mihi Dominus aures ad audiendum, & Dominus in Evangelio, qui habet aures audiendi audiat. Poſtea nares, ut divinum recipientes unguentum dicamus, Chriſti gratus odor ſumus in ijs, qui ſalvantur. Tum vero & pectus inungitur, ut induti thoracem iuſtitiæ fortiter adverſus inſultus diaboli conſiſtatis.* Hæc Cyrillus.

Cyril. Hier interfuit Conc. conſt.

Idque in diverſis corporis partibus,

hic his, alibi illis,

Ex quibus colligitur varietatem eſſe apud ipſos Græcos circa partes ungendas chriſmate in hoc ſacramento. Nam Concilium 2. generale, & vetuſtiſſimū Euchologion recenſent frontem, oculos os, & aures; Cyrillus frontem aures, nares, & pectus: Euchologia verò typis excuſſa, quibus modò paſſim utuntur Græci, frontem, oculos nares, os, aures pectus, manus, & pedes. Contra quam conſuetudinem Græcorum nihil hactenus illis oppoſuit Eccleſia Latina; cum tamen in multis alijs rationem facti quæſiverit, ut conſtat ex Concilio Florentino.

(Cui Eccleſia latina ſe nunquam oppoſuit, ut ſubinde in alijs multis)

Et hoc quidem magno argumento eſt unctionem frontis eſſentialem eſſe, ſiquidem omnes tam Græci, quā Latini in ea unctione conveniunt, & de ea, ſicut de alijs eſſentialibus loquuntur: Reliquas autem corporis partes ungere non eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed ſolùm præcepti juxta Eccleſiæ unius-cujuſque morem.

ubique tamen in fronte,

Græci etenim, quemadmodū in ſacro fonte batizādos in aquā totos immergunt, ita etiam in confirmatione diverſas corporis partes inungunt, toties repetitâ formâ; qui tamen actus ex multis particularibus collectus moraliter loquendo unus cenſendus, quamvis in prima unctione frontis ſacramentum confirmationis perfici, & effectum ſortiri indubitatum eſſe debeat.

multæ autem inunguntur confer mitter ad bapt. in quo totum corpus aquis immergūt, & quamvis ad ſingulas unct. formā repetant omnes, tamen moraliter unum actum conflant.

Tertiò dico. Valde probabile eſt eſſentiale eſſe, ut ea unctio fiat immediatè manu Epiſcopi, vel confirmantis idonei, & non pennâ, vel aliquo inſtrumento. Sic opinatur Suarez ſect 3 circ propè finem, quem ſequuntur Ægid, dub. 1. cita. num. 54. Sylvius a. 4. prope finem, Peſantius diſp. 2. in fine, Petigianus in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 6. in fine, Laiman tracta. 3. cit. cap. 2. in fine, Bonacina diſp. 3. cit. quæſt. unica puncto 3. num. 4. Filiutius tract. 3. cap. 1. quæſt. 7. Reginaldus lib. 28. cit. cap. 2. num. 10.

in unct. tamen frontis perficitur ſacram & eff. datur. debet fieri manu confirmantis immediatè, ut detur validè.

K Cujus

Cujus ratio deſumitur, tum ex praxi Eccleſię in Pontificali Romano aſſignato; tum etiam, quia, ut dicam cap. ſequenti, unctio nunc eſt impoſitio manuum, quæ in hoc Sacramento confirmationis adhibetur; non autem eſſet manus impoſitio, ſi medio aliquo inſtrumento ungeret Epiſcopus.

patet ex praxi. & quia Alioqui nō eſſet impoſitio manus

Videtur diſſentire ab hac opinione Henriquez lib. 2. citato cap. 3. num. 3. ſed ſine ratione aliqua.

8 Denique dico cum citatis Doctoribus, non pertinere ad eſſentiam ſacramenti quod ea unctio fiat pollice dextro, vel ſiniſtro, vel alio digito Epiſcopi: quamvis ſit de neceſſitate præcepti propter praxim in Pontificali Romano ſervatam.

non tamen pollice

quamvis ex præcepto.

CAPVT VI.

An manuum impoſitio ſit eſſentialis materia proxima confirmationis diverſa ab unctione.

SVMMARIVM.

Proponitur difficultas, de qua agendum eſt, & ratio dubitandi, nu. 1.

Quamvis Apoſtoli eſſent uſi Chriſmate, non ſequi, unctionem non eſſe materiam proximam eſſentialem confirmationis, nu. 2.

Quidam docent Apoſtolos nunquam uſos chriſmate, nu. 3.

Alios ſemper uſos chriſmate affirmant, nu. 4.

Apoſtolos aliquando uſos chriſmate, & aliquando, non verior ſententia, num. 5.

Quorundam probationes rejiciuntur, num. 6. 7. & 8.

Legitima probatio veræ ſententiæ, num. 9.

Quorundam ſolutio refellitur, nu. 10. & 11.

Proponuntur quatuor objectiones contra veram ſententiam, num. 12. 13 14. 15.

Illis objectionibus fit ſatis, num. 16. 17. 18. 19.

Colliguntur nonnulla ex dictis, n. 20.

VNctionem eſſe eſſentialem materiam proximam confirmationis, ſatis conſtat ex dictis capite præced. ſolùm ergò quærimus an ea ſola ſit eſſentialis materia? an ſimul requiratur manus impoſitio, tamquam materia proxima? vel potius manus impoſitio ſit idem cum unctione? 1

In qua re ſolùm difficultatem ingerit factum Apoſtolorum. In Actis cap. 8. & 19. Legimus Apoſtolos tradidiſſe Spiritum, & hoc Sacramentum manus impoſitione, nullâ mentione factâ unctionis, vel Chriſmatis; ex quo videtur effici unum de duobus, vel ſolam unctionem non eſſe eſſentialem materiam proximam hujus Sacramenti, ſed etiam manus impoſitionem, & eſſe quid diverſum ab unctione; vel efficitur omnino non eſſe materiam neceſſariam Sacramenti; quandoquidem ſine unctione ab Apoſtolis miniſtratum ſit.

Apoſtoli tradiderunt Sp. S. & hoc ſacrament, impoſitione manuum,

Quæ difficultas petit, ut explicemus factum Apoſtolorum, cujus explicationem in hunc locum diſtulimus. *An ſcilicet Apoſtoli in con-*

in confirmandis baptizatis uſi fuerint chriſmate, vel ſola manus impoſitione.

2 Et in primis certum ſit, etiã ſi demus Apoſtolos non fuiſſe uſos chriſmatis unctione, ex eo facto nihil colligi contra id quod cap. præced. ſtatutum eſt; ſcilicet, unctionem eſſe materiam proximam eſſentialem. Nam ſi Apoſtoli non confirmarint media unctione, ſed ſola manuum impoſitione, id fecerunt ex ſpeciali privilegio à Chriſto illis conceſſo, quod nulli alteri conceſſum eſt.

ex quo non rectè colligitur unctionem nõ eſſe neceſſariam; forte enim habuerunt ſpeciale privilegium,

Vnde conſequenter dicendum erit Apoſtolos, quando ita confirmabant, non miniſtraſſe ſacramentum cõfirmationis, cuius ratio ſine debita materia, & forma conſiſtere non poteſt, ſed excellentiori modo contuliſſe Spiritum Sanctum. Sic docent Doctores, quos infra referemus pro prima, & tertia ſententia. Examinemus igitur, quid revera Apoſtoli fecerint.

& ſi ſine unctione, non dabant ſacram. confirmationis; ſed excellenti modo Sp.S.

3 In quo ſunt tres ſententiæ. Prima ſententia eſt extrema, quæ dicit Apoſtolos nunquam uſos fuiſſe chriſmate in confirmatione, ſed ſola manus impoſitione dediſſe viſibiliter Spiritum Sanctum, & confirmaſſe. Sic ſentit Alenſis 4. part. quæſt. 9. memb. 2. eorum verò ſucceſſores confirmaſſe, vocari autem illam impoſitionem manuum confirmationem, quia fuit exemplũ confirmationis, quantùm ad effectum, & actum in generali, quod debeat ab Epiſcopo miniſtrari, non verò quantùm ad modum, Ricard. in 4. diſtinct. 7. artic. 1. quæſt. 1. ad 2 & Apoſtolos ſucceſſoribus modum confirmandi cum chriſmate ex inſtitutione Chriſti tradidiſſe, & dicit confirmaſſe ſine unctione ſola manus impoſitione.

quod ſine unctione, docet. ſent. vocari tamen illum actum confirmationẽ propter effect. & quia erat exemplum confirm.

Inclinare videtur Scotus eadẽ diſt. quæſt. 1. ad 1. ubi Apoſtolos dicit non fuiſſe uſos chriſmate, ſed impoſitione manuum, & fortaſſe id toto tempore Apoſtolorum duraſſe. Sequitur Petigianus eadem diſt. quæſt. 1. art. 1. Gabriel in 4. eadem diſt. quæſt. unica art. 1. ſub dubio relinquit an Apoſtoli aliquando uſi fuerint chriſmate? Indicare videtur Toletus in ſumma lib. 2. c tat. cap. 14. num. 3. in fine Fundamenta, quibus hæc ſententia niti poteſt, adducam infra in tertia opinione.

idque duraſſe toto temp. Apoſtolorum.

Secunda ſententia, quæ etiam eſt extrema, docet Apoſtolos ſemper uſos fuiſſe chriſmate & unctione; neque aliquem confirmaſſe ſine chriſmate. Hanc ſententiam ex antiquis videtur tenere Durandus in 4. diſtin. 7. quæſt. 2. in ſolutione primi; ex recentioribus Bellarminus dict. lib. 2 de confirmatione cap. 9. Puteanus in hac quæſt. dub. 3. & 4. Ægidius art. 3. dub. 2. concluſ 2. Laiman dicto tract. 3. cap. 2. num. 5. Alfonſus Salmeron tract. 25. in acta Apoſtolo. in illa verba, *Tunc imponebat manus ſuper illos.* Cornelius in cap. 8. Actorum in eadem verba Indicare videtur Stapletonius Antid. & in Acta c. 8. nu. 19. Hæc ſententia validis in ſpeciem nititur fundamentis, quæ 4

quod ſemper cũ unctione docet 2. ſent.

ſtatim adducam, & opponam contra noſtram ſententiam.

5 aliquando cum, aliquando ſine unct. docet 3. ſent. primum, quãdiu ſigno viſibili dabatur Sp. S. 2. quando hoc deſijt

Tertia ſententia, eaque media, aſſerit Apoſtolos aliquando confirmaſſe ſine chriſmate ſola manus impoſitione; aliquando verò cum chriſmate, & unctione. Quando enim dabatur Spiritus Sanctus ſigno aliquo ſenſibili, vel cum dono ſenſibili linguarnm, conferebant Apoſtoli ſinè unctione; ſecus verò, quando deſijt Spiritus Sanctus dari per ea ſigna viſibilia.

Hanc ſententiam apertè docet D. Thomas in hac q. art. 1. ad 5. & art. 4 ad 1. ſequuntur Thomiſtę Paludanus in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 2. quamvis dubitanter loquatur, inquit tamen uſos Apoſtolos chriſmate, quando confirmabant, vel omiſiſſe ex diſpenſatione, quæ iam ceſſavit, Soto eadem diſt. unica art. 2. Adrianus in 4. de hoc ſacramẽto art. 2. Aureolus eadem diſt. q. 1 art. unico, Baſſolis eadem diſt. q. unica art. 1. Irribarne eadem diſt. diſp. 27. ſect. 1. Suar. diſput. 33. cit. in fine ſectionis quartæ. Eſtius eadem diſt. §. 9. Faber eadẽ diſt. diſp. 27. c. 2. hanc opinionem probabiliorem putat Gamacheus in hac q. c. 3. Sylvius in hac q. ar. 3. circa finem, Bonacina puncto 3. cit. in fine confirmaſſe dicit Apoſtolos cum chriſmate, vel ex diſpenſatione omiſiſſe, Hered. in repet. cit. p. 3. dub. 1. in ſolutione 1. Lorinus in c. 8. Actorum verſu 17.

6 quod primum, unde

Hæc tertia ſententia probari ſolet à nonnullis. 1. Quia in loco cit. Actorum nulla fit mentio unctionis, neque chriſmatis ſed tantùm impoſitionis manuũ. Ergo credendum eſt non adhibitam ab Apoſtolis in illis locis unctionem; tunc enim dabatur Spiritus Sanctus viſibiliter, ut planè colligitur ex Actorum 8. ex adminiſtratione Simonis Magi, & oblatione pecuniæ pro eiuſmodi poteſtate comparanda.

non probatur quod ſcript. non faciat mentionem unctionis.

Hac tamen ratio nullius eſt momenti.

In primis, quia, cum ea, quæ pertinent ad uſum ſacramentorũ ſecretiſſima haberentur, ac ferè ſola voce per manus traderentur; facilè reſponderi poteſt noluiſſe Lucam, neque verbum huius ſacramenti ſcripto prodere; ideoque uſum fuiſſe vocabulo impoſitionis manuum, quæ eſt generalis cœremonia, & ad varios uſus adhiberi ſolita, ut dixi ſuprà. p. precedenti cap. 1. 7

quia olim ſecretiſſima ſervabantur ad uſum ſacramentorum ſpectantia.

impoſitio autem man. in ſcrip. eſt generalis cæremonia, & varij uſus.

Deinde, quia familiare eſt Sacræ Scripturæ res multas coniungi ſolitas, per compendium perſtringere, unâ tãtum expreſſâ. Sic etiam Actorum 8. & 19. dicit Lucas Apoſtolos baptizaſſe in nomine Chriſti, relinquens nobis alias perſonas cointelligendas. Et Actorum 8. ſcribit à Philippo eunuchum baptizatum, cum dixiſſet credo Filium Dei eſſe Ieſum; & tamen non eſt dubitandũ, quin de alijs multis fuerit interrogatus Eunuchus. Quam ſolutionem offert nobis Auguſtinus lib. de fide & operibus, cap. 8. cum præ manibus haberet hunc baptiſmum Eunuchi, & poſt multa concludit: *Si autem Sacra Scriptura tacuit atque intelligendạ omiſit cætera, quæ cum illo ſpadone*

& quia brevitas ſcript. commendata, quæ plura coniungi ſolita unius expreſſione inſinuare ſolet: ſic Apoſtoli baptizaſſe, in nomine Chriſti; ſic Eunuchus credẽs in Ieſum dicitur baptizatus, &c.

done baptizando Philippus egit, atque in eo ait baptizavit eum Philippus, intelligi voluit impleta omni, quæ licet taceantur in Sacra Sciptura gratiâ brevitatis, tamen ſerie traditionis ſcimus implenda: pari modo etiam in eo quod ſcriptum eſt Euangelizaſſe Philippum Spadoni Dominum nullo modo dubitandum eſt, & ea in catechiſmo dictaſſe, quæ ad vitam, mortemque pertinent, eius qui credit in Dominum Ieſum. Hæc Auguſtinus.

præterea quia eſt arg. ab auctor. neg. ſcript. enim non eſt ſola fidei regula, & ſubinde expreſsè, ſubinde ſimpliciter quędam inſinuat, & quando?

Rurſus dici poſſet hoc argumentum eſſe ab Scriptûra negativè, quod non eſt efficax. Sacra Scriptura namque non eſt ſola fidei regula, neque omnia literaliter continentur in ea, quæ ad fidem ſpectant, ſed aliqua virtute, & eminenter, quatenus nos jubet audire Eccleſiam. Vnde non valet argumentum. Non exprimitur in his locis unctio Chriſmatis, ergo non fuit ab Apoſtolis adhibita, cùm aliàs conſtet ex Patribus & traditione Eccleſiæ unctionem eſſe materiam proximam confirmationis.

denique poteſt nomine impoſ. man. intelligi unctio ut fit à PP. ſæpe & C. C.

Addi denique poſſet S. Lucam in illis locis nomine impoſitionis manuum intellexiſſe ipſam unctionem. Nam hoc nomine Sacramentum confirmationis ſignificatum eſt ab antiquis Patribus, & Conciliis, vt jam ſæpè dixi; & aliàs non poteſt confirmans frontem alterius tangere, vel ungere, quin manus aliquo modo imponat ſupra confirmatum. Hæc ergo probatio nulla omninò eſt.

quia qui ungit frontem alterius, manum aliquo modo imponit,

Secundò probant alij, quia fortaſſe Apoſtoli non potuerunt uti balſamo, quia rarum eſſet, & quia ob paupertatem illud emere non poſſent.

Sed neque hæc ratio, eſt alicujus ponderis.

nec dici poteſt apoſtol. caruiſſe balſ. Chriſtus enim chriſma conſecravit in cœna.

Tum quia planè convincitur eo tempore habuiſſe Apoſtolos copiam balſami; quia, ut dictum eſt, Fabianus Papa epiſt. 2. cap. 1. ſcribit Chriſtum in vltima cœna conſecraſſe chriſma, & tradidiſſe Apoſtolis modum chriſma coficiendi ex oleo, & balſamo.

& primis temporibus omnes facultates Chriſtianorum poſſidebant,

Tum etiam, quia certum eſt ex cap. 4. Actorum primos Chriſtianos omnes ſuas facultates vẽdidiſſe, & poſuiſſe pretia ante pedes Apoſtolorum, ut illis ad placitum uterentur. Ex quo fit non ita tenues fuiſſe Apoſtolorum facultates, ut ad balſami modicam quantitatem comparandam non ſufficerent.

balſamumque in Iudæa creſcebat abundanter, etiam 5 ſæculis poſt Chriſtum,

Neque difficile fuit Apoſtolos balſamum comparare, cum illud in Iudæa naſceretur & Hieronymus, qui poſt Chriſtum ſæculo vixit quarto, ad cap. 27. Eſechielis, abundantiam balſami in Palæſtina fuiſſe teſtatum reliquit, & Greg. Mag. duobus ſæculis poſterior Hieronymo, in cap. 1. Cãtico. teſtatur ſuo tempore in vineis Engaddi extitiſſe balſamũ. Non ergò raritas balſami, aut paupertas Apoſtolorum obſtabant, quo minus unctione chriſmatis in cõfirmatione uterentur.

Tertiò probant alij: Quia ad Apoſtolicam dignitatem pertinere videtur, ut faciliori modo, ſcilicet, per manus impoſitionem darent Spiritum Sanctum, cum ingens eſſet multitudo eorum, qui convertebantur; & eorum

ſtatim adducam, & opponam contra noſtram ſententiam.

5 aliquando cum, aliquando ſine unct. docet 3. ſent. primum, quãdiu ſigno viſibili dabatur Sp. S. a quando hoc deſijt

Tertia ſententia, eaque media, aſſerit Apoſtolos aliquando confirmaſſe ſine chriſmate ſola manus impoſitione; aliquando verò cum chriſmate, & unctione. Quando enim dabatur Spiritus Sanctus ſigno aliquo ſenſibili, vel cum dono ſenſibili linguarum, conferebant Apoſtoli ſinè unctione; ſecus verò, quando deſijt Spiritus Sanctus dari per ea ſigna viſibilia.

Hanc ſententiam apertè docet D. Thomas in hac q. art. 1. ad 5 & art. 4 ad 1. ſequuntur Thomiſtę Paludanus in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 2. quamvis dubitanter loquatur, inquit tamen uſos Apoſtolos chriſmate, quando confirmabant, vel omiſiſſe ex diſpenſatione, quæ iam ceſſavit, Soto eadem diſt. unica art. 2. Adrianus in 4. de hoc ſacramẽto art. 2. Aureolus eadem diſt. q. 1 art. unico, Baſſolis eadem diſt. q. unica art. 1. Irribarne eadem diſt. diſp. 27. ſect. 1. Suar. diſput. 33. cit. in fine ſectionis quartæ. Eſtius eadem diſt. §. 9. Faber eadẽ diſt. diſp. 27. c. 2. hanc opinionem probabiliorem putat Gamacheus in hac q. c. 3. Sylvius in hac q. ar. 3. circa finem, Bonacina puncto 3. cit. in fine confirmaſſe dicit Apoſtolos cum chriſmate, vel ex diſpenſatione omiſiſſe, Hered. in repet. cit. p. 3. dub. 1. in ſolutione 1. Lorinus in c. 8. Actorum verſu 17.

6 quod primum, inde

Hæc tertia ſententia probari ſolet à nonnullis. 1. Quia in loco cit. Actorum nulla fit mentio unctionis, neque chriſmatis ſed tantùm impoſitionis manuũ. Ergo credendum eſt non adhibitam ab Apoſtolis in illis locis unctionem; tunc enim dabatur Spiritus Sanctus viſibiliter, ut planè colligitur ex Actorum 8. ex adminiſtratione Simonis Magi, & oblatione pecuniæ pro eiuſmodi poteſtate comparanda.

non probatur quod ſcript. non faciat mentionem unctionis.

Hac tamen ratio nullius eſt momenti.

7 quia olim ſecretiſſima ſervabantur ad uſum ſacramentorum ſpectantia.

In primis, quia, cum ea, quæ pertinent ad uſum ſacramentorũ ſecretiſſima haberentur, ac ferè ſola voce per manus traderentur; facilè reſponderi poteſt noluiſſe Lucam, neque verbum huius ſacramenti ſcripto prodere; ideoque uſum fuiſſe vocabulo impoſitionis manuum, quæ eſt generalis cœremonia, & ad varios uſus adhiberi ſolita, ut dixi ſuprà. p. precedenti cap. 1.

impoſitio autem man. in ſcrip. eſt generalis cæremonia, & varij uſus. & quia brevitas ſcript. commendata, quæ plura conjungi ſolita unius expreſſione inſinuare ſolet: ſic Apoſtoli baptizaſſe ût, in nomine Chriſti; ſic Eunuchus credẽs in Ieſum dicitur baptiſatus, &c.

Deinde, quia familiare eſt Sacræ Scripturæ res multas coniungi ſolitas, per compendium perſtringere, unâ tãtum expreſſâ. Sic etiam Actorum 8. & 19. dicit Lucas Apoſtolos baptizaſſe in nomine Chriſti, relinquens nobis alias perſonas cointelligendas. Et Actorum 8. ſcribit à Philippo eunuchum baptizatum, cum dixiſſet credo Filium Dei eſſe Ieſum; & tamen non eſt dubitandũ, quin de alijs multis fuerit interrogatus Eunuchus. Quam ſolutionem offert nobis Auguſtinus lib. de fide & operibus, cap. 8. cum præ manibus haberet hunc baptiſmum Eunuchi, & poſt multa concludit: *Si autem Sacra Scriptura tacuit atque intelligenda omiſit cætera, quæ cum illo ſpadone*

done baptizando Philippus egit, atque in eo ait baptizavit eum Philippus, intelligi voluit impleta omni, quæ licet taceantur in Sacra Sciptura gratiâ brevitatis, tamen ſerie traditionis ſcimus implenda: pari modo etiam in eo quod ſcriptum eſt Euangelizaſſe Philippum Spadoni Dominum nullo modo dubitandum eſt, & ea in catechiſmo dictaſſe, quæ ad vitam, mortemque pertinent, eius qui credit in Dominum Ieſum. Hæc Auguſtinus.

præterea quia eſt arg. ab auctor. neg. ſcript. enim non eſt ſola fidei regula, & ſubinde expreſsè, ſubinde ſimpliciter quędam inſinuat, & quando?

Rurſus dici poſſet hoc argumentum eſſe ab Scriptura negativè, quod non eſt efficax. Sacra Scriptura namque non eſt ſola fidei regula, neque omnia literaliter continentur in ea, quæ ad fidem ſpectant, ſed aliqua virtute, & eminenter, quatenus nos jubet audire Eccleſiam. Vnde non valet argumentum. Non exprimitur in his locis unctio Chriſmatis, ergo non fuit ab Apoſtolis adhibita, cùm aliàs conſtet ex Patribus & traditione Eccleſiæ unctionem eſſe materiam proximam confirmationis.

denique poteſt nomine impoſ. man. intelligi unctio

ut fit à PP. ſæpe & C. C.

Addi denique poſſet S. Lucam in illis locis nomine impoſitionis manuum intellexiſſe ipſam unctionem. Nam hoc nomine Sacramentum confirmationis ſignificatum eſt ab antiquis Patribus, & Conciliis, vt jam ſæpè dixi; & aliàs non poteſt confirmans frontem alterius tangere, vel ungere, quin manus aliquo modo imponat ſupra confirmatum. Hæc ergo probatio nulla omninò eſt.

quia qui ungit frontem alterius, manum aliquo modo imponit,

Secundò probant alii, quia fortaſſe Apoſtoli non potuerunt uti balſamo, quia rarum eſſet, & quia ob paupertatem illud emere non poſſent.

Sed neque hæc ratio, eſt alicujus ponderis.

Tum quia planè convincitur eo tempore habuiſſe Apoſtolos copiam balſami; quia, ut dictum eſt, Fabianus Papa epiſt. 2. cap. 1. ſcribit Chriſtum in vltima cœna conſecraſſe chriſma, & tradidiſſe Apoſtolis modum chriſma conficiendi ex oleo, & balſamo.

nec dici poteſt apoſtol. caruiſſe balſ. Chriſtus enim chriſma conſecravit in cœna.

Tum etiam, quia certum eſt ex cap. 4. Actorum primos Chriſtianos omnes ſuas facultates vendidiſſe, & poſuiſſe pretia ante pedes Apoſtolorum, ut illis ad placitum uterentur. Ex quo fit non ita tenues fuiſſe Apoſtolorum facultates, ut ad balſami modicam quantitatem comparandam non ſufficerent.

& primis temporibus omnes facultates Chriſtianorum poſſidebant,

Neque difficilè fuit Apoſtolos balſamum comparare, cum illud in Iudæa naſceretur & Hieronymus, qui poſt Chriſtum ſæculo vixit quarto, ad cap. 27. Eſechielis, abundantiam balſami in Palæſtina fuiſſe teſtatum reliquit, & Greg. Mag. duobus ſæculis poſterior Hieronymo, in cap. 1. Cantico. teſtatur ſuo tempore in vineis Engaddi extitiſſe balſamū. Non ergò raritas balſami, aut paupertas Apoſtolorum obſtabant, quo minus unctione chriſmatis in cōfirmatione uterentur.

balſamumque in Iudæa creſcebat abundanter,

etiam 5 ſæculis poſt Chriſtum,

Tertiò probant alii: Quia ad Apoſtolicam dignitatem pertinere videtur, ut faciliori modo, ſcilicet, per manus impoſitionem darent Spiritum Sanctum, cum ingens eſſet multitudo eorum, qui convertebantur; & eorum

rum celſitudini conveniens erat, ut concederetur privilegiũ miniſtrandi ſacramentum confirmationis ſine chriſmate.

Sed neque hæc ratio eſt alicuius coſiderationis.

neque dedecebat apoſtolorũ dignitatem confir. in propria eſſentia conferre, cum ſic alia ſacram. cõtulerint,

Tum quia, ſi ea ratio eſſet alicuius momenti, idem aſſerendum eſſet in alijs ſacramentis, ſcilicet Apoſtolos privilegium habuiſſe, ut aliquando illa ſine propria materia miniſtrarent; quod tamen affirmari non poteſt. Nam baptiſmum in aqua, & invocatione Trinitatis conferebãt.

niſi excipiatur diaconatus ob non ſcriptũ librũ euangeliorum,

Quod ſi in ordinatione primorum diaconorum fortaſſe nõ ſunt uſi traditione libri Euangeliorum, (de quo ſuo loco) non eſt mirandũ in ea ordinatione Apoſtolos non fuiſſe uſos eo libro, quia ſcriptus non erat eo tẽpore.

Quare, ſi in alijs ſacramentis adminiſtrandis Apoſtoli non habuerunt eam libertatem; neque illa ſine propria materia adminiſtrarunt, idem in hoc ſacramento dicendum eſt, ſiquidem non fuit aliqua neceſſitas, vel urgens cauſa aliud faciendi.

9 Potiſſimùm ergo fundamentũ iſtius ſententiæ, præter auctoritatem D. Thomæ deſumitur ex eo, quod Sacra Scriptura Actorum 8. & 19. tantùm dicit Apoſtolos dediſſe baptizatis Spiritum Sanctum per impoſitionẽ manuum nulla facta mentione chriſmatis, & unctionis; & aliàs Eccleſiã nobis declaravit illã impoſitionem manuum fuiſſe diverſam ab hac unctione, qua utimur in ſacramento confirmationis, tamquam materia proxima. Ergò Apoſtoli, aliquando effectum huius ſacramenti contulerunt ſine chriſmate. Minor probatur, in primis ex Innocentio III. *in cap. unico, de ſacra unctione §. final*, ubi dicit, *Per frontis chriſmationem manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio*, Deinde Conſilium Florentinum in citat. decreto Eugenij, cum adduxiſſet locum ex cap. 8. Actorum in quo Apoſtoli per impoſitionem manuum dederunt Spiritum Sanctum, inquit: *loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio*. Ergò illa manuum impoſitio, qua Apoſtoli utebantur nõ fuit chriſmatio, neque confirmatio.

potiſſimum fund. 3. ſentent eſt eccleſiam declaraſſe impoſitionem man: fuiſſe diverſam cęr. ab unct: noſtra, cuius nulla ſit mentio act. 8. & 19.

Huic argumento, quod planè efficaciſſimum eſt, reſpondent Auctores ſecundæ ſententiæ, Innocentium & Eugenium in illis verbis non diſtinguere ritum à ritu, ſed tantùm modum loquendi à modo loquendi, ſolumque velle dicere id ipſum quod Apoſtoli faciebant, cum dicebãtur manus imponere, nunc facere Epiſcopos, cùm dicuntur confirmare; quia quod tunc vocabatur manus impoſitio, nũc vocatur confirmatio: & addunt clariſſimum eſſe, id tantùm ſignificare Pontifices, quia aliàs dicendum eſſet, tempore Apoſtolorum non fuiſſe ſacramentum confirmationis. 10

nec ſolùm nomen uni alteri ſucceſſiſſe,

Hæc tamen ſolutio ridicula eſt, quia ſi verba Pontificum attendamus. Innocentius enim inquit, per frontis chiſmationẽ manus impoſitionem deſignari: Inter ſig-

nans

dicitur unũ deſignari per aliud, inter ſignũ autem & ſignatum eſt diverſitas,

nans & ſignatum diverſitas intercedat neceſſe eſt; frontis chriſmatio deſignat manus impoſitionem. Ergò non eſt manus impoſitio; aliàs ſi eſſet una, & eadem actio hæc cum illa Apoſtolica impoſitione manuum, non diceret Pontifex, unâ deſignari aliam, ſed frontis chriſmationẽ, quæ nunc confirmatio vocatur, eſſe unum & idem cum illa Apoſtolica manuum impoſitione.

nec unum nomen ſignificat aliud nomen,

Neque enim Innocentius intelligi poteſt loqui de nominibus tantum, quia unum nomen iſtorum non ſignificat aliud nomen.

Loquitur ergò de rebus ipſis.

dicitur etiam unum loco alterius dari,

Et eodem modo expendo teſtimoniũ Eugenij; dicit enim loco illius impoſitionis manuum dari nunc in Eccleſia confirmationem. Expendo verbum illud *dari*, quo utitur Pontifex, nec dicit nominari, ſed dari; non autem locum alicuius aliquid ſupplere dicitur, vel in locum alicuius ſuccedere, quod idem omnino eſt. Sicut, quia olim Euchariſtia vocabatur *fractio panis*, tantumque erat nominum diverſitas cum idẽtitate rei, non poſſet quis rectè dicere loco *fractionis panis*, qua utebãtur Apoſtoli, ſucceſſiſſe nunc vel dari nunc chariſtiam.

idem autẽ non ſuccedit in locũ ejuſdem

ſicut Euchar. non datur nunc loco fractionis panis

11 Sed quò omnis dubitatio tollatur, hæcque ſolutio confutetur, & noſtra ſolutio probata maneat, ſubijcio verba Innocentij IIII. in Epiſt. ad Epiſcocum Tuſcul. Apoſtolicæ Sedis legatum, in Regno Cypri ſuper ritibus Græcorum, eam refert ad verbum Naldus in ſumma, verbo *Chriſtianus* 1. ubi cum Innocentius loquitur de ſacramento, hæc habet: *Soli Epiſcopi conſignent chriſmate in frontibus baptizatos, quia huiuſmodi unctio non debet niſi per Epiſcopos exhiberi, quoniam ſoli Apoſtoli, quorum vices gerunt Epiſcopi, per manus impoſitionẽ (quam confirmatio, vel frontis chriſmatio repræſentat) Spiritum Sanctum tribuiſſe leguntur.*

idem clarius oſtenditur.

Quid clarius? Illam impoſitionem manuum, per quam Apoſtoli Spiritum Sanctum tribuiſſe leguntur, dicit Innocentius IIII. repræſentari per ſacramentum confirmationis, & chriſmationẽ frontis. Ergò illa impoſitio manuum Apoſtolicarum, per quam dabatur Spiritus Sanctus, neque erat confirmatio, neque chriſmatio. Nam de vocibus ipſis non potuit dicere Pontifex vocem confirmationis, aut chriſmationis repræſentare impoſitionem manuum. Loquitur ergò de rebus ipſis.

Quod ſi res ſignificata per confirmationem, vel chriſmationem repræſentat rem ſignificatam per manus impoſitionem. Ergò ſunt res inter ſe diverſæ. Ergò Apoſtoli, quos dicit Pontifex per manus impoſitionem cõtuliſſe Spiritum Sanctum, non ſunt uſi confirmatione, neque chriſmatione; aliàs, quod nos vocamus confirmationem, & chriſmationem, non repræſentaret illam impoſitionem manuum, ſed eſſet omnino idem.

Addè. Pontifex chriſmationi, ſive confirmationi nunc tribuit eumdem

Vnctio nũc habet eũdem effectũ quem olim imp. man.

eumdem effectum, quem habebat illa impoſitio manuum Apoſtolicarum. Ergò illa non erat chriſmatio; aliàs donatio Spiritus Sancti non eſſet effectus impoſitionis manuum, ſed unctionis, quæ eſt materia ſacramenti.

12 Sed obijcitur primò, & potiſſimùm pro ſecunda ſententia. Quia Pontifices, & Patres ex locis citatis Actorum 8. & 19. colligunt ſacramenti confirmationis eſſe ordinarios miniſtros ſolos Epiſcopos, quia ſoli Apoſtoli, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, dicuntur per impoſitionẽ manuum tribuiſſe Spiritum ſanctum. Ergò in illis locis Apoſtoli uſi ſunt ſacramento confirmationis, & conſequentur debitâ materiâ & formâ.

Epiſcopum eſſe miniſtrum conf. colligitur ex hoc, quod ſoli apoſtoli manus impoſuerint.

Antecedens docet Euſebius epiſt. 3. Innocentius 1. epiſt. 1. cap. 3. Ioannes III. in epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ citatis Damaſo, & Leone, & ex veteribus Patribus Cyprianus epiſt. 75. Hieronymus Dialogo 3. contra Luciferianos, Auguſtinus lib. 15. de Trinitate cap. 29. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 10. Emiſſenus Homil. In Pentecoſt. Iſidorus lib. 2. de officijs Eccleſ. cap. 26 Rupertus lib. 5. de divinis officijs, cap. 16. Hugo de Sancto Victore Miſcellan: lib. 5 cap. 37. & de ſacramentjs tract. 6 cap. 1. & Rurſus de ſacramentis fidei lib. 2. p. 7. cap. 2.

Conſequentiam autem ſic probo. Quia, ſi Apoſtoli in illis locis non ſunt uſi ſacramento confirmationis, non videtur apta illatio, Apoſtoli tribuerunt Spiritum Sanctum ſola manuum impoſitione ſine ſacramento cõfirmationis. Ergò ſoli Epiſcopi debent eſſe miniſtri ſacramenti confirmationis. Nam ex re adeò diverſa, quomodo poteſt argumentum deſumi ad idem aſſerendum in chriſmatione, quæ eſt res diverſa ab illa impoſitione manuum Apoſtolicarum.

Secundò obijcitur. Quia ex eiſdem locis Actorum colligunt Conſilia, & Eccleſiæ Patres ſacramentum confirmationis, ut latè oſtendimus P. præced. cap. 3. Videndi ſunt præcipuè Cyprianus in epiſt. ad Iulianum, Auguſtinus lib. 15. de Trinit. cap. 26 & Hieronymus in dialogo contra Lucifer: qui expreſsè dicunt, quod ibi Apoſtoli fecerunt, apud nos geri in Eccleſia per Epiſcopos, quando baptizatos ungunt. Ergò Apoſtoli tunc uſi fuerunt hoc ſacramento, & chriſmatione; aliàs, ſi illorum actio fuit diverſa, & revera contulerunt Spiritum Sanctum ſine confirmatione, non video quomodo ex eo loco, in quo planè diverſa Apoſtolorum actio recenſetur, poſſit colligi inſtitutio divina ſacramenti confirmationis.

Variato ſigno variatur ratio ſacramenti.

Explicatur magis vis huius argumenti. Quia cum ſacramentum ſit eſſentialiter ſignũm, variato ſigno variatur ratio ſacramenti, v. g. Si Apoſtoli baptizaſſent ex privilegio in aqua roſacea, & non elementari, baptiſma Apoſtolorum, & noſtrorum non eſſet unum ſacramentum, & ex conſequenti ex ſimili baptiſmate Apoſtolorum non poſſet

poſſet noſtrum confirmari. Quia variata formali ratione rei, vel eo quod eſt de formali ratione rei, variatur res ipſa. Ergò, ſi Apoſtoli confirmabant in alio ſigno, ſcilicet, impoſitione manuũ ſine chriſmate, quo hodie Eccleſia confirmat, non poteſt dici factum Apoſtolorum eſſe unum & idẽ ſacramentum; & ex conſequenti ex facto Apoſtolorum non poteſt probari ſacramentum confirmationis, neque ejus inſtitutio.

Quod ſiquis dicat eſſe idem ſacramentum ratione effectus, & ideo ſignum idem videri, ſi ſignatum eſt idem: ſicut, ſi vinum, v. g. ſignificetur per ramum hederæ, vel per circulum aureum, ſignum eſt idem formaliter, licet materialiter differant, propter unitatem vini ſignificati.

Contra hoc eſt. Quia ſequeretur ex iſta ſolutione baptiſmum, & Circuncisionem eſſe idem ſignum, & ex conſequenti idem ſacramentum, quia ſignificatum eſt idem, ſcilicet, gratia mundans ab originali peccato, quod tamen falſum eſt. Ergò identitas rei ſignificatæ non ſufficit, ut ſit idem ſignum noſtra chriſmatio, & illa impoſitio manuum, & conſequenter ex illa non poteſt colligi inſtitutio, neque uſus cõnfirmationis.

14 Tertiò opponitur. Quia nullus veterum Patrum dicit Apoſtolos vario modo adminiſtraſſe ſacramentum confirmationis, nempe nunc per manus impoſitionem, nunc verò per unctionem chriſmatis; cum tamen multi Patres dicant Apoſtolos uſos fuiſſe chriſmate. Clemens, Dionyſius, Fabianus, & alij, quorum jam ſupra mentionem fecimus.

Apoſtolos uſos fuiſſe Chriſmate multi pp. dicunt.

Accedit, quod ſi aliqua ratione colligeretur Apoſtolos non fuiſſe aliquãdo uſos chriſmate, maximè quia in eis locis Actorum tantùm fit mentio manus impoſitionis. At eo nomine commodiſſimè etiam comprehenditur unctio; nam qui ungit manus imponit.

per unctionem etiam poteſt intelligi manũ impoſ.

Tum quia Hebraica phraſi manus imponere ſignificat tangere. Vnde Marci III. cum quidam petijſſent à Chriſto, ut manus imponeret ægrotãti, id Chriſtus fecit digito tãgens linguã ejus, & aures.

manus imponere apud hebræos idem quod tangere.

Tum etiam, quia Patres, qui in uno loco dicunt dari Spiritum Sanctum per manus impoſitionem, ijdem dicunt in alio loco dari per unctionem Chriſmatis, pro eodem hæc duo habentes, vel per compendium unum in altero intelligentes. id conſtat ex Tertulliano lib. de Reſurrectione carnis cap. 8. ubi meminit ſignationis, unctionis, & manus impoſitionis & idem lib. 1. contra Marcionem ſolùm exprimit unctionem. Cyprianus epiſt. 70. ſolum meminit unctionis, & epiſt. 27. vocat manus impoſitionem; & tamen idem ſignificant. Ergò ex eo quod Apoſtoli dicantur per manus impoſitionem dediſſe Spiritum Sanctum in actis Apoſtolorũ, non colligitur eo nomine ibi non ſignificari ſacramentum cõfirmationis, & unctionem.

Sp. S datus eſt per man. Imp. & per unctionem.

5 Vltimò opponitur Auguſtinus libro 3. de baptiſmo contra Donatiſt. cap. 16. cum dixiſſet per manus impoſitionem dari Spiritum Sanctum, addit hanc manuum impo-

impoſitionem differre ab illa Apoſtolorum, quia nunc non datur cum illis externis ſignis, & ſenſibilibus miraculis; effectum tamen eumdem eſſe. Ergò apertè indicat Auguſtinus nullum aliud eſſe diſcrimen, & ex conſequenti Apoſtolos fuiſſe etiamuſos vero ſacramento confirmationis in illa impoſitione manuum.

Vnde ſtatim ſubdit Auguſtinus *Cum ergò ſit aliud ſacramentum*, ſcil. cõfirmationis, de quo ſolo ibi loquitur, *quod habere etiam Simon Magus potuit, aliud operatio Spiritus Sancti.* In quibus apertè Auguſtinus illam manuum impoſitionem Apoſtolorum ſacramentũ vocat.

Et confirmatur ex apertis verbis Euſebij Pontificis epiſtol. 3. propè finem, ubi inquit ſacramentum impoſitionis manuum non poſſe perfici ab alijs, quàm ab Epiſcopis, nec tempore Apoſtolorũ ab alijs, quã ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur peractũ fuiſſe, ubi manifeſtè indicat Apoſtolos idẽ ſacramentũ contuliſſe. Alludit enim ad id quod legimus in actis Apoſtolorum. Ergò ex illis locis nõ poteſt colligi, Apoſtolos verum ſacramẽtum confirmationis cum chriſmatis unctione non miniſtraſſe.

Hæc ſunt argumenta ſecundæ opinionis, quibus permotus Cornelius dixit eam opinionem eſſe longè probabiliorem, immò & quaſi certam. & Ægidius dub. cit. in fine, hanc noſtram opinionem ex ſola Auctoritate D. Thomæ habere probabilitatem aliquam; cum tamen, ut vidimus, graviſſimorum Doctorum numero, & auctoritate vincat: & nitatur etiam irrefragabili fundamento, ex quo facilè iſtarum argumẽtationum ſolutio deducitur.

Ad primum ergò reſpondetur concedendò antecedens, ſcilicet, Pontifices, & Patres ex eo quod ſoli Apoſtoli dicantur per impoſitionem manuum dediſſe Spiritum Sanctum, colligere ſolos Epiſcopos eſſe miniſtros confirmationis. Sed cũ Innocẽtius IIII. & Eugenius IIII. quamvis idem ex eo facto colligant, adhuc dicant confirmationem ſive chriſmationem repræſentare illam impoſitonem manuum Apoſtolorum, & dari in Eccleſia loco impoſitionis manuum, planè convincitur inde non rectè deduci conſequens illud, ſcilicet, Apoſtolos tunc verè miniſtraſſe ſacramentum confirmationis.

ſolos epiſc. eſſe miniſt. conf. rectè colligit. ex facto apoſt. quos PP.S. dicunt imposſ. Manu

quo tamen non Conſeb. aut ſacr. Conf.

Colligunt ergò Pontifices, & Patres ex facto Apoſtolorum, non quia Spiritum Sanctũm dederunt tunc per unctionem, ſed ex identitate effectus illius impoſitionis manuum, & confirmationis. Cum ergò ſit idem effectus, ſcilicet, Robur Spiritus Sancti, qui ab Apoſtolis ex privilegio dabatur ſine ſacramento, cum eo qui confertur ex inſtitutione Chriſti per confirmationem, & ad quem ordinatur confirmatio, rectè colligunt Patres ad eum effectum tribuendum in ſacramento confirmationis non alios eſſe miniſtros niſi Epiſcopos.

privelegio conferebant cerendiſ. effectum.

Vnde non colligunt tamquam ex re omnino diſſimili, & diſpa-

rata,

tata, ſed ex eodem omnino effectu, ut dictũ eſt. Sicut ſi Apoſtoli ex privilegio ordinaſſent Epiſcopos ſine inſtituta materia, & forma, adhuc rectè diceretur, ſolos Epiſcopos eſſe miniſtros ejus ordinationis, quia ſoli Apoſtoli eam ordinationem contulerunt; quamviſ ſine debitá materia, & forma ob Chriſti privilegium contuliſſent ſacrum Epiſcopatus ordinẽ.

17 ſcil. Sp.S. & ad alium finem, quàm in bapt. & ex infallibili Chriſti promiſſione

Similiter reſpondetur ad ſecundum, rectè probari ex illis locis Actorum ſacramentum confirmationis, quia ex eis conſtat Spiritum Sanctum datum ab Apoſtolis, & ad novum effectum, ad quem non fuerat datus in baptiſmo; & datum etiam ex infallibili promiſſione Chriſti, ſine qua Apoſtoli non intentarent Spiritum Sanctum dare.

ad quod inſtituta eſt à Chriſto cõfirmatio. ad ſpeciales enim effect. gratiæ ſunt inſtituta ſacra: ſpecialia.

Ex quo rectè colligitur quod ſit inſtitutũ à Chriſto ſpeciale ſacramentũ ad eum effectũ conferendũ diverſum à baptiſmo, quem tunc impoſitione manuum cõferebant Apoſtoli. Quia ad ſpeciales effectus gratiæ ſunt inſtituta à Chriſto ſpecialia ſacramenta, ut viſum eſt.

ſicut etiam diſtincta eſt confirmatio ab impoſ. man. Apoſtol. quæ ſacramentũ non fuit: cum ad Sacramentum requiratur determinata mat. & forma non tantum ratio ſigni,

Ad confirmationem dicimus: confirmationem non eſſe idem ſacramentum cum illa impoſitione manuum Apoſtolorum; neque enim illa fuit ſacramentum. Quia ſacramentum, quamvis dicat de formali rationẽ ſigni, at neceſſariò etiam includit determinatá materiam, & formam, quibus adaptur illa ſignificatio. Et cũ in illa impoſitione manuum non fuerit determinata materia & forma ſacramenti confirmationis, non poteſt dici idem ſacramentum.

Ex quo etiã patet nullius eſſe momenti, quod de baptiſmo, & circumciſione obijcitur.

Ad tertium dico Pontifices Innocentium IIII. & Eugenium IIII. ſatis indicaſſe locis citat. Apoſtolos in illis locis Actorum non fuiſſe uſos unctione, ſed dediſſe effectum confirmationis ſine confirmatione. Cui non obſtat quod aliqui Patres dicant Apoſtolos uſos fuiſſe chriſmate, quod nos non negamus aliquando ab illis factum. 18.

Apoſtoli aliquando ſunt uſi unctione, aliquando nõ

Et quamvis non dubitemus, eum qui tangit confirmatum, etiam manus imponere; negamus tamen propter rationem adductã, eam impoſitionem manuum Apoſtolorum eſſe tactum, qui adhibetur in cõfirmatione. Tactus enim iſte rectè impoſitio manuum dici poteſt; at non poteſt quælibet impoſitio manuũ dici tactus iſte ſignationis, & unctionis. Vnde ineptè colligitur; Apoſtoli dicuntur per impoſionem manuum dediſſe Spritum Sanctum, & in confirmatione, cum ſignatur frons & ungitur, tangitur confirmatus, ergo illa impoſitio manuum eſt iſte tactus unctionis, & ſignationis frontis.

qui ungendo tangit confirmatũ aliquo modo manus imponit.

at nõn omnis impoſ. manuum eſt tactus confirmationis

Similiter concedimus Patres id, quod alicubi unctionem vocant, alibi appellare impoſitionẽ manuum, & ſacramentum hoc eo nomine ſignificari à multis antiquis Pontificibus, Concilijs, Patribus. At huic ſacramento hoc nomen inditum eſt, non quia illa impoſitio manuum Apoſtolorum fuerit unctio; ſed,

quæ ſępè vocatur manus impoſitio

vel nunc eundẽ præſtet effectũ gratiæ Vel quia per eam actionem, primò collatus eſt effectus confirmationis, & ita ab ea derivarum nomen ad ſacramentum ſignificandum, quod eundem prorſus præſtat effectum.

vel quod hanc repræſentet Vel quia illa impoſitio manuũ in hac unctione & ſignatione repræſentatur, ut loquitur Innocentius III. & IIII.

vel quia eſt aliqualis man. impoſ. Vel quia etiam hæc unctio, & ſignatio eſt quædam manuum impoſitio.

non enim eſt novum à ſimilibus ſumi denominationẽ Non eſt autẽ novum in ſacramentis imponi nomina, vel ab eo quod repræſentatur; vel ab aliquo, unde origo ſumpta eſt, aut in cujus locum ſacramentũ ſuffectũ ſit: vel ab aliqua cæremonia, quæ olim in uſu erat, cum miniſtrabatur ſacramentum.

ſic bap. dicitur circũciſio à D. Paulo, & manus impoſitio, & vitæ melioris pactum, & crux & ſepultura. Sicut baptiſmus appellatur *circumciſio* à Paulo ad Coloſſenſ. 1. & ad Rom. 6. & à Chriſoſtomo in catecheſi ad illuminandos, & in citatum locum Pauli ad Coloſ. eo quod in circumciſionis locũ ſuffectus eſt, & appellatur etiam *manus impoſitio*, à cæremonia, quæ cum baptiſmo conjungi ſolet; & *vitæ meliorũ pactum* à promiſſione, quã in baptiſmo offert baptizatus, vel alij pro eo; & *Crux*, *& ſepultura*, ab eo quod per baptiſmum repræſentatur, ſcilicet mors & ſepultura Chriſti.

ſic Euchariſtia dicitur Agnus Paſchalis, Et Euchariſtia vocatur *Agnus paſchalis*, quia illo repræſentatur Euchariſtia. Aliaq; multa paſſim occurent ſimilia his quæ dicta ſunt.

19 Ad ultimum reſpondetur, imprimis ad Auguſtinum, ex eo loco tantùm haberi effectũ eſſe eundem, tam ejus impoſitionis manuũ quàm confirmationis, ſcilicet Spiritum Sanctum, ſolùmque differre in ſignis, & miraculis viſibilibus. impoſitio manuum & confirmatio habent eundẽ effectum differunt in miraculis & ſignis viſibilibus

Itaque tantum comparat Auguſtinus effectum cum effectu, non verò actionem, qua conferebatur tunc ab Apoſtolis, & nunc confertur, de eo enim nihil Auguſtinus. Quod autem in ſequentibus ſignificare videtur illã impoſitionem manuum Apoſtolorum nomine ſacramenti, nihil efficit: quia ſacramenti appellatio generalis eſt ad quamcumque rem myſticam, & occultam ſignificandum, ut notum eſt. tunc fieri ſolitis ad man. impoſitionem. Sacramentum vocatur ſæpè res myſtica occulta, & ſic illa impoſ. manuum

Ad id denique, quod ultimo loco adducitur, ex Euſebio Papa, facilis eſt ſolutio ex dictis. Appellat ſacramentum confirmationis impoſitionem manuum, propter rationem dictam, & dicit magna veneratione ſuſcipiendum eſſe, quia tantæ dignitatis ſacramentum eſt, ut à ſolis Epiſcopis conferri poſſit, quia non legitur, aut ſcitur peractum fuiſſe ad alijs, quàm ab Apoſtolis. Rectè quidẽ, quia non legitur, non ſcitur, neq; ſacramentum confirmationis cum unctione miniſtraſſe alios quã Apoſtolos, neq; impoſitionem manuũ, quã idem effectus confirmationis ab Apoſtolis tribuebatur, & quam chriſmatio, & confirmatio repræſentat, uſurpatam fuiſſe ad eum effectum ab alijs quàm Apoſtolis. hinc rectè confirmatio veneranda quia tantæ dignitatis ut à ſolis Ep. confematch ſicut Imp. Man. à ſolis Apoſt.

20 Ex dictis in hoc cap. colligitur imprimis eam impoſitionem manuum, de qua fit mentio Actorum 8. & 19. & per quam Apoſtoli dabant Spiritum Sanctum, non quæ non fuit Sacrament.

nõn fuiſſe ſacramentum confirmationis.

bene tamen illa impoſitio quæ fit per unctionem; præter quam in cõfirmatione alia non datur.

Deinde colligitur in hoc ſacramento non eſſe aliam impoſitionem manuum diverſam à chriſmatione, & unctione; & ideo hoc ſacramentum impoſitionem manuum appellari.

cujus materia proxima eſt unctio in frõte per formã crucis,

Et denique fit, non eſſe aliam materiam proximam hujus ſacramenti, quàm unctionem, & illam met eſſe ſignationem, & impoſitionem manuum, ſolùmque in hoc ſacramẽto intervenire eam actionem ungendi in forma Crucis, & in fronte, tamquam materiam proximam.

CAPVT VII.

Quæ ſit forma hujus ſacramenti apud Græcos? & an ea ſit ſufficiens.

SVMMARIVM

Neceſſitas explicationis dubij, num. 1.
Quidam Græcorum error rejicitur, nu. 2.
Videntur inſinuare p... quam aſſ.te-re quidam, non eſſe ſufficientem formam Græcorum, num. 3.
Eſſe ſufficientem, probatur ex Edicto Conſtantini, num. 4.
Quædam evaſio præcluditur, num 5.
Secunda probatio ex Concilio 2. Generali, num. 6.
Quædam ſolutiones repelluntur, & adſtruitur eius Concilij auctoritas, num. 7. 8. 9.
Tertia probatio ex tribus Patrum teſtimonijs, num. 10. 11. 12.
Quarta probatio ex permiſſu Pontificum, num 13.
Vltima probatio ex ratione, num. 14.
Objicitur 1. & oſtenditur non obſtare formæ Græcorum defectum verbi, num. 15.
Objicitur 2. & explicatur in forma Græcorum ſignificari actionem miniſtri. num. 16. & 17.

HOc dubiũ præmitto, quia ex ejus explicatione colligemus poſtea manifeſtè, quæ ſit apud Latinos forma legima ſacramenti confirmationis, & quæ ſint eſſentialia in ea forma, qua Latini utuntur, & quæ ſecus. Nam, cum certum ſit, tam Eccleſiam Græcam, quàm Latinam convenire debere in eſſentiali forma ſacramentorum, planum erit quidquid in una forma reperiatur, quod non reperitur, neque dicitur in alia, non eſſe judicandum eſſentiale illi formæ: aliàs illa, in qua ea non exprimerentur, non eſſet eſſentialis forma ſacramenti. 1

tam Græca quàm Latina Eccleſia debent cõvenire in eſſentiali forma.

2 Sed reijciendus eſt in primis error quorundam Græcorũ, quos retuli ſupra in hac parte capite quinto, qui dixerunt formam ſacramenti confirmationis eſſe eas orationes, ſive preces, quas Epiſcopus recitat ſuprà unguentum in ejus conſecratione; quod omninò alienum eſt à veritate. Vt enim ibi diximus, ſacramentum hoc conſiſtit in uſu, & applicatione, & non eſt quid permanens. Ergo verba conſecrationis chriſmatis non poſſunt eſſe forma hujus ſacramenti.

benedictio chriſmatis non eſt forma ſacram. confir: quod nõ eſt quid permanens,

Adde etiam, quod ſequeretur ex eo non poſſe presbyterum ex commiſſione eſſe miniſtrum hujus ſacramenti, contra id quod Concilia, & Patres docent, ut infra videbitur. Sequela probatur, quia miniſter conſecrationis chriſmatis non

ſimplex etiam ſacerdos poteſt ex commiſſione Papæ confirmare, non tamen chriſma benedicere,

non poteſt eſſe presbyter etiam ex diſpenſatione, ut viſum eſt in hac part. cap. 4. Ergò forma ſacramenti non ſunt illa verba, quibus conferatur chriſma.

forma aut. græc.eſt, ſignaculū donationis Sp. S.

2 Forma igitur recepta apud Græcos in miniſtratione hujus ſacramenti, quæque extat in omnibus Euchologijs Græcorum, tam excuſis, quàm manu ſcriptis hæc eſt. *Signaculum donationis Spiritus Sancti Amen.* Et de hac inquitur.

An ſit forma legitima, & ſufficiens ad hoc ſacramentum peragendum, ita ut ſub hac forma validè miniſtretur.

3 Nō vidi de hac re qui differeret, cum tamen valde conferat ad inveſtigāda eſſentialia formæ hujus ſacramenti. Sed quantùm colligi poteſt ex Scholaſticis, videntur ſentire nullam aliam formam præter eam, qua Eccleſia Latina utitur, eſſe ſufficientem; quia cum de hoc ſacramento diſputant, nullius alterius formæ mentionem faciunt. Sic loquuntur antiqui omnes: & ex recentioribus Suarez diſputatione 33. ſectione 5. idem ſentire videtur. Quia cum objicit ſibi quoddam teſtimonium ex Edicto Conſtantini, de quo poſtea: Reſpondet, non omnia verba formæ, quibus confirmatus fuit à ſancto Sylveſtro expreſſa fuiſſe à Conſtatino in eo Edicto; quo indicare videtur eam, quam Conſtantinus refert, non eſſe integrā formam hujus ſacramenti.

Conſtantinus Imp. confirmatus à Sylveſtro

Et idem colligi poteſt ex Bellarmino dicto libro ſecundo, capite decimo, Ægidio in hoc articulo 4. Valentia diſp. 5. generali citata, quæſtione 1. puncto 3. Eſtio in quarto. diſtinctione ſeptima §. 10. Gamacheo in hac quæſtione, cap. 5. qui eodem modo reſpondent ad illud teſtimonium, quod etiam antea reſponderat Soto in quarto, diſtinctione ſeptima, quæſtione unica, art. 4. in ſolutione 2.

quam etſi nonnulli dicant non ſufficere

4 Cæterùm abſque ulla dubitatione tenendum eſt eam formam Græcorum, *Signaculum donationis ſpiritus Sancti Amen*, aut aliam æquivalentem, eſſe formam ſufficientem hujus ſacramenti. Quam ſententiā indicare videtur Vazquez tomo 2. in 3. partem, diſputatione 142. capite 2. num. 22. ubi probat formam confirmationis, quam in ſuo Edicto Conſtantinus refert, & illam explicat.

oppoſitum tamen eſt tenendum:

Et probatur primò ex Edicto Conſtantini, quod extat tomo primo Conciliorum poſt vitam ſancti Sylveſtri, ubi cum Imperator referret quid egerit ſanctus Sylveſter, cum ipſum baptizavit, & confirmavit, inquit: *Septiformis gratiæ ſpiritus Sancti adhibuit beati chriſmatis unctionē, & vexillum ſanctæ Crucis linivit in fronte dicens Signet te Deus ſigillo fidei, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti conſignatione fidei.* Cunctuſque Clerus reſpondit, Amen. In qua Sylveſtri forma continetur ea, quam diximus, quaque hodie utuntur Græci.

unde valide Conſt. Imp. confirmatus

præſente & reſpondente clero, Amē:

Sed reſpōderi poteſt ad hoc edictum Conſtantini, imprimis illud eſſe commentitium, & nullius authoritatis. Cæterum, quamvis Edictum hoc in, his, quæ habet de primatu Romanæ ſedis, & Patriarchali dignitate Conſtantinopolitana ab ipſis Græcis corruptum videatur: at in alijs cenſetur eſſe

juxta ejus edictum, quod etſi à Græcis corruptum quoad aliqua, non tamen in hoc.

eſſe legitimum, & incorruptum, ut notat ex Bellarmino Severinus Binnius in hac nova editione Conciliorum, in notis ad illud edictum. Quare in hac parte, in qua agit de baptiſmo,&confirmatione, nullus umqam mendoſum ſeruit;cōvenit enim in eo cū alijs, quæ hiſtoriographi alij narrant.

Secundò dicunt alij, eaque communior ſolutio eſt, Conſtantinum non retuliſſe diſtinctè omnia, quæ in ejus confirmatione geſta ſunt; & ita partem formæ omiſiſſe.

5 Sed certè hæc potius eſt fuga, quàm ſolutio, tum quia ibi minutiſſima quæque alia recenſet, quæ in baptiſmo fieri ſolent, & ante baptiſmum, ut exorciſmum, catecheſim, benedictionem fontis, trinam merſionem, veſtem candidam, qua indui baptizati ſolebant eo tempore, chriſmationem item, & ſanctam unctionem cum chriſmate in forma Crucis, & in fronte. Non ergò veroſimile eſt, qui tam minutas quaſque cæremonias refert, non integram formam retuliſſe, qua uſus fuit Sanctus Sylveſter in eo confirmando.

quod autē non omiſerit ibi partem formæ, patet ex minitiſſimis cæremoniis ab ipſo ibidem relatis:

Tum etiam, quia æquivalens forma refertur in alijs libris Grecorum, & in uſu apud illos fuiſſe conſtar, ut ſtatim videbitur. Ergò non rectè dicitur diminutè poſitam à Conſtantino.

talis autē forma refertur in alijs libris Græcis, & apud illos in uſu fuit.

6 Secundò probatur ex Concilio ſecundo generali, quod eſt Conſtantinopolitanum primum, ubi præcipitur, ut redeuntes ad Eccleſiam à quibuſdam hæreſibus, reciperentur dantes libellos ſuæ fidei, & confeſſionis, & anathematizantes omnem hæreſim, quæ non ſentit ut ſancta Dei Eccleſia, & ſignati, ſive uncti ſancto chriſmate frontem, oculos, nares, & os, & aures, additurque: *Et eos ſignantes dicimus, ſignaculum doni Spiritus Sancti.* Ergò ea eſt forma ſufficiens ſacramenti confirmationis; planè enim ibi agit Concilium de recipiendis hereticis, qui legitimè baptizati fuerant, & reconciliandis per ſacramentum confirmationis ab illis omiſſum; & ſimul deſignat materiam proximam confirmationis, & partes ungendas & formam ejus ſacramenti, ſcilicet illa verba, *Signaculū doni Spiritus Sancti.*

Conc. generale 2. ſive Conc. 1. jubet recipi hæreticos per ſacri profeſſionē abjurationē hæreſis, & confirmationem ab illis omiſſam deſignando mat. & formam integram non mutilam;

7 Ad hoc argumentum primò poſſet reſponderi, Concilium non expreſſiſſe integram formam ſacramenti confirmationis. Quia veteres Patres ſeduló, & ſollicitè curaverunt ne ejuſmodi myſteria vulgarentur. Vnde Innocentius I. in epiſtola ad Decentium, cum de hoc ſacramento conſultus quædam reſponderet, addidit capite tertio: *Verba verò dicere non poſſum, ne magis prodere videar, quam ad conſultationem reſpondere.* Silentio ergo involvit ſecundum Concilium Generale formā hujus ſacramēti.

Hæc tamen ſolutio ridicula eſt. Quamvis enim Patres antiqui ſilentio tegerent ea, quæ ad ſacra myſteria fidei pertinent, cum vel ad populum loquebantur, & concionabantur, propter Gentiles, & catechumenos, qui eis concionibus intereſſe permittebantur; vel quando ad rei propoſitæ explicationem neceſſariū non erat; at in præſenti caſu id affirmari

quamvis enim veteres myſteria occultarent propter Gentiles & catechumenos præſentes dum ad populū concionabantur, & neceſſariū non erat promulgare: hoc tamen hic locum non habet:

affirmari inquit. Quia concilium ſtatuit illos hæreticos reconciliandos per ſacramentum confirmationis, quod illi negabant, & omittebant: unde oportuit veram ejus, & materiam, & formam tradere; & ideo enumerat partes ungendas, & verba formæ, ut legitimè illis adminiſtraretur confirmatio, quæ ab illis in hæreſi exiſtentibus, vel omiſſa fuerat, vel non ritè ſuſcepta.

quia eſt deſignatio legitimæ adminiſtrationis ſacram. quod hæretici per illud admittendi aut negabant, aut non ritè ſuſcipiebant.

Opportuit ergo in caſu diſtinctè ponere, quæ ad legitimè adminiſtrandam confirmationē neceſſarium erat, per quam reconciliabantur illi redeuntes ab hæreſibus.

quæ etiam forma ante exortum ſciſmatis ab alijs PP. Græcis refertur.

Adde etiam eandem prorſus formam ab alijs Græcis Patribus fide dignis Catholicis, & ante exortum ſchiſmatis recenſeri in hoc ſacramento, ut ſtatim dicam. Non ergò diminutè poſita à Concilio, aut ſilentio involuta.

8 Secundò reſponderi poteſt hoc ſecundum Concilium generale approbatum quidem eſſe ab Eccleſia, in his quæ contra Macedonium ſtatuit de divinitate Spiritus Sancti; non vero probatos fuiſſe Canones illius. Nam Greg. li. 6. epiſt. 31. hæc habet: *Canones Cōſtantinopolitani concilij Eudoxianos damnant, ſed, quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minimè dicunt. Romana autē Eccleſia eoſdem Canones, vel geſta ſynodi illius hactenus non habet, neque accipimus; in hoc autem eamdem ſynodum accepit, quod eſt per eam contra Macedonium diffinitum; reliquas verò hæreſes, quæ illic enumeratæ ſunt ab alijs iam patribus damnatas reprobat. Hæc Gregorius.*

9 Sed neque hæc ſolutio placet. In primis quia quod iſto canone ſtatutum eſt, antea erat ſtatutum Conc. Laodic. c. 7. Arelatenſi 1. canone. 8. & Arelat. 2. canon. 17. & ab Euſebio Papa epiſ. 3. circa finem, & poſtea idem ſtatuit Leo I. epiſ. 36. Baſil. in epiſt. canonica, ad Amphilochium, & meminit ejuſdem conſuetudinis apud Græcos receptæ Greg. li 9. epiſ. 61.

& Cōcilijs

& Pontif. tam ante quàm poſt:

Deinde, quia eadem verba formæ confirmationis habetur apud alios laudatiſſimos Græcorum Patres, ut mox dicemus. Quare quoad hanc partem nulla poteſt ſubeſſe ſuſpicio falſitatis in iſto canone.

Et denique, quia canones hujus concilij approbationem Eccleſiæ habent. Nam c. *quoniam Sancta* 17. *diſt.* qui canon ex ſexta ſynodo deſumptus eſt, confirmantur inter alia canones, & ſtatuta hujus Conſtantinopolitanæ ſynodi; & cap. *Sancta octo eadem diſt.* qui canon deſumptus eſt ex profeſſione fidei, quando quis in Romanum Pontificem promovebatur, quam refert Deuſdedit cardinalis in Collectione Canonum, quæ aſſervatur in Bibliotheca Vaticana, ut notant Cenſores Decreti Gregoriani, quâ profitetur Pontifex ſe credere, & ſequi, quæ octo univerſalia Concilia prædicaverunt, & ſtatuerunt, idque ſine diſtinctione, diſcrimine, aut limitatione ulla. Et Leo 4. in c. *de libellis*, *diſt.* 20. ubi enumerat Canones, quibus Eccleſia Romana utitur in judicando; etiam hujus ſynodi canones ponit.

canones autē illius conc. ſunt approbati ab Eccleſia

in profeſſione fidei quam facit Papa electus

Quare mihi perſuadeo in eo Grego-

Vnde D. Greg. oblivione lapſus eſt, dum ait ſupra ſe ignorare geſta Conc. Conſt. citati: ſicut Eudoxium & Eudoxianos, bene tamen ait non eſſe receptum Can. quoad præeminentiam Conſtant. ſedis.

Gregorium oblivione lapſum aliquantulum, ſicut in eo quod de Eudoxianis ait; cum certiſſimum ſit Eudoxianos, qui ab Eudoxio dicti ſunt cum Arrianis ſeſe conjungentes eſſe damnatos; & tamen ignorare ſe dixit S. Gregorius, quis Eudoxius, qui Eudoxiani eſſent.

Geſta ergo illius Synodi, quæ non recipi dixit Gregorius ab Eccleſia Romana, ea tantum intelligenda ſunt, quæ pertinent ad 5. canonem de ſede Conſtantinopolitana, quod ſecunda poſt Romanam ſit, & cæteris præferatur. Quem canonem non recipit Eccleſia, ut conſtat ex epiſt. 53. Leonis Primi ad Anatholium, & ex alijs Ejuſdem, ex duabus epiſtolis Leonis VIII. vulgo noni adverſũ Michaelẽ, & Leonem. & ex epiſt. Nicolai I. *Propoſueramus*, ad Michaelem Imperatorem; ſic enim incipit.

ob quem malè audierat Romæ illa Syn:

quamvis cũ can. aſcititium eſſe non ſit improbabile.

Vtitur autem ibi auctoritate canonis 6. licet affirmet eam Synodum non haberi Romæ, forſan, quia ob eum canonem 5. malè audierat. Immò mihi non parum probatur conjectura Baronij, qui exiſtimat eum canonem adſcititium, & inſertum canonibus hujus Synodi. Videndus tom 4. anno. 393. num. 14.

10 Tertiò probatur eadem forma Grçcorũ. Nam quotquot Grçcorũ Patrum de hoc ſacramento verba fecerunt, ad hanc verborum formam reſpexiſſe videntur; & omiſſis alijs, quorum non eſt exiguus numerus, tres tantum adducam.

Auctoritas S. Aſterij in 7. Synod.

Primus eſt Sanctus Aſterius Epiſcopus Amaſſiæ, cujus authoritatem valde commendat ſeptima Synodus generalis, Actione 4. & 8. ad confirmandum cultũ imaginum, in ſermone, in parabolam de Prodigo, quem in ſua Bibliotheca refert Photius, inter alia hæc habet: *Datur verò Prodigo poſt ſtolam, & annulus, nempe ſymbolum intelligibilis ſignaculi Spiritus Sancti. Vt enim in regeneratione per baptiſmum, & ſtola, & ſignaculum doni ſpiritus Sancti; ita etiam in regeneratione per pœnitentiam.*

olim confirmatio cum bapt. conferebatur.

vocatur Annulus. & quare?

In quibus apertè ponit formã confirmationis, quam dicit dari in regeneratione: quia, ut ſæpe dixi p. præcedenti, hæc duo ſacramenta ſimul conferebantur. & annulum ſacramenti confirmationis appellat ſanctus Aſterius, quæ per anthonomaſiam vocatur *ſignaculum*, eò quod Principes annulo, in quo ſua inſignia habent inſcripta, ſoleant res obſignare.

11 Auct: magna Beſſariõ in Conc. Flor.

Secundus eſt Cardinalis Beſſarion, cujus magna fuit auctoritas in Concilio Florentino ad convincendos Græcos, & uniendos cum Latinis. Is ergò in Tractatu de ſacramento Euchariſtiæ, dum probat quibus verbis conficiatur, laudat presbyteros Latinos, quod optimè norint formas ſacramentorum, addit que: *Noſtri verò* (id eſt) Græci, *ut multa alia, quæ primum apud nos ortum habuerunt, propter calamitates temporum perdidere, ita etiam horum rituum ſunt obliti, quod manifeſtum fiet, ſiquis ad chriſmatis ſacramentum mentem converterit. Etenim ſecunda œcumenica ſynodus verba, quæ ſacrum chriſma perficiunt, tradens in 7. carone, ita*

qui ait Latinos presbyteros præ Græcis fuiſſe inſtructiores in formis ſacramentorum, qui ſuorum rituum erant multùm obliti

ne ita in juit. Obſignantes, hoc eſt, ſanctiſſimo chriſmate eos chriſmantes dicimus, Signaculũ doni Spiritus Sancti. Et hæc verba, ſecundum eos, hoc chriſmatis ſacramentum perficiunt. Hoc idem in cæteris diligens inveſtigator inveniet. Hactenus Beſſarion; quo certè nullus meliùs callere poterat, quæ fierẽt in Eccleſia Orientali circa ſacramentorum adminiſtrationem.

eorum tamen mores optimè callebat Beſſar.

12 Tertius eſt Stanislaus Socolobius, Regis Poloniæ inſignis Theologus, qui cenſuram Hieremię Cõſtantinopolitani è Gręco in Latinum vertit, & annotationibus illuſtravit. In explanatione erroris capitis 3. ejus cenſuræ, in quo habetur hæc forma Græcorum, ſic ſcribit: *Formam hanc verborum ſacramenti confirmationis olim fuiſſe teſtatur Canon 7. concilij Conſtantinopolitani, ſignates, inquit, ſive unctos primum ſancto chriſmate & frontem, & oculos, & nares & os, & aures, & eos ſignantes dicimus, ſignaculum doni Spiritus Sancti. Non diſſimilis eſt tamen ea formula, quâ nunc in Eccleſia utimur, Signo te ſigno Crucis, & chriſmo te oleo ſalutis.* Hæc Stanislaus.

qui Græci etiam ungebant os, nares, oculos, aures.

13 Quartò probatur eadem forma, quia ſi aliquâ ratione dicendum eſſet eam formam non eſſe ſufficientem, maximè, quia veroſimile eſſet eam verborum formam ex malitia à Gręcis immutatam fuiſſe, contra ritum Eccleſiæ Latinæ.

At hoc aſſeri non poſſe, ex multis convincitur. In primis, quia nulla umquam de ea re inter Græcos, & Latinos controverſia extitit.

nec rectè diceris à Græcis formam conf. immutatã.

Deinde, quia in antiquiſſimis libris, & Euchologijs ante multos annos conſcriptis, & quando nondum exortum fuerat ſchiſma Eccleſiæ Orientalis, extat ea forma.

nunquam inter Græcos & Lat. Eccleſ. de hoc fuit cõtroverſ. & ante ſchiſma extitit in libris antiquiſſ.

Rurſus, quia ſi hæc minus fuiſſet ſufficiens forma, & à Græcis adinventa, D. Thomas qui latè in quodam opuſculo errores Græcorum proſequutus eſt, hunc etiam enumeraſſet.

nec D. Th. hujus erroris meminit in ſuo opuſc. de error. Græc.

Item Romani Pontifices Innocentius III. & IV. Gregorius 10. in Concilio Lugdunenſi & Eugenius IV. in Florentino, iſtud minimè tacuiſſent; cum alias res longè minoris momenti Græcis obiecerint, & circa hoc idẽ ſacramentum à Græcis quæſierint cur eorum presbyteri paſſim illud conferant, & ſtatuerint etiam ut chriſma quotannis ſinguli Epiſcopi Græci in ſuis Eccleſijs conficiant in die Cœnæ, niſi voluerint ſervare antiquum eorum uſum, ſecundum quem Patriarcha cum Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuffraganeis, vel Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis ſimul conficiunt; non autem quæſiverunt à Græcis, cur ſub tali forma hoc ſacramentum adminiſtrarent; neque circa hoc aliquid decreverunt. Quod neque Pontifices, neque Concilia ignorabant, cum agerent de Græcorum ritibus examinandis.

nec diverſi PP. & in diverſis Conc. Græcis. quæcũque parva obijcientes hoc tacuiſſent, vetantes ne presbyteri ipſorum paſſim confirmarent, permittentes ut more eorum Patriarcha cum ſuis Epiſcopis, vel Archiepiſc. cum ſuis ſuffraganeis ſimul chriſma conficerent,

Denique accedit Clemens VIII. in Inſtructione, ad reformandos abuſus Græcorum, quã affert Naldus in ſumma, verbo, *Chriſtianus* 1. in quo habentur duo, quæ valde noſtram ſententiam

tiam

tiam confirmant.

Primum, cum ſermo eſt de ſacramento baptiſmi, & prohiberentur presbyteri Græcorum in quibuſdam Italiæ partibus, ubi Epiſcopi Latini reſident, ne amplius ſacramentum confirmationis adminiſtrarent, prohibebātur etiam, ne iſta verba confirmationis, quæ erant in eorum Euchologijs, proferrent, ſed ante illam finirent baptiſmū; & deſignabātur, quæ à presbyteris fieri recitarique poſſent, ex his quæ in eorum Euchologijs continentur. Quod ſi illa verba non continerent formam confirmationis, ſed aliam cæremoniam, curæ fuiſſet, eam prohibere presbyteris; cum notum ſit, baptiſmum tam in Eccleſia Græca, quàm Latina varias cæremonias habere, quæ ab illis negligi non debeant.

Græci alijs cærem: quā Lat. baptizant,

Secundum eſt, ubi agitur de hoc ſacramento, præcipit Clemens dandum eſſe ſub conditione, quando probabiliter poteſt dubitari, quòd ab Epiſcopis Græcis fuerint baptizati, quia illi etiā in baptiſmo confirmationem miniſtrabāt, ut dictū eſt. Quibus verbis in ea inſtructione ſignificatur, quod, ſi certò conſtaret Epiſcopum Græcū adminiſtraſſe confirmationem, tunc nullo modo eſſet repetenda. Ergò valida cenſetur. At Epiſcopi Græcorum nulla alia forma utuntur. Ergò validam eſſe hujuſmodi formam dubitari nequit.

& ſimul cōfirmant: unde ſi baptiſmus ſit dubius, cōfirm. ſub conditione repetenda

aliàs non: quamvis non uterentur alia forma.

Neque quemquam moveat, quòd ibidem in ea inſtructione dicitur, eos confirmandos ſub conditione, *Si non es confirmatus, Ego te ſigno ſigno Crucis, & cōfirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Ideo enim dicit Pontifex Clemens: ſub hac forma confirmandos, quia illi Græci morabantur in partibus Italiæ, & ſub Epiſcopis Latinis; planum eſt autem Latinū Epiſcopū, à quo ſub conditione confirmatio repetebatur, ſub ea forma, quæ eſt in uſu inter Latinos confirmare debere.

Latini autē tenentur uti forma Eccleſ. Lat.

Denique hujus formæ ſufficientia oſtenditur ratione deſumpta ex doctrina Divi Thomæ in hoc artic. 4. Nam ad formam confirmationis tria requirit. Primum; cauſam conferentem plenitudinem roboris ſpiritualis, quę eſt Sanctiſſima Trinitas. Secundum, ipſum robur ſpirituale, quod homini confertur per ſacramentum. Tertium eſt ſignum, quod pugnatori datur, ſicut & in pugna corporali milites inſignijs ducum inſigniuntur.

Sed hæc tria exprimuntur etiā in hac forma Græcorum. Ergo nihil deeſt hujuſmodi formę. Minor probatur, quia exprimitur character, cum dicitur *ſignaculum*, & non ſiletur gratia, quæ confertur in verbo, *Doni*; nec deſideratur in ea forma primarius auctor, cum additur *Spiritus Sancti*, cui ſingulariter attribuitur hæc ſanctificatio, in quo ceteræ divinæ perſonæ propter unitatem ſubſtantiæ comprehenduntur.

& ſi formā Græc. tria requiſita exprimātur, Character per ſignaculum, gratia per, doni, auctor gratiæ per, Spir. S.

Sp. S. ſingulariter attribuitur ſanctificatio, & in eo ſignificatur tota Trinitas.

Sed ut magis explicetur ſenſus formæ Græcorum, objicitur cōtra illam primo. Quia hæc forma, *ſignaculum doni ſpiritus Sancti*, nullum idoneum ſenſum reddit ex

defectu verbi. Vnde non eſt oratio ſignificativa: Ergò non eſt idonea, neque conveniens forma.

Propter hoc argumentum aliqui in hac forma deſiderant verbum aliquod & clariorem ſenſũ. Sed immeritò, nam Patres Concilij Conſtatinopolitani etiam ſine verbo perfectam ſententiam unà cum opere, quod faciebant, illa oratione explicare voluerunt; eſtque non ſecus ac ſi aliquis nummum porrigens pauperi nihil aliud dicat quàm, *En nummum*; eo ipſo intelligitur dari pauperi nummum.

etiam perfectum ſenſum habet cum opere, quod agitur: quamvis verbum non exprimatur; quales multæ ſunt locutiones in profanis & ſacris, Lat. & Græcis.

Similis modus loquendi ſine verbo reperitur apud Lucam in conſecratione calicis: *hic calix novum teſtamentum in meo ſanguine*; ubi Latinus interpres addidit verbum, *eſt*, quod ſubintelligebatur. Hæc certè verba Lucæ reſpiciunt ad ea, quæ Exodi 24 poſita ſunt. *Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit vobiſcum Dominus ſuper cunctis ſermonibus his.* Et hæc verba citàns Paulus ad Hebræs 9. retulit ſine verbo ſubſtantivo. *Hic ſanguis teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus.* Sic ergò Lucas formam conſecrationis calicis ſine verbo protulit, & illa valida eſt. Idem etiam de forma confirmationis dici poteſt.

Legatur cap. 6. epiſtolæ ad Hebręos, in qua, quod eſt in textu Græco, plenum eſt harum locutionum, & alicubi etiam in Latino, quæ, quia multa ſunt, hic non tranſcribimus.

Hujuſmodi etiam locutiones non paucæ ſunt apud Latinos etiam in ritibus, & officijs Eccleſiaſticis, quales ſunt illæ, *Lumen Chriſti, Gloria in excelſis Deo, Gloria Patri, & Filio &c. Benedictio, claritas, & ſapientia, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorũ. Angelus, Archangelus Michael, Dei nuntius pro animabus iuſtis.* Sed de hoc etiam dixi in Tractatu de Euchariſtia, cum agerem de forma conſecrationis.

Secundò obijcitur. Quia in forma ſacramenti debet exprimi actio miniſtri, ut diffinitum eſt ab Eugenio IIII. in decreto de ſacramentis, & ab Alexandro III. in *cap. 1. de baptiſmo, & eius effectu*: At in hac forma, *Signaculum doni Spiritus Sancti*, non exprimitur actio miniſtri, nec etiam in illa, quam refert Conſtantinus, *Conſignet te Deus ſigillo fidei in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti in conſignatione fidei.* Ergò non ſunt formæ ſufficientes.

De materia hujus argumenti, an, ſcilicet, neceſſarium ſit in forma ſacramenti exprimere actionem miniſtri & quomodo? latè diſputatur à Doctoribus in materia de baptiſmo, ſupra quæſt. 66. art. 5.

Nunc breviter dico, in primis certum eſſe id quod in antecedenti ſumitur, exprimendam eſſe actionem miniſtri aliquomodo, ſive implicito, ſive explicito. Quę fuit doctrina Divi Thomæ in eo art. ſi attentè legatur. Nego tamen in his formis ſacramenti confirmationis non ſignificari actionem miniſtri, prout hic, & nunc exercetur, & ſuppoſita inſtitutione Chriſti.

& cùm debeat formâ ſignificari actio miniſtri.

Et de prima forma *Signaculum*

dicendum eſt & iſtud hic fieri;

doni

doni Spiritus Sancti, facilè oſtenditur. Quia, ut rectè Ægidius ſupra quæſt. 66. art. 5. dub. unico, num. 36. formæ ſacramentorum ſunt orationes practicæ, & ſignificant neceſſariò id quod hic & nunc agitur v. g. conferri Gratiam per ſacramentum hic & nunc collatum. Et hoc ipſo quod pronunciamus formam, & ponitur ſimul ritus externus ſacramento eſſentialis, ſignificatur illum effectū conferri per actionem, quæ de facto exercetur.

ſunt enim formæ ſacramentorū orationes practicæ, quæ ſignificant gratiā dari per ſacram. quod exercetur.

qualiter etiam aliæ orat. pract. actionem ſignificant.

Quod in quavis oratione practica verum eſt. Hæc oratio, *Hic liber eſt tuus*, prolata ab eo qui habet poteſtatem, ſive principalem, ſive miniſterialem, idem ſignificat atque iſta oratio, *Do tibi hunc librum*, & conſequenter ſignificat actionem, prout hic & nunc ab iſto procedentem.

unde, ſignaculum doni &c. à confirmante dictum idē eſt ac, Do tibi ſign. &c.

ſicut, En nummum, à porrigente dictum idē eſt ac, Do tibi nummum.

idem quo ad aliam formam, Conſignet te Deus ſigillo fidei &c.

Sic ergò, cum Epiſcopus, qui ſuppoſita Chriſti inſtitutione habet poteſtatem conferendi gratiam roborantem per hoc ſacramentum, faciens cum chriſmate ſignum Crucis in fronte dicit, *ſignaculum doni Spiritus Sancti* intelligitur dicere, *Do tibi ſignaculum doni ſpiritus ſancti*, vel quod idem eſt, *Per hoc ſignum tibi à me impreſſum præbeo Spiritum Sanctum*, ſicut, qui porrigens nummum, dicit pauperi, *en nummum*, idem eſt, ac ſi diceret, *Do tibi nummum* ut ſuprà dicebam. Significatur ergò in hac forma actio miniſtri, & ut procedens à miniſtro.

Difficiliùs eſt idem oſtendere in alia forma, *Conſignet te Deus ſigillo fidei &c.*

Soto in 4. diſt. 3. quæſt. unica, artic. 5. propter hanc formā cenſet non requiri, ut in forma ſacramentorum ſignificetur actio miniſtri, ut procedens à miniſtro: ſed ſufficere, ſi non excludatur ejus actio.

Hæc tamen opinio Soti communiter rejicitur, ſupra quæſt. 66. citata. Et certè, ni fallor repugnat doctrinæ D. Thomæ in eo art. 5. de quo eo loco.

rejectis opinionibus Soti & Vaſquez.

Vazquez in hac quæſt. duo ſibi contraria docet. Nam tomo 4. in 3. part. quæſt. 84. art. 3. dub. 3. num. 10. expreſſè dicit formam deprecatoriam non poſſe convenire ſacramentis baptiſmi, confirmationis, & ordinis; quia miniſter in illis habet rationem ſuperioris, in baptiſmo introducentis in Eccleſiam, in confirmatione deſtinantis militem ad bellum pro fide, in ordine conferentis poteſtatem.

At in 2. tomo in 3. part. diſput. 142. cap. 2. expreſſè docet formam baptiſmi & confirmationis poſſe eſſe deprecativam, qualis eſt hæc forma Græcorum, *Conſignet te Deus*, quia in ea additur aliquid quo denotatur actio miniſtri, ſcilicet, *ſigillo fidei*, quo verbo denotatur actio miniſtri ſigillantis, quaſi dicat, *hoc ſigillo fidei ſuæ*. Unde addit Vazquez verba illa, *In nomine Patris, &c.* non referenda eſſe ad illa verba *ſignet te Deus*, quia eſſet ſenſus ineptus; ſed ad illa *ſigillo fidei, quod*, ſcilicet, *tibi à me exhibetur in nomine Patris, & Filij & ſpiritus ſancti.*

dicendum eſt

Omiſſa autem ea aperta contradictione, & ad id, quod ad præſens facit, attendens dico

non præciſè quia dicitur in ea, Sigillo fidei aut quia huc referuntur, In nomine &c. ſed quia dicitur, Conſignet te Deus &c.

non eſſe neceſſarium ad ſignificā-dam actionem miniſtri recurrere cum Vazquio ad illa verba *ſigillo fidei*; nec etiam ad legitimum ſenſū formæ neceſſe eſt ut illa verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* referantur ad illa verba: *conſignet te Deus*.

Quod ſatis declarat Ægidius loco citato. Eadem enim verba, in diverſis circumſtantijs prolata diverſa ſignificant; v. g. ſi ſint in hoc cumulo libri diverſorum dominorum, Petro cupienti ſcire quinam ſint ſui, dicam ego, *Iſte liber eſt tuus*, non indico me illi donare librum: At ſi omnes illi eſſent mei, eiſdem verbis planè ſignifico me illi donare librum. Item ſi quis à Rege poteſtatem haberet vel ſupplicio afficiendi, vel liberos dimittendi reos: ſi alicui diceret, *Princeps remittit tibi ſupplicium*, apud eos qui eam poteſtatem noverunt, idem eſt ac ſi diceret, *Ego nomine Principis remitto tibi ſupplicium*.

eadem quippe verba in diverſis circumſtantijs diverſa ſignificant

Cum ergò certum ſit ſuppoſita inſtitutione Chriſti miniſtros habere poteſtatem acceptam à Deo conferendi Gratiam per ſacramenta, idem eſt dicere *Conſignet te Deus*, ac dicere, *Ego te conſigno poteſtate accepta, in nomine Patris, & Filij, & Sp. Sancti*, vel *Deus te conſignet per me eius miniſtrum, vel per ſigillum, quod tibi imprimo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti*.

& idem eſt ac ſi diceretur, Ego te conſigno &c. ſi proferatur à miniſtro habēte poteſtatem à Chriſto.

Conſtat ergò in his formis ſufficienter exprimi actionem miniſtri, etiam pro ut ab eo prodeuntem; & ideo ex hoc capite non eſſe reijciendas. An autem in forma pœnitentiæ ſufficiat dicere illa, *Abſoluat te Deus*. ſuo loco dictum eſt.

CAPVT VLTIMVM.

Quæ ſit forma confirmationis apud Latinos? & quæ ſint illi eſſentialia?

SVMMARIVM.

Proponitur forma confirmationis apud Latinos, in num. 1.

Non eſſe eſſentiale quod proferatur per modum indicativi ſed poſſe etiam proferri per modum imperativi, & optativi, num. 2.

Oppoſitum ſentit Vazquez, ſed refellitur, num. 3.

Non eſſe eſſentiale quod exprimatur nomen Crucis, n. 4.

Oppoſitum ſentit Suarez, ſed reijcitur, num. 5.

Non eſſe eſſentiale, quod ponantur illa verba, chriſmate ſalutis, num. 6.

Non eſſe eſſentialem geminationem illorum verborum, ſigno, & confirmo. num. 7.

Oppoſitum ſentit Suarez cum alijs, ſed reijcitur eius ratio, num 8.

Non eſſe de eſſentia diſtinctam invocationem Trinitatis num. 9.

Oppoſitum ſentiunt alij, ſed eorum argumentis fit ſatis, num. 10. 11. 12.

Eſſe neceſſarium ex præcepto exprimere ea omnia, quæ continentur in Latinorum forma, nu. 13.

QVod ad primum attinet, certiſſimum eſt formam ſacramenti confirmationis, quæ in Eccleſia Latina recepta eſt, hanc eſſe, *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti*. 1

1 forma Latinorum valida, &

Hanc formam ponit Concilium

lium Florentinũ in decreto Eugenij IIII. & eam vetuſtiſſimam eſſe colligi poteſt ex his quæ habet Ambroſius, *de his qui initiantur myſterijs cap.* 7. ibi; *ſignavit te* DEUS *Pater, confirmavit te Chriſtus Dominus & dedit pignus ſpiritus in cordibus tuis.* In hac etiam forma explicatur cauſa principalis effectus confirmationis, ſcilicet, Sancta Trinitas, effectus ipſe, qui eſt robur ſpiritus, & ſignum militiæ, quod eſt character.

Vetuſtiſſima

explicat cauſſam principalẽ effectus, SS: Trin. effectum, ſcil. robur, ſignum militiæ, characterem: &, tametſi proferretur indicativè, imperativè, optativè, deprecativè, actionẽ miniſtri,

Sed videndum ſupereſt, *quæ ſint eſſentialia in hac forma, qua utitur Eccleſia Latina.*

Quod quidem ſuppoſitis his quæ dicta ſunt cap. præcedenti de forma Græcorum; non eſt difficile colligere.

Primò ergò colligitur non eſſe eſſentiale, quòd forma proferatur per modum indicativi, ſcilicet ut *confirmo*; ſed poſſe proferri per modum imperativi, & etiam optativi, & deprecantis, *ſignet te Deus ſigno Crucis,* aut, *Confirmet te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filij* &c. Iam enim oſtẽdi ſupra cap. præcedenti etiam ſub hac forma deprecatoria ſignificari actionem miniſtri; & rectè poſſe illi formæ adaptari illa verba, *In nomine Patris &c.* In hoc ſentit nobiſcum Enriquez lib. 3. ſummæ cap. 2 cap. 5.

Contra hanc illationem ſenſit Vazquez, ſibi contrarius tomo 4. loco citato cap. præcedenti ea ratione commotus. Quia in confirmatione Epiſcopus ſe habet, ut ſuperior, qui & deſtinat & ſignat militem in bellum pro fide: Sed, cum forma profertur per modũ deprecantis, non ſe habet ut ſuperior; Ergò nõ poteſt proferri forma confirmationis deprecatoriè.

Sed hæc ratio facilè diſſolvitur ex dictis c. præcedenti in ſolutione ſecundæ objectionis. Quia etiam ſi dicatur per modum deprecantis, ſe habet Epiſcopus ut ſuperior: Quia ſuppoſita inſtitutione Chriſti, per quam Epiſcopus eam poteſtatem habet, idem eſt *Conſignet te Deus ſigno Crucis,* ac dicere, *Auctoritate Dei & poteſtate ab illo accepta te conſigno,* ut explicui exemplis.

quam tunc etiam confirmans pronuntiaret ut ſuperior Suppoſitã enim inſtitutione Chriſti idẽ eſt ac, Te conſigno &c.

Secundò colligitur, expreſſionem illam Crucis non eſſe eſſentialem; ſed valere ſi dicatur *ſigno te, & confirmo te, &c.* Quia in forma Græcorum, in qua certum eſt omnia eſſẽtialia contineri, non exprimitur ſignũ Crucis. Sufficit ergò formã ſignificari auctoritatẽ miniſtri, & illud *ſignandi* determinatur ad ſignum in forma Crucis formatum. Sentit nobiſcum Eſtius in 4. diſt. 7. §. 10. favet Gamacheus in hac q. cap. 5. 4

in hac non eſt eſſentiale, exprimi ſignũ crucis in actu ſignato: at

Cum autem dicimus vocem illam, *ſigno Crucis,* non eſſe neceſſariam, ſic intelligimus, quod non ſit de eſſentia formæ, quod ponatur explicitè determinate: ſed ſatis eſſe, quod explicitè, vel implicitè ponatur. Unde & cum explicitè ponitur ad eſſentiam pertinet, quia neceſſariò continebatur implicitè, non ex vi verbi, *ſigno,* abſolutè poſiti; ſed quatenus determinatur per ipſam unctionem, & materiam.

ſufficit implicitè poni & in actu exercito: ſi verò primo modò fiat, expreſſio eſt pars eſſentiæ;

Hoc enim obſervandum eſt in omni forma ſacramentorum; ut verba, quæ expreſſè adduntur,

& ex

& ex vi verborum eſſentialium in eorum ſignificatione continebantur neceſſariò implicitè, cum explicitè ponuntur, reddant eundem ſenſum, & eandem præciſè ſignificationem, quæ ad effectum ſacramenti operatur, & ex conſequenti pertineant ad ejus eſſentiam.

reddit enim eundem ſenſum, quem 2. & eſt commune omnibus implicitè contentis, dum exprimuntur: ſic in pœnit. vox, Ego, includitur in voce, Abſolvo: &, à peccatis tuis; quæ ſi exprimãtur, ad eſſentiã ſpectant.

Exemplum ſit in forma pœnitentiæ, *Ego te abſolvo à peccatis*; in voce *abſolvo* neceſſariò includitur *Ego*. Quare, cum exprimitur, ad ſubſtantiam pertinet formæ. Similiter etiam includitur *à peccatis tuis*, non ſecundum quod verbum *abſolvo* abſolutè ponitur, ſed ſecundum quod modificatur per confeſſionem. Quia cum in confeſſione petatur abſolutio, & non à vinculis corporis, ſed peccatorum; ideò cum dicit Sacerdos *Ego te abſolvo*, & abſolutio debeat eſſe ab aliquo vinculo, intelligitur ex vi verbi, & judicij hujus, & ſententiæ, *à peccatis*, & ita eadẽ forma manet, ſive illud, *à peccatis*, exprimatur, ſive non. Quia ſi non exprimatur, neceſſariò includitur ut explicatum eſt, ſi exprimatur, non redditur novus ſenſus.

Sic ergò in præſenti Philoſophandum eſt, eamdem eſſe formã confirmationis, ſive illud, *ſigno crucis* exprimatur, ſive ſecus. Quia implicitè continetur; & ſi exprimatur, ad eſſentiam pertinet, & nihil de novo additur, ſed ſolùm differunt penes explicitum, & implicitum.

differunt verò tantũ penes, implicitè & explicitè.

5 Sed contra illationem hanc ſentit Suarez diſp. 33. citata, ſectione 5. ſequitur Ægidius in hoc art. Enriquez dicto lib. 3. cap. 2. num. 5. Valentia puncto 3. citato, Puteanus dubitatione 6. Sylvius in hoc art. qui dicunt neceſſarium eſſe neceſſitate ſacramenti exprimere in forma ſignũ Crucis. Et Suarez hanc pro ſe rationem affert, quòd expreſſa Crucis mentio valde conſentanea ſit effectui hujus ſacramenti; quia eſt ipſum ſignum militare, quo confirmandus inſignitur; & ut magis ipſius menti imprimatur, & ut explicitè proteſtetur.

ſed quia crux eſt ſignum militare quo confirmatus inſignitur,

Sed hæc ratio convincit quidẽ unctionem ipſam debere in forma Crucis fieri, & debere etiam contineri in forma ſivè implicitè ſive explicitè: at non cõvincit neceſſariã expreſſionẽ Crucis. Quare ſatis eſt implicitè contineatur; cõtinetur autẽ implicitè neceſſariò, eo quod verbum illud *ſigno* determinatur ad ſignum Crucis, ut explicatum eſt.

debet unctio in forma crucis fieri, & in forma contineri explic. vel implic.

Tertiò colligitur non eſſe ſimiliter de eſſentia formæ confirmationis, quod exprimatur, *Chriſmate ſalutis*. Nam in verbo illo, *ſigno te*, & *confirmo*, in his circunſtantijs modificato continetur neceſſariò unctio cum chriſmate. Quare eodem modo Philoſophandum eſt, ac de illis verbis *ſigno Crucis*; 6

idem dicendum de vocibus, Chriſmate ſalutis,

Et confirmatur exemplo baptiſmi, & ſacræ unctionis. Quamvis enim neceſſaria ſit aqua, & oleum; non tamen neceſſarium eſt dicere, *baptizo te in aqua*, aut *per iſtam ſanctam unctionem olei*: Ergo etiam in præſenti non eſt neceſſarium exprimere materiam remotam chriſmatis.

& de voce aqua in baptiſ:

Et idem convincitur ex forma Græcorum jam conſiderata in

qua

eſt particula non ponitur diſtinctè. Et denique idem etiam convincitur ex libro Rituali, qui inſcribitur Ordo Romanus, cujus verba ſtatim dabimus.

Nihilominus tamen contra illationem hanc ſentiunt Suarez, Ægidius locis citatis, & alij; ſed non afferunt rationem aliquam, qua veroſimilem eam ſententiam reddant.

7 idem de alterutro horum, Signo te, vel, confirmo: quorum unum ſufficit: Quartò colligitur non eſſe de eſſentia formæ Geminationem illorum verborum *ſigno te*, vel *confirmo te*, ſed ſufficere, vel *ſigno*, vel *confirmo*. Ita Gamachæus loco citato, Laiman tract. 3. citato cap. 3. & alij.

cum alterutrum habeatur ſolum in formis græc. Cõſtantini, Moveor in primis, quia in forma Græcorum, de qua ſuprà, tantum habetur vox, *ſignaculi*, ſine verbo confirmationis.

Præterea, quia in ea forma, quam refert Conſtantinus in ſuo Edicto, tantùm habetur verbum *ſignandi*, *ſignet te Deus ſigillo fidei &c.*

ordinis Romani libri vetuſtiſſ. Et denique quia in libro, qui inſcribitur Ordo Romanus, & antiquiſſimus eſt, in quo ponuntur omnes Cæremoniæ & ritus ſervandi in officijs Eccleſiaſticis, & adminiſtratione ſacramentorũ cum de hoc ſacramẽto agitur, hæc tantùm habentur pro forma, *Confirmo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Ergo non non eſt neceſſaria illa expreſſa Geminatio verbi, ſed unum in altero includitur.

Sed reſpondet Suarez in oratione pro confirmandis ante verba citata dici ab Epiſcopo, *Conſigna eos Domine ſigno Crucis*, quæ verba pertinent ad formam, & non immutant ſubſtantialiter illam, quam aſſignat Concilium Florentinum.

Sed hæc ſolutio nullius eſt momenti, nec adhiberi potuit, niſi ab homine, qui non legit locum ex veteri Ordine Romano, ubi hæc habentur. *Primò Pontifex poſt miniſtratum baptiſmum venit ad infantes & Archidiaconus tenet chriſma, & pontifex elevata manu ſuper capita omnium, dicit orationem, cum invocatione ſepti-formis Gratiæ ſpiritus Sancti.* Cujus orationis ultima verba hæc ſunt: *Adimple eos ſpiritu timoris tui Amen: Conſigna eos ſigno Crucis Chriſti in vitam propitiatus æternam Amen.* Et ſtatim ſubjungitur in eodem Rituali. *Oratione expleta, interrogantibus diaconibus nomina ſigulorum, pontifex tincto pollice in chriſmate, facit crucem in frontibus ſingulorum, ita dicendo: Confirmo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Hæc ibi. in quo habetur hic ritus, ut Archidiacon teneat Chriſma, Epiſc. elevata manu ſuper capita confir: oret: inde, Diacon. horum nomina inquirat: tandem Pont. confirmet

Ex quibus apertè conſtat hæc ultima verba orationis nullo modo pertinere ad formam confirmationis.

Tum, quia ſuper omnes confirmandos ſimul dicuntur & ſemel, neque repetuntur pro ſingulis; forma autem toties repetitur, quoties applicatur materia. & quamvis orationes illæ ſimul & ſemel ſuper omnes conf. dicãtur, & nihil tunc materiæ adhibeatur: tamen forma toties, quoties ma. explicatur.

Tum etiam, quia cum illa orationis verba proferuntur, nihil materiæ applicatur, at forma ſacramenti in Eccleſiæ uſu ſemper conjungitur cum applicatione materiæ. Verba ergò præciſè pertinentia ad formam ſunt illa *Confirmo te.*

Contra hanc illationem ſentit Suarez loco citato: item Ægidius,

dius, & Petigianus in 4. diſt. 7. quæſt. 1. artic. 7. & alij, non alia ratione commoti, niſi quia hæc duo verba non videntur ſynonyma, & ex conſequenti diverſa ſignificant, & referuntur ad diverſos effectus. Ergo neceſſariò exprimenda ſunt.

& licet ſecundum ſe non ſint ſynonima; hic & nunc tamen idem ſignificant,

Sed hæc ratio nullius momenti eſt. Admittimus enim ſecundum ſe non eſſe iſta verba ſynonima: dicimus tamẽ in præſenti pro eodem ſumi, & ſignificare eundem effectum. Idem enim eſt, *ſigno te ſigno crucis*, cum reipſa formatur Crux cum chriſmate, & illud, *Confirmo te Chriſmate ſalutis*.

differunt autem penes magis & minùs explicitum, & ſignificant, Robur &c.

Solùm ergò differunt ſecundum magis aut minùs explicitum, & utroque verbo ſignificatur robur quod per Crucem accipitur ad non erubeſcendam Crucẽ Chriſti: quod ſufficit, ut ſint ſynonyma.

9 *de eſſentia etiam formæ conf. non eſt diſtincta invocatio SS. Trin. cum in forma Græcorum non exprimatur;*

Vltimò colligitur diſtinctam invocationem trium perſonarum non eſſe de eſſentia formæ ſacramenti confirmationis. Sic ſentit Eſtius §. 11. citato.

Ad id aſſerendum illud mihi unicum fundamẽtum eſt, quod in forma Græcorum non exprimatur Trinitas: oſtendimus autem eam formam ſufficientem eſſe: Non ergò eſt de eſſentia, cum exprimitur in forma, quâ utuntur Latini.

10 Contra illationem hanc ſentiunt ex antiquis Alexander 4. part. quæſt. 9. membro 2. art. 2. §. 3. & Recentiores ferè omnes, ita ut neceſſe non ſit Doctores referre.

quamvis enim exprimatur in Florent. Conc. inde tamẽ haud convincitur, eſſe de eſſentia: niſi aliud adſit, v. g. perpetua & inviolata traditiõ,

Moventur 1. Quia Concilium Florentinum in decreto Eugenij in forma hujus ſacramenti exprimit Trinitatem perſonarum.

Verum ex eo decreto nequit probari eſſe eſsẽtiale quidquid ponitur in formis ſacramentorũ, niſi aliud addatur, ſcilicet, perpetua traditione Eccleſiæ id ſemper retentum ut eſſentiale, abſque mutatione, aut diſpenſatione ulla.

ut eſt quoad benedictionem Chriſmatis ab Epiſcopo,

Sic enim nos ſupra capit. 3. & 4. oſtendimus, benedictionem Epiſcopi eſſentialem in chriſmate, quod eſt materia hujus ſacramenti, quia & exprimitur ab Eugenio IIII. & perpetua traditione ſine mutatione ulla, vel diſpenſatione receptum eſt in Eccleſia, quod ab Epiſcopo tantùm benedicatur chriſma confirmationis.

quæ non invenitur de hac invocatione:

At non ſic contingit in præſenti, cum habeamus formam Eccleſiæ Orientalis ab antiquiſſimis temporibus Concilij ſecundi Generalis uſque ad noſtra tempora receptam, in qua non invocatur expreſsè Trinitas perſonarum.

quia aliàs etiam eſſet de eſſentia ordinis,

Et aliàs eodem argumento probaretur in forma ſacramenti ordinationis eſſe eſſentialem triũ perſonarum mentionem; quia in eodem decreto Florentino, cum agitur de ſacramento ordinis dicitur. *Forma Sacerdotij talis eſt; Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro vivis, & mortuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & ſic de aliorum ordinum formis.* Et tamen conſtans & indubitata omnium Doctorum ſententia eſt in

quod eſt falſum.

forma

forma ſacramenti ordinis non eſſe neceſſariam expreſſionem Trinitatis.

11 confirmatio eſt perfe-ctio baptiſmi.

Secundò moventur, quia ſacramentum hoc eſt quædam perfectio baptiſmi, & ideo in forma utriuſque ſacramenti fit expreſſa mentio Trinitatis. Ergò, ſicut in forma baptiſmi eſt eſſentialis hæc expreſſa mentio Trinitatis, ita etiam in forma iſtius ſacramenti.

Reſpondet Eſtius hoc eſſe diſcrimen inter baptiſmum, & alia ſacramenta, quòd in baptiſmo operetur invocatio Trinitatis, non autem aliqua poteſtas miniſtri per conſecrationem accepta, ſicut in alijs ſacramentis quæ neceſſariò certum & determinatum requirunt miniſtrum; in quibus proinde Trinitatis invocatio non eſt neceſſaria, ſicut in baptiſmo; ſed ſatis eſt ad hoc ut ratum ſit ſacramentum, ſi illius poteſtatis actus circa ſuſcipientem exprimatur.

in quo Invocatio SS. Trin. eſt neceſſaria.

Sed diſcrimen hoc non ſatis intelligo. Inquiro enim ab hoc Auctore, quomodo in baptiſmo operetur invocatio Trinitatis?

quæ inſtrumentaliter concurrit ad effectum ût verba formæ aliorum ſacr.

Aut enim intelligitur operari effectum baptiſmi, qui continetur in forma, & verba formæ concurrunt inſtrumentaliter ad effectum. At hoc comune eſt etiam alijs formis ſacramentorum, ſive invocetur Trinitas, ſive non, ſcilicet, quod verba formæ producant effectum.

& SS. Trin. tanquam principalis auctor:

Aut intelligitur operari Trinitas tamquam præcipuus Auctor ſacramenti. Et ſic in omni ſacramento operatur effectum Gratiæ ut principalis auctor. Et nihilominus explicandum ſuper eſt, quare in una forma exprimatur Trinitas, & non in alia?

cujus miniſter validus non requirit conſecrationem: ut nec matrimonij:

Deinde inquiro quo ſenſu dicat non operari in baptiſmo miniſtri poteſtatem?

Si enim tantùm velit miniſtrum baptiſmi non exigere conſecrationem; fatemur: ſed neque etiam ſacramentum matrimonij requirit; & nihilominus in forma matrimonij non exigitur invocatio Trinitatis.

qui, ſicut & aliorum ſacr. ſunt inſtrum. cauſæ gratiæ; in alijs tamen requiritur conſecratio.

Adde etiam quem libet miniſtrũ ſacramẽti habere poteſtatem inſtrumentalem ad conferendum effectum; Ergo in hoc omnes miniſtri ſacramentorum conveniunt, ſolumque diſcrimen erit ad quædam ſacramenta ſpeciales qualitates requiri in eorum miniſtris, quæ non requiruntur in miniſtris aliorum; omnes tamen operantur inſtrumentaliter effectum ſacramenti per poteſtatem acceptam à Deo ad illum conferendum.

12 Invocatio autem SS. Trin. eſt neceſſaria ex Chriſti inſtit. per Eccleſiam nobis innoteſcente in Bapt. non Conf.

Quare dicendũ eſt, rationẽ hujus, cur in baptiſmo ſit neceſſaria invocatio Trinitatis diſtincta, nó autem in confirmatione, petendã eſſe ex inſtitutione Chriſti, quę nobis per Eccleſiam innotuit.

In baptiſmo requiritur, quia ſic Eccleſia ſemper intellexit; in confirmatione verò minimè, cum videamus in forma recepta in Eccleſia Græca, & approbata non contineri.

Cujus diſparitatis ratio eſt, quia in Bapt. intratur in Ec-

Congruens autem ratio hujus eſt, quia in baptiſmo intramus in Eccleſiã per Trinitatis confeſſionẽ, quæ eſt primũ fundamentũ & radix aliorum myſteriorum, ſi

dei: in confirmatione datur robur ad proteſtandam univerſam fidem; robur autem hoc accomodatur Spiritui Sancto, ut Chriſtus ſæpe diſcipulis teſtatus eſt, cum illis Spiritum Sanctum promiſit; & ideo ſatis eſt, ſi ejus mentio fiat, & ibi implicitè tota Trinitas, intelligatur.

eleiiam per Trin. confeſſionem quę eſt omnium myſteriorum fidei radix, & Confirmat. datur Robur &c. quod accōmodatur Spiritui S.

Illud denique addendum eſt, quamvis exprimere ea quæ diximus hactenus in forma confirmationis, non ſit neceſſarium neceſſitate ſacramenti; at eſſe neceſſarium neceſſitate præcepti, & peccare mortaliter in Eccleſia Latina omittentem, propter praxim Eccleſiæ noſtræ. Et hæc de forma.

qui tamen aliquid dictorū omitteret in Eccleſia Lat. peccaret mortaliter, idque ob praxim.

PARS TERTIA.

De effectu ſacramenti confirmationis.

CAPVT. I.

An ſacramentum confirtionis imprimat characterem indelebilem?

SVMMARIVM

Quid agendum, num. 1.
Error quorundam aſſerentium iterari confirmationem poſſe, num 2.
Proponuntur fundamenta num. 3. 4. 5. 6.
Confirmationem non eſſe iterabilem, veritas catholica eſt. Prima probatio ex Concilijs, num. 7.
Secunda probatio ex Pontificibus, nu. 8.
Tertia ex Patribus, num. 9.
Quorumdam probatio ex Paulo ad Hebræos, num. 10.
Ratio pro eadem veritate, num. 11.
Satis ſit fundamento deſumpto ex Concilio Generali, num. 13.
Et ex Patribus Græcis Baſilio & alijs num. 13.
Et ex quodam Græco Rituali. Quæ ſit eius auctoritas. Chriſmationem non ſacramentalem in uſu fuiſſe, nu. 15.
Et ex ratione, num. 15.

SVpponimus ex materia de ſacramentis in genere, ea omnia, quæ de charactere in cōmuni, & ejus natura dici ſolent, quę communia ſunt alijs ſacramentis, quæ repeti non poſſunt. Solùm ergò quærimus, 1

An ſacramentum confirmationis ſit ex his, quæ imprimunt in anima characterem indelebilem, & ideo repeti, aut iterari non poſſit?

Inter Græcos fuerunt nonnulli ex antiquis Patribus, qui hoc ſacramentum iterarunt, ſi eſſet ab hæreticis collatum. Exſtimabant enim hæreticos non poſſe conferre gratiam, qua ipſi carebant. 2

olim à quibuſdam Græcis iteratum, ab hæreticis ante collatum.

Cujus erroris dux in Africa extitit Agrippinus Epiſcopus Carthaginenſis Beati Cypriani prędeceſſor quem ſecutus eſt B. Cyprianus, & ex Græcis in Aſia Firmilianus Archiepiſcopus Neocæſarienſis teſte Baſilio, qui hæreticos rebapti-

quod putarent hæreticos invalidè conferre;

rebaptizabat, & confirmabat.

ex quo etiam quidã rebaptizabant,

Alios autem antiquos Patres Græcos, qui pro hoc errore referri poſſunt, explicabo infra.

at poſteriores, hæreticos quoſcũque, etiam ante confirmatos revertentes per Confir. reconciliãt;

Poſteriores autem Græci id in more habent, ut quoſcumq; hęreticos, ſive in hæreſi natos, & educatos, ſive in hæreſim lapſos per ſacramentum confirmationis reconcilient, etiamſi in hæreſi, vel ante confirmati ſint. Vnde Harmenopolus in ſuo compendio canonum, dum recenſet canonẽ 47. Apoſtolorum, in ſcholijs ad eum canonem inquit, ibi prohiberi quidem baptizatum rebaptizare, non tamen unguento iterum ungere. Exiſtimavit itaque non quovis, ſed hæreſis peccato characterem confirmationis deleri; & ideo iterandam eſſe.

putãt enim hæreſi deleri characterem,

In eodem etiam errore fuit inter Græos Iob Monachus, in tractatu de ſacramentis Græcorum; ubi ſolum baptiſma ſingulariter abſolui dicit, reliqua verò ſacramenta iterari, & eos qui vel improba voluntate, vel ignavia vel vi cruciatuũ lapſi fidẽ Chriſti negarunt, iterum divino unguento ungendos eſſe; & idem faciendum in his ex quacumque hæreſi ſe convertunt.

ſicut quacumq; negatione fidei:

In eodem etiam errore verſatus eſt Nicolaus Cabaſilas, qui in ſecunda oratione de Vita in Chriſto, multum laborat in explicando, *Cur confirmatio, non autem baptiſmus iteretur?*

& quidam, confirmatione non imprimi, piè tamen hoc credi.

Et denique ex Græcis Gabriel Philadelphienſis dicit baptiſmũ tantùm, & Sacerdotiũ imprimere characterem; ſententiam autem Latinorum, quod confirmatio imprimat characterem, dicit piè & rectè aſſeri, hoc eſt, opinionem eſſe piam, quæ poſſit defendi.

3 tametſi interim Eccleſia quoſdam jubeat hæreticos recipi per confirmationem:

Fundamenta horum hæc poſſunt eſſe. Primum deſumitur, ex canone 7. Concilij ſecundi Generalis, in quo recenſentur non nulli hæretici, qui, ſi ad Eccleſiam revertantur, reconciliari jubentur per confirmationem, non quidem per baptiſmum. Ex quo fieri videtur illos non rebaptizari; at iterum confirmari, cum in Eccleſia Græca utrumq; ſacramentũ ſimul adminiſtraretur.

4 quod aliqui patres docere videntur:

Secundum fundamentum ſumitur ex Patribus, qui videntur confirmationis repetitionem docere. S. Baſilius in epiſtola Canonica ad Amphilochium, canone 1. & 47. inquit: *Omni ratione ſtatuatur, ut qui cum baptiſmate illorum ad Eccleſiam ſe adiungunt, à fidelibus inungantur & ſic ad myſteria noſtra accedant.* Quo loco, cum dubius eſſet Baſilius de admittendo hæreticorum baptiſmo, & de rebaptizandis his, qui ab hæreſi veniunt, non tamen dubitat de repetenda confirmatione.

ſed quorum aliqui dicebant ab hæreticis collatam eſſe nullam;

Baſilio adjungi poſſunt complures Patres & ſummi Pontifices, qui, confirmationem ab hæreticis collatam iterandam eſſe, docere videntur; & quidam ex eis dicunt illam confirmationem non eſſe ratam, & ex conſequenti indicant nulliter fuiſſe collatum ejuſmodi ſacramentum.

5 & rituale Græcorum,

Tertium fundamentũ eſt, quod deſumitur ex auctoritate Ritualis Græcorum per totam Græciam ab omnibus recepti. In Euchologio enim Græco extant non-

nonullæ orationes reconciliatrices eorum, qui fidem deſeruerunt, quæ dicuntur additæ à quodam Methodio Patriacha Conſtantinopolitano.

Extat enim ibi modus recipiẽdi Chriſtianiſmi deſertores, ſi quando ad fidem Catholicam redire contingat: & inter alia dicitur ungendũ eſſe cõverſum ũnguento baptiſatorum inſtar, & illis precationibus peractis, quando ponitur modus unctionis, & & in quibus partibus ungi converſus debeat, recitatur forma hujus ſacramenti. Ex quo Rituali Græci hoc tempore deſumſerunt eam conſuetudinem hoc ſacramentum repetendi.

6 & congruẽs ratio ſuadere; ſecundum quam Bapt. dat eſſe ſpirituale, confirmatio motum, Euch. conſervationẽ,

Vltimum denique fundamentum ſumitur ex ratione, vel congruentia quadam. Quia per baptiſmum habemus eſſe ſpirituale, & per confirmationem motum, & uſum hujus eſſe ſpiritualis: per Euchariſtiam verò, illud nos con ſervare. Vnde his tribus ſacramentis applicari poteſt, quod dixit Paulus, *In ipſo vivimus, movemur & ſumus.* Vivimus per Euchariſtiam, movemur per Confirmationem, ſumus per baptiſmũ.

Ex qua conſideratione ſic philoſophantur. Baptiſmus dat bonum, hoc eſt, potentiam quandam, immediatè à Deo in anima impreſſam, quam deſtruere, non eſt in noſtra poteſtate. Vti autem, vel non uti ea potentia, quæ eſt in anima impreſſa, ſitum eſt in noſtra poteſtate, quemadmodum poſſumus aperire oculos, vel claudere. Cum ergò per infidelitatẽ hic motus amittatur, repetitur unctio, qua illius potentiæ actio amiſſa comparatur; chriſma enim omnem motum, uſum, & actionẽ in nobis efficit.

His tamen non obſtantibus veritas Catholica eſt, Sacramentum confirmationis imprimere characterem indelebilem, & ideo iterari, aut repeti non poſſe. 7 veritas nihilominus eſt, imprimere characterem, & iterari non poſſe; ut conſtat ex Conc:

Hæc veritas probatur imprimis auctoritate Conciliorum. Conſtat enim ex Concilio Tarraconenſi 1. canone. 6. citato à Gratiano in c. *dictum eſt de conſecratione, diſt.* 5. & Ibone lib. 1. decretorum, in quo canone dicitur confirmationem, ſicut & baptiſmum minimè iterari debere. Conſtat etiam ex Concilio Cabilonenſi ſecundo, canone 22. ex Toletano VIII. ubi dicitur ſanctum chriſma avelli non poſſe. & ex Gregorio III. in epiſt. 4. ad Bonifacium, & habetur in cap. *de homine, de conſecratione diſt.* 5. Sed apertè definita eſt in Conc. Florent. in decreto Eugenij IIII. in quo dicitur hæc tria ſacramenta, baptiſmum, confirmationem, ordinem, quia characterẽ imprimunt non eſſe iteranda. Et tandẽ in Tridentino, ſeſſione 7. de ſacramentis in genere, canone 9.

8 & Pontificibus, à quibus vocatur ſignũ infrangibile, ſicut ab alijs, indelebile,

Secundò conſtat eadem veritas ex Summmis Pontificibus. 1. ex Clemente Romano lib. 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 16. ubi vocat ſacramentum hoc *ſigillum infrangibile*, quod idem videtur cum eo quod à Doctoribus dici conſuevit *ſignum indelebile.* Secundò ex Gregorio I. lib. 12. epiſtolarum epiſtola 31. ubi confirmationẽ, & baptiſmum non ſinit iterari, niſi quando neque

ſcripto,

ſcripto, neque teſtibus facta probari poteſt. Tertio ex Gregorio III in dicta epiſtola, ad Bonifacium, qui iterationem hujus ſacramenti prorſus prohibet. Quarto ex Innocentio III. in cap. *Paſtoralis de ſacramentis non iterandis*.

& Patribus, qui dicunt hoc iterari non poſſe:

9 Tertiò eadem veritas conſtat ex Patribus. 1. ex Cypriano, vel Auctore Sermonis de ablutione pedum; ubi, ex natura conſecrationis argumento deſumpto, oſtendit inter alia, ſacramentum hoc iterari non poſſe.

eius characterem manere poſt mortem: Confirmat: ſimilitudine deſumpta ab ove ſignata, & cruenta poſtium unctione in Ægypto, vocando conſervativam:

Ex ex Nazianzeno, qui Oratione in ſanctum baptiſma, ſignaculum, quod chriſmate imprimitur, clariſſimè dixit manere poſt mortem, atque adeo eſſe indelebile, ibi, *Ovis, quæ ſigillo inſignita eſt, non facile patet inſidiis: quæ verò ſignata non eſt, facilè à furibus rapitur, & vita functo res eſt accommoda, quæ ſepulturam comitatur.* Præterea cruentam illam unctionem poſtium in Ægypto accommodat Nazianzenus chriſmati: quia ſicut poſtes ſanguine tincti ſunt, & conſignati; ita baptizatus ungitur chriſmate, & veluti ſigillo Regio cõſignatur. Vnde utramq; unctionem appellat Nazianzenus *Conſervativam*: quod nomen cõfirmationi convenire non poſſet, ſi aliquo peccato deleretur.

Tertiò ex S. Baſilio, qui eamdem doctrinam habet in Adhortatione ad baptiſmum, & eadem conſideratione, & comparatione, & verbis ferè utitur.

& à nota militari, ſignum manifeſtativũ,

Quartò ex Chryſoſtomo homilia 3. in 2. epiſtolam ad Corinthios, in fine digreſſionis moralis, ubi agens de confirmatione inquit: *quemadmodũ enim nota quædam militibus*, ita fidelibus quoque Spiritus *imponitur, quo fit, ut ſi ordinem deſeruerit, omnibus perſpicuus fiat.* Non poſſet eſſe perſpicuus ex ea nota, ſi in deſertore militiæ Chriſti deleretur. Dicit autem Chriſoſtomus hanc notam in baptiſmo imprimi, quia juxta Græcorum morem, ut ſæpe monuimus, ſimul baptiſmus & confirmatio conferebatur.

quod cùm bapt. imprimitur juxta morē Græcorum

& ſignaculum indelebile;

Quintò ex Cyrillo Hieroſolymitano, qui in fine Præfationis ad Catecheſes, hæc adjicit; *Det vobis Deus Spiritus Sancti ſignaculum indelebile in ſempiternũ.* Quibus verbis formam etiam Græcorum ferè deſcripſit, qua utuntur in hoc ſacramento. Et quamvis ea verba de baptiſmo accipi poſſint, quia baptiſmus, ſecundum eumdem Cyrillum, ibi eſt ſanctũ ſignaculum, quod minimè deſtrui poteſt; multò magis de confirmatione intelliguntur, quę per excellentiã *ſignaculum* appellatur, & unâ cum baptiſmo miniſtratur.

& per excellentiam, ſignaculum,

Vnde Cyrillus eodem nomine aliquando utrumque ſacramentum complectitur. Nam Catecheſi 3. inquit: *Spiritus Sanctus obſignaturus eſt animas veſtras; deligendi eſtis in militiam magni Regis.* Qui effectus potiſſimum confirmationi convenit, cujus munus eſt militem deligere, animum ornare, & cum hoſte bellũ gerere.

eius effectũ eſſe, militē deligere, animum ornare, bellũ gerere.

Denique ex Auguſtino, qui ſpecialiter de hoc ſacramento agens li. 2. contra literas Petiliani, c. 103. inquit, Sacramentum chriſmatis eſſe ſacramentum, non ſecus atque baptiſmum, & eſſe

poſſe

poſſe eſſe in peccatoribus, ſed ratione characteris. quia ſacramentum tranſit.

poſſe in hominibus in operibus carnis vitam conſumentibus. In quibus verbis clarè oſtendit ſacramentum hoc perſeverare, ſive manere in ejuſmodi hominibus: quod, niſi ratione characteris verum eſſe non poſſet, quia aliàs ſacramentum tranſit.

10 Quartò pro hac veritate ſolet à nonnullis conſiderari locus ex Paulo ad Hebræos 6. ibi: *Quapropter intermittentes incboationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſus fundamentum iacientes pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei ad Deum, baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoq; manuum.* In quibus verbis Paulus hortatur, eos, ad quos ſcribit, ut ad perfectionem tendant, & non rurſus jaciant fundamenta, qualia ſunt baptiſma, & manus impoſitio.

& Scriptura, quæ vocat impoſitionem manuum, & participationem S. Sp.

Et deinde ſubjungit Apoſtolus. *Impoſſibile enim eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, rurſus renovari per pœnitentiam* In illis verbis *ſunt illuminati*, ſignificatur baptiſmus, qui ſæpiſſimè, *illuminationis ſacramentum*, appellatur, de quo ſuo loco; & verbis, *participes facti ſunt Spiritus Sancti*, ſignificatur ſacramentum confirmationis, in quo accipitur Spiritus Sanctus, ut ſæpe dictum eſt. Dicit autem Paulus impoſſibile eſſe bis participes fieri Spiritus Sancti: Ergò & geminari confirmationem; aliàs, ſi ea repeteretur, bis fieremus participes Spiritus Sancti.

ſicut Bapt. illuminationis ſacramentum,

Et quidem juxta multorum Patrum ſenſum hæc veritas ex eo loco confirmatur. Duo enim dicunt. Primùm nomine *Impoſitionis manuum*, in iſto loco Pauli intelligi ſacramentum confirmationis, per quod accipitur Spiritus Sanctus, ſicut accipiebatur per impoſitionem manuum Apoſtolorum Actorum 8. & 19. Sic Chriſoſtomus, Theophilactus, Gennadius teſte OEcumenio, & ipſe OEcumenius, Anſelmus & alij.

Rurſus etiam ex iſto teſtimonio non poſſe repeti baptiſmum, neque confirmationem probant ex Patribus Chriſoſtomus, Theophilactus, OEcumenius, & Theodoretus.

qui etiam repeti non poſſit,

Expoſitio quidem ſumma veneratione excipienda, utpote, quæ tot, & tantorum Patrum ſit; quamvis non me lateat alios etiã aliter explicare, ut dixi ſupra part. prima capit. tertio.

Vltimò adeſt etiam non contemnenda ratio. Quia ſacramentum hoc datur per modum conſecrationis, ſcilicet, cum chriſmate conſecrato, ſicut & olim Sacerdotes & Reges ungebantur in lege: natura autem conſecrationis reiterationem non admittit. Atque hac ratione utitur Magiſter in 4. diſt. 7. ex Auguſtino, qui baptiſmum & ordinem repeti non poſſe probat ex natura conſecrationis. 11

& ex natura conſecrationis, ad cuius modũ confertur,

ſicut Bapt. & ordo.

Et ſpeciatim ſacramentum hoc non poſſe iterari ex natura conſecrationis probant Auctor ſermonis de ablutione pedum, apud Cyprianum, Concilium Toletanum 8. cap. 7. cujus decreti hæc eſt ſpecies. Nonnulli, vel eventu neceſſitatum, vel periculorum

hinc ſemel validè ordinati reſilire non poſſunt;

validè ordinati reſilire nō poſſunt;

colorum metu ſacris initiati fuere, qui poſtea pœnitentiâ ſuſcepti ſtatus ducti, quia ſe illum invitos ſuſcepiſſe dicebant, Eccleſiaſtico gradu ſpreto priſtina pertentabant conjugia. Decernit autem Concilium ordinationem validam eſſe, & illos conſecratos ad ſæculum redire non poſſe, quia quod ſemel conſecratum eſt, profanari non poteſt.

quia quod ſemel ſacratum eſt, profanari non poteſt.

Hæc ſunt verba Concilij. *Nequaquam ergò aliquando poterit profanari, quod divina iuſſione, ſimulque Apoſtolicæ traditionis auctoritate ſacrū noſcitur extitiſſe. Verùm, ſicut ſanctū chriſma collatum, & altaris honor evelli non queunt: ita quoque ſanctorū decus honorum quod his compar habetur, & ſocium, qualibet fuerit occaſione perceptum, manebit omnibus modis inconvulſum. Ad extirpandum verò radicitus huius callidæ machinationis inutile argumentum, id ſibi rationabiliter dari noverint in obiectu, quod ſacroſancti baptiſmatis inappretiabile donum eſt ſemper; & ſæpè, non ſolùm nolentibus, verùm etiam (quod maius eſt) neſcientibus impertitum, ſed hoc à nullo penitus profanari permittitur.*

hinc confirmatio iterari non poteſt, quia characterē imprimit: non contra.

Quare reijcienda eſt aliorum ratio, qui probant ſacramentum hoc imprimere characterem, quia iterari non poteſt: cum potius ideò iterari non poſſit, quia characterem imprimit, ut conſtat ex verbis Concilij Tridentini citatis; quia ex eo quod illa tria ſacramenta characterem imprimāt, ideò repeti non poſſe definit.

12 unde quod hæretici quidam jubeantur in Cōc. 2. gen. per Confir. recōciliari, eſt, quia vel nullo modo confirmati erant, ut Novatiani, vel invalidè.

Ad fundamenta Græcorum reſpondeo. Ad 1. nihil probari ex eo canone 7. Concilij Secundi Generalis, quia in eo non jubetur repeti confirmatio, ſed hæretici ibi nominati, ideò per ſacramentum confirmationis reconcilianttur, quia baptiſmus ab illis collatus cenſebatur validus, & ideò non repetendus; ſacramentum autem confirmationis aſpernabantur, ut de Novatianis conſtat, quorum ibi mentio fit; & ideo per confirmationem recipiebantur: vel à non idoneis miniſtris collatum fuerat, vel à presbyteris, qui nequeunt eſſe miniſtri confirmationis, niſi ex diſpenſatione Pontificis: vel ab his, qui non legitimè erant ordinati Epiſcopi & ideo Epiſcopali poteſtate carebant, atque adeo ſacramentum fuerat nullum.

Et idem, quod iſto canone 7. ſtatuitur, in multis alijs Conciliorum, & Pontificum decretis conſtitutum eſſe jam ſuprà ſæpè diximus: qui tamen Pontifices & Concilia repetitionem confirmationis prohibent.

13 ſicut & illi apud Patres

Nec majorem vim obtinet, quod ſecundo loco ex Patribus adducitur. Nam Baſilius loco citato non aliud ſtatuit, quàm quod in dicto canone 7. ſtatutum erat, de reconciliandis hæreticis per confirmationem, quia illi, qui redibant ab hæreſi, confirmati non erant. Nec verò dubitavit, An baptiſma eſſet repetendum, quando legitimè ab hæreticis collatum fuerat; ſed illud repetendum dicit, quod miniſtratum erat ab hæreticis non ſervantibus formam ſacramenti baptiſmatis, ut clarè conſtat ex verbis Baſilij eo loco.

Atque eodem ſenſu accipien-

 dum

dum eſt, quod alij Patres dicunt; ſi quandò enim ab hæreſi redeuntes denuò confirmari jubentur, ideo eſt, vel quia nullo modo confirmati erant: vel quia non à legitimis miniſtris, & ideo nullum fuiſſe ſacramentum meritò judicabant. Sicut etiam Clemens VIII. in cit. inſtruct. pro Græcis jubet iterum confirmari Græcos in partibus Italiæ degentes, quos veroſimiliter conſtiterit, à preſbyteris Græcis confirmatos eſſe, quia illi presbyteri neque ex ordinaria poteſtate, neque ex diſpenſatione, quam non obtinuerant, poterant eſſe miniſtri.

Græci à Clem 8. jubentur in Italia reconfirmari, quia à ſimpl: ſac: fuerant cõfirmati, ſine commiſſione.

Teſtimonium autem Auguſtini, ex libro 9. de baptiſmo cap. 16. ubi inquit manuum impoſitionem repeti poſſe, quia non eſt aliud, niſi oratio ſuper hominem, jam ſupra part. 1. explicatum eſt; & oſtendimus eo loco nomine impoſitionis manuum, non intelligere Auguſtinum confirmatoriam, ſed reconciliatricem, quæ

manus impoſ: ſubinde idem, quod, oratio ſuper hominem.

14 ſepè ac ſæpius repeti poteſt.

nec obſtat rituale græcum, quia Methodij duo extitere.

Ad tertium deſumptum ex auctoritate Ritualis per totam Græciam recepti, imprimis dico non conſtare quiſnam fuerit ille Methodius, qui dicitur eſſe auctor earum precationum. Duo enim extitere. Alter qui proximè anteceſſit Sanctiſſimum virum Ignatium à Photio exagitatum circa annum 840. qui ut Sanctus Confeſſor ab Hiſtoricis celebratur, multa enim pro tuendo imaginum cultu paſſus eſt. Alter verò ſine dubio ſchiſmaticus propè annum 1240.

I. S. confeſſor quidam, à Photio multa paſſus ob cultũ imag.

alter ſchiſmaticus quidam. Ex quibus contra tam

Cujuſvis autem illæ præcationes ſint, nullius ponderis eſſe debent contra id quod Eccleſia obſervavit vel per annos octingentos, vel mille ducentos, ducta auctoritate & Sacræ Scripturæ, & Pontificum, & Conciliorum.

antiquam obſervantiã nihil probatur.

Deinde dico, Valde veroſimile eſſe Rubricas in principio hujus cæremoniæ, de ungendo, & de abluendo cum additione formæ à poſterioribus Græcis additas fuiſſe, & in eo corruptum antiquum Rituale. Quod fit veroſimile, tum quia viri Græci valde docti aſſerunt ea omnia, & appendicem formæ in Euchologijs manu ſcriptis minimè haberi.

& quia à recentioribus Græcis rituale in hoc eſt corruptum; cum in antiquis manuſcriptis non habeantur citata.

Vel denique dicendum eſt, idque mihi maximè placet, olim non fuiſſe adhibitum unguentũ, niſi ſolum hæreticis non confirmatis, ut ſtatuitur in dicto canone 1. Concilij ſecundi generalis; vel adhibitum fuiſſe materialiter & extra ſacramentum.

& quia, extra ſacramentum, ungendi hæret. converſos, & energumenos, conſuetudo fuit,

Quod enim aliquando conſuetudo fuerit ungendi Chriſmate converſos hæreticos, & alios extra ſacramentum probat Suarez diſp. 36. ſect. 1. & 3. ex Concilio Arauſicano 1. can. 2. & etiam ex Innocentio I. Epiſt. 1. cap. 6. qui de Energumenis ſtatuit, ſi non poſſint ad Epiſcopum adduci, poſſe Epiſcopum dare auctoritatem Presbyteris conſignandi illos, ſive imponendi manus: ſacramentum autem confirmationis numquam applicatum eſt Energumenis in remedium, de quo ibi eſt ſermo. An autem id rectè probet Suarez ex

etiam à ſimplici ſacerdote,

his

his locis dicam poſtea.

Quare auctor ejus cæremoniæ, ſi is fuit orthodoxus, Chriſma non per modum ſacramenti converſis ad fidem adminiſtrandum cenſebat: idque nonnulla ejus Euchologij innuere videntur.

quorum illi primo in balneo abluebantur, deinde albis induebantur, & ungebãtur,

Nam in Euchologio ejuſmodi homines ad fidẽ converſos prius in balneo ablui, & albis indui poſt pœnitentiam jubet his verbis: *Iſte talis, qui ſe ad fidem convertit, precationes reconciliatrices ſeptem diebus ſuſcipiat, octavo die abluatur, & è balneo, linteo accinctus, unguento ungatur, veluti qui baptizantur, & inſtar baptizatorũ novas veſtes induat.*

ubi ſicut nõ erat repetitio bapt: ſic nec confir: ſed refricatio memoriæ de candore in bap. & robore in confir: acceptis;

Hoc quidem non eſt repetere baptiſmum, ſed quædam recordatio puritatis olim acceptæ in baptiſmo. Similiter ergò unctio illa non eſt repetere ſacramentum confirmationis. Id ipſum non obſcurè conſtat ex precationibus. Nam in tertia oratione ante unctionem ſic habetur: *Illuſtra domine ipſius mentem virtute, & efficacitate Spiritus Sancti tui, adeo ut in ipſius animo incluſum ſignaculum ſalutaris baptiſmatis aurâ gratiæ in flammam ſpiritualem excitatus intelligibiliter accendatur, & quod impreſſum eſt ipſi, ſignaculum ſcilicet, per baptiſmum & confirmationem expreſſius, & manifeſtius appareat.*

idque propter characterem non deletum; ſed obſcuratum peccatis.

His certè verbis, illius precationis auctor planè indicat characterem impreſſum non eſſe deletum, ſed obſcuratum peccatis, hoc eſt, eſſe characterem nudum ſine comite gratia; quare neque amplius imprimi neceſſarium eſt, & ex conſequẽti neque ſacramentum iterari.

Vltimum denique argumentum ex illa ratione, ſive congruentia deſumptum nullum eſt. Multa enim aſſumit falſa. Primũ quòd ſuppponitur actiones bonas & honeſtas ex charactere baptiſmi emanare, cum character non ſit qualitas activa juxta meliorem ſententiam, & actiones bonæ, & honeſtæ ex actuali Dei gratia procedant.

nec actiones bonæ, aut honeſtæ emanant à charactere, qui non eſt qualitas activa,

Deinde falſum eſt per infidelitatem amitti uſum illius potentiæ; poſſunt enim eſſe actiones bonæ, & honeſtæ in homine hæretico, & à fide lapſo. Quare dicendum eſt, etiamſi in confirmatione detur Spiritus Sanctus ad proteſtationem fidei, nihilominus etiam imprimi characterem, quo deſignatur miles Chriſti ad bellum pro fide. An autem iterans confirmationem irregularis fiat, ſicut qui iterat baptiſmum in tractatu de Irregularitate dicendum eſt.

nec per infidelitatem amittitur uſus potentiæ bonæ in bapt. acceptæ, poſſunt enim infideles habere opera bona.

CAPVT II.

An character confirmationis diſtinguatur à charactere baptiſmi, & quomodo?

SVMMARIVM.

Refertur Græcorum doctrina, num. 1.
Reycitur, num. 2.
Excluditur quædam ſolutio, num. 3.
Vera ſententia, num. 4.
Refertur, ſententia quorundam circa modum diſtinctionis vtriuſque characteris, num. 5.
Diſtingui numero & ſpecie verior ſententia num.

tia, num. 6.

Satisfit rationibus oppoſitis, num. 7.

Characterem baptiſmi ſupponi ad characterem confirmationis, num. 8.

Objectioni ex cap. 9. Actorum reſpondetur, num. 9.

Effectum baptiſmi ſupponi ad effectum confirmationis, num. 10.

Objicitur ex cap. 10. Actorum, & fit ſatis, num. 11.

Objicitur ex facto multorum Cathecumenorum, & explicatur, nu. 12.

Corollarium ex præcedenti doctrina, num. 13.

1 Græci quidam opinatur ſolam Conf. imprimere characteré; INter Græcos quidam Simeon Archiepiſcopus Teſſalonicenſis in principio ſui operis ſentire videtur ſolam confirmationem imprimere characteré ex his duobus ſacramentis, quæ juxta morem Eccleſiæ Græcæ ſimul adminiſtrabantur, & ex conſequenti docet characterem baptiſmi & confirmationis nullatenus inter ſe diſtingui. ait enim: *chriſma ſignaculum primum, imaginemq; Dei, & robur in anima imprimit, quam ob inobedientiam amiſeramus; & præterea gratiam confert, quam in anima divina inſpiratione acceperamus, ideoq; ſpiritus vim obtinet, ſuavique odore illius ditatur, & nota eſt chriſti, atque ſignaculum.* Vnde hic auctor ſignatum ſolo baptiſmo non putat eſſe Chriſtianum, ſi deinceps deſit confirmatio.

ideoq; ſunt Latinis indignati, quod hi nó confirmarent ſtatim á bapt. Et ideo invehitur in Latinos, qui non ſtatim unà cum baptiſmo conſignant. Inquit enim. *Qui baptizantur fideles, hoc unguento in baptiſmo debent inungi, ne ut Latinorum, vel quorundam aliorum infantes ſine ſignaculo imperfecti remaneant, dum gratiã ſpiritus Sancti non conſequuntur, neque nota Chriſti conſignantur, quippe ſignaculum Chriſti eſt unguentum in ſpiritu, idque Sacerdos, dum unguento conſignat, proclamat, ſignaculum inquiens, doni Spiritus Sancti Amen. Quo circa ſine gratia, & ſine nota Chriſti eſt, qui unguentum nondum eſt nactus.* Hæc Simeon.

Sed in hac ſententia, verbiſque hujus auctoris nonnulla mihi ſummopere diſplicent. Primò, quòd dicat non imprimi characterem baptiſmi niſi in confirmatione. Nam de fide eſt etiam in baptiſmo characterem imprimi, etiamſi non accedat confirmatio; ut definitum extat in Concilio Tridentino, & Florentino locis citatis cap. præced. & in tractatu de baptiſmo dicendum eſt. Quare licet confirmatio ſit & appelletur à Patribus quædam perfectio baptiſmi, ut dictum eſt ſuprâ; at omninò falſum eſt, & alienum à fide ſine gratia, ſine nota Chriſti eſſe baptizatum, niſi chriſmate conſignetur. 2 ſed de fide eſt, etiam in bapt. imprimi char. cuius tamẽ perfectio eſt confirmatio:

Rectè ille auctor agnovit duplicem effectum confirmationis, characterem & gratiam: at malè addidit *ſignaculum primum*, nam character primus eſt, qui in baptiſmo infunditur. unde hæc non eſt ſignaculum primum,

Deinde non placet, quod dicat confirmationem reſtituere imaginem Dei in anima, quam per peccatum Adæ amiſeramus. Nam Patres frequenter diſtinguunt, inter imaginem, & ſimilitudinem Dei, ad quam creatus eſt homo; & ſimilitudinem ad dona Gratiæ pertinere dicunt, quæ peccato amitti poteſt; imaginem verò ad dona naturalia, qualia ſunt in homine intellectus, voluntas & liberum neque reſtituit imaginem, quam per Adæ peccatum anima amiſerat,

liberum arbitrium, cæteræque proprietates cum hominis animo neceſſariò cōjunctæ, quæ nulla ratione per peccatū amitti poſſunt.

Sic explicant Origines lib. 5. de principijs c. 6. Baſilius hom, 10. Examerom, Ambroſius lib. 6. Exameron, cap. 7. & 8. Nyſſenus homiliâ de creatione hominis, Eucherius lib. 1. Commentariorū in Geneſim, Victorinus in diſputatione adverſus Arrium, Theodoretus in quæſtionibus in Geneſim quæſt. 20. Rupertus lib. 2. de Trinitate & operibus ejus cap. 3. & 5. S. Thom. 1. part. quæſt. 93. Magiſter Sentent. in 2. diſtinct. 16. & ibidem ferè omnes Scholaſtici, qui modo ſupra dicto diſtinguunt imaginē & ſimilitudinem. Non ergo rectè dixit hic auctor in confirmatione imprimi imaginem Dei, quam per peccatum Adæ amiſeramus.

quæ conſiſtit in donis naturalibus intellectu, voluntate, lib. arbitrio &c. quæ peccato nō amittuntur: cum ſimilitudo conſiſtat in donis gratiæ:

3 Quod ſi quis dicat etiam nomen *imaginis* in Sacris literis uſurpari pro ſimilitudine in donis Gratiæ, ut conſtat ex Paulo primæ Corinthio. *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus imaginem Cæleſtis.* & ad Coloſſenſ. 3. *exſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, ſecundum imaginem ejus, qui creavit illum* & ideo auctorem illum explicari poſſe de dono gratiæ, idque ſignificaſſe nomine imaginis.

tametſi à quibuſdā, imago pro ſimilitudine capiatur

Reſp. quamvis hæc doctrina vera ſit, & eam latè probet Pererius in Comment. in Geneſim, in eum locum; attamen non poſſe verbis hujus auctoris accommodari: quippe qui diſtinguit inter imaginem, & gratiam juſtificantem, quam Deus infuderat in animum Adæ, & planè ut res diſtinctas enumerat effectus confirmationis, *præterea*, inquit, *& gratiam confert.*

à Græcis

tamen citatis dici hoc non poteſt, qui diſtinguunt imaginem à gratia,

Quare reſtat huic auctori explicandum, quid intelligat nomine *imaginis*. Si enim dotes naturæ: illæ inamiſſibiles per peccatum ſunt: Si dona Gratiæ, non eſt quid diverſum ab eo, quod poſtea repetit.

Quare abſque ulla dubitatione dicendum eſt confirmationem imprimere diſtinctum characterem à charactere baptiſmi, ſaltem aliquo modo ex natura rei; nec aliter ſalva poſſet conſiſtere definitio Conciliorum de charactere confirmationis, & baptiſmi; aliàs enim nulla eſſet diſtinctio, ſed tantum eſſet unus character; & ita alterum ex his ſacramentis non imprimeret characterem. 4

Confirmatio addit characterē diſtinctum,

Sed hoc ſuppoſito, quod omninò certum eſt, illud dubitationem habet; *quomodò diſtinguatur character baptiſmi, & confirmationis.* 5

Nonnulli exiſtimant characterem baptiſmi non diſtingui à charactere confirmationis, niſi ſolum ex addita quadam perfectione. Sic videtur ſentire Altiſiodorenſis in Sum. lib. 4. tract. 4. cap 2. hoc enim appellat differre ſecundum rationem, ſi attentè legatur. Fundamenta hæc eſſe poſſunt.

quod ſolū per additā perfectionem, docent nōnulli.

Quia, ſi poneretur diſtinctus character baptiſmi, & confirmationis, maximè quia per characterem confirmationis deſtinatur miles ad bellum pro fide; at etiam in baptiſmo adſcribitur homo in militiam Chriſtianam. Ergò non eſt di-

ex inutilitate hujus multiplicationis entium,

eſt diverſus omnino character baptiſmi, & confirmationis, ſed ſolùm differunt ſecundùm perfectum, & imperfectum, ſicut & ipſa confirmatio appellatur *perfectio baptiſmi*. Minor probatur imprimis quia Ambroſ. lib. 1. de ſacramentis c. 2. unctionem inter ſcapulas ejus qui baptizandus eſt, ad pugnam ſignificandam pertinere dicit his verbis: *Vnctus es quaſi Athleta Chriſti, quaſi certamen huius ſaculi luctaturus.* Deinde ex Melchiade epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, cujus verba ſunt: *Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator quemcumque in militum receperit numerum, non ſolùm ſignet receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum; ita in baptizato benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem, da ei adiumentum militiæ.* Denique quia tota vita Chriſtiana quædam militia eſt; at per baptiſmum conſecratur homo ad vitam Chriſtianã. Ergo eo ipſo conſecratus videtur ad militiam.

ex ratione potentiæ ei intrinſeca,

Secundò probatur quia charactere eſt quædam potentia paſſiva, vel activa ad exercitium alicujus operis, paſſiva ad recipiendum datur per baptiſmum. Ergo non eſt neceſſarius novus character in confirmatione, ſed prioris perfectio.

ex comparatione ad gratiam, qui eſt aliis effectus.

Vltimò quia ſicut ſe habet res ad rem, ita ſignum ad ſignum: Sed in confirmatione non datur alia gratia, ſed quæ data fuerat in baptiſmo, perficitur, roboraturque, idque ſonat nomen ipſum confirmationis: Ergo idem dicendum eſt de charactere.

Nihilominus verior, & communior ſententia eſt, quæ duo docet.

Sed veriùs quod ſit qualitas ſpecie diverſa à Char. baptiſmi.

Primum eſt, characterem confirmationis eſſe qualitatem omnino re ipſa diverſam à charactere baptiſmi. Secundum eſt, eſſe qualitates inter ſe ſpecie diverſas, & non ſolùm numero diſtinctas. 6

Hanc ſententiam docet S. Thom. artic. 5. ſi rectè ejus ratio conſideretur, eamdem docent ex antiquis Aureolus in 4. diſt. 7. quæſt. 2. art. 1. Thomas de Argentina, eadem diſtin. 1. artic. 2. ubi dicit, characterem baptiſmi eſſe in eſſentia animæ, & characterem confiamationis in voluntate. Ricardus eadem diſtinct. artic. 4. quæſt. 1. Gabriel quæſt. unica artic. 3. dub. 4. Sequuntur ex Recentioribus Suarez diſput. 34. ſectione 1. Peſantius in hac quæſtione diſput. 5. concluſione 2. Eſtius in 4. diſtin. 7. §. 16. Petagianus eadem diſtin. quæſt. 4.

& cujus ſubiectum ſit voluntas; cum baptiſmi ſit animi eſſentia.

Et quoad primam partem probari videtur ex communi modo loquendi Conciliorum, aſſerentium tria ſacramenta imprimere characterem; nam eo ipſo indicant eſſe inter ſe diverſos. Nam character ordinis non videtur eſſe poſſe idem cum charactere baptiſmi, ſola perfectione ab illo diverſus. Cumque Concilia eodem modo de his tribus ſacramentis loquantur, videntur etiam indicare eſſe tres diſtinctos characteres, & tres diverſas qualitates.

cum tria ſacr. dicantur à CC. charact. imprimere, & character ordinis non videatur poſſe dici idem cum aliis,

Et urgetur magis, quia, ſi iſti characte-

& ſiat di-

ſtincta ſacramenta ſpecie,

characteres ſolùm differrent ſecundùm majorem perfectionem, pari ratione dici poſſet baptiſmum, & confirmationem, non diſtingui ut duo ſacramenta, ſed ut ſacramentum, & perfectionem ſacramenti.

diverſum finem habeãt & effectum; Char. enim bapt. civẽ, confir. militem. Quæ ſunt multũ diſtincta.

Secunda autem pars probatur ab omnibus ferè doctoribus ea ratione. Quia iſti duo characteres ſunt diverſæ notæ & ſigna, & ad diverſos effectus; primus efficit cives Eccleſiæ; ſecundus milites; alia autem eſt ratio civis, & militis.

Deinde ſacramenta iſta ſpecie differunt: Ergo etiam notæ, quæ illis reſpondent ut eorum propriæ, debent eſſe ſpecie diverſæ; quandoquidem diverſæ cauſæ ſpecie, diverſos ſpecie producant effectus.

7

quamvis ille prior latè ſumendo militem faciat ſc. contra hoſtes inviſibiles & tẽtationes; poſterior tamen ſpecialiter contra viſibiles pro fide

Ad fundamenta prioris ſententiæ reſpondeo. Ad primum; Omnes baptizatos eſſe quadam ratione milites, quia ſcilicet contra hoſtes inviſibiles, & tentationes pugnare debent. Idque probant ea omnia, quæ adducuntur in primo argumento: confirmatos autẽ eſſe ſpecialiter deſtinatos ad pugnandum contra hoſtes viſibiles, & perſecutores pro fidei confeſſione. Atque hæc communis Scholaſticorũ ſolutio eſt.

hinc cum Char. baptiſmi ſit ad ſuſcipienda, ordinis ad tradenda religionis myſteria; confirmationis eſt ad reſiſtendum oppu-

Ad ſecundum reſpondeo; characterem confirmationis non eſſe potentiam ad ſuſcipienda ea, quæ Religionis ſunt, ſicut character baptiſmi; neque ad tradendum ea alijs, ſicut character ordinis, ſed ad reſiſtendum contrarijs, in his, quæ ad pugnam fidei pertinent.

gnantibus & quamvis gratia habitualis hujus ſacr. non diſtinguatur ſpecie, ab alia alterius;

Ad ultimum dico: ſi ſermo ſit de ſignificato gratiæ habitualis, fatemur non eſſe gratiam ſpecie diverſam quæ confertur in confirmatione, & baptiſmo cum non ſit una gratia habitualis ſpecie diverſa ab alia; at ex hoc non licet inferre idem de charactere; aliàs omnia ſacramenta, & tres characteres non differrent ſpecie, quod nullus concedit. Sicut ergo, quamvis ſacramenta eandem ſpecie gratiam habitualem ſignificent, diſtinguuntur ſpecie, & auxilia actualia, quę in unoquoq; ſacramento dantur ad actus ſpecie diverſos; ita etiam de characteribus dicendum eſt, quæ ſunt poteſtates ad longè diverſos effectus.

bei è tamẽ actualis & character qui

Sed occaſione eorum quæ dicta ſunt, quæri nonulla poſſunt breviter explicanda. 8

Primum, *An character confirmationis ſupponat neceſſario characterem baptiſmi.*

ſupponit Characterẽ Bapt. eſſentialiter;

Certa cõmuniſq; ſentẽtia eſt characterem baptiſmi adeò neceſſariò ſupponi ad characterem confirmationis, ut ſi non præcedat, nullum ſit ſacramentum confirmationis collatum. Communis omnium ratio eſt, quia baptiſmus eſt Ianua ſacramentorum omnium. Ratio autem S. Thom. in artic. 6. hæc eſt. Quia per baptiſmum datur eſſe ſpirituale, per confirmationem vero Robur in eo eſſe, & augmentum; impoſſibile autem eſt augeri, vel roborari quod nondum eſt.

cum Bapt. ſit janua ſacram:

& per Confir. roboratur & augetur eſſe ſpirituale. in Bapt. datum.

Sed objicies, quod Actorum 9. Ananias impoſuit manus ſuper Paulum, antequam baptiza- 9

quamvis ergo Ananias

retur

Act. 9. manus Saulo impoſuerit ante Bapt.

retur; & impoſuit, ut impleretur Spiritu Sancto, ut habetur verſiculo 17. Ergò ibi præceſſit ſacramentum confirmationis ſacramentum baptiſmi, & ex conſequenti character confirmationis characterem baptiſmi.

non tamen ut confirmaret; cùm non fuerit Epiſcopus: ſed Diaconus vel presbyter, unus ex 72. diſcipulis,

Reſpondeo in primis; illam impoſitionem manuum non fuiſſe confirmatoriam; quia Ananias non erat Epiſcopus. Auguſtinus lib. 2 quæſt. Euangelicarum quæſt. 47. cenſet fuiſſe presbyterum. OEcumenius diaconum duntaxat; ſed unum ex 72. Diſcipulis Christi. Idem habet Dorotheus in ſynopſi, qui addit eum poſtea creatum fuiſſe Epiſcopum Damaſci. Non ergò potuit Ananias eſſe miniſter confirmationis.

Quod ſi reſpondeatur rationem hanc efficacem non eſſe, nam ſicut potuit diaconus dumtaxat baptiſma conferre ex commiſſione Dei, qui miſit illum ad Saulum, potuit etiam confirmationem miniſtrare.

& hoc nunquam Diacono commiſſum ſit:

Contra eſt; quia primum legimus in Actis Apoſtolorum commiſſum etiam à Deo Philippo Diacono; ſecundum verò numquam.

ſed ut curaret & reſtitueret viſum ejus,

Quare illa impoſitio manuum fuit medicinalis, & curativa, ut Saulus viſum reciperet. Vnde quod poſtea dicitur num. 17. *Et imponens ei manus dixit, Saule frater Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu ſancto.* Hunc ſenſum habet, ut videas per hanc manuum mearum impoſitionem, Ieſuque invocationem, & impleaπis Spiritu Sancto in baptiſmo, quem mox tibi conferam.

Id ita eſſe, patet ex eo, quod ſtatim ſequitur, *Et ceciderunt ab oculis eius tamquam ſquammæ, & viſum recepit*, ubi nihil additur de Spiritu Sãcto, ſed de eo ſubditur, *& ſurgens baptizatus eſt.* Neque enim ante baptiſmum fuit repletus Spiritu Sancto; cum hic deſcenſus & repletio Spiritus Sancti illo tempore fieret per ſignum ſenſibile ignis, aut linguarum ignearum. Hoc autem ſignum non dabatur niſi in confirmatione, ac proinde in baptiſmo, cum quo ſimul dabatur confirmatio. Sic explicant communiter interpretes.

qui ante Bapt. non fuit repletus Sp. S.

dabatur enim tunc viſibiliter, quod hic non contigit.

Secundò quæritur, *An effectus confirmationis ſupponat effectum Baptiſmi.* 10

Vualdenſis lib. 2. de Sacramentis cap. 203. Eſtius in 4. diſt. 7. § 17. ſentiunt effectum confirmationis non neceſſariò requirere prævium effectum baptiſmi. Inducuntur his argumentis, quæ adducam poſtea.

At in hac re D. Thomas hæc ſcribit in hac quæſt. art. 6: in fine: *Sicut enim effectus confirmationis, qui eſt robur ſpirituale, præſupponit baptiſmi, qui eſt iuſtificatio; ita ſacramentum confirmationis ſupponit ſacramentum baptiſmi.* Quibus verbis ſatis apertè docet. D. Thomas effectum baptiſmi præſupponi ad effectum confirmationis, & optimam rationem reddit deſumptam ex ratione gratię, quæ reſpondet his duobus ſacramentis.

effectus etiam confirmationis ſupponit effectum Bapt. in quo D. Th.

Sed contra doctrinam hanc

unde licet Cornelius cum ſocijs Act. 10. Sp. S acceperint ante bapt.

obijci poteſt 1. ex Actorum 10. ubi Spiritus Sanctus, qui datur in confirmatione, datus eſt Cornelio, & ejus ſocijs antequam baptizarentur. Sic enim dicitur verſiculo 44. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum.* Effectus ergò confirmationis datur ſine effectu baptiſmi, aut nō præſupponit effectū baptiſmi.

tamen habebant votum baptiſmi & contritionem,

Verùm ad hoc argumentum in primis rectè reſpondent communiter interpretes, Petro prorogante ſermonem, fidei lumen in gentes effectus promoviſſe; & ubi audierunt Cornelius, & alij baptiſmo fieri remiſſionem peccatorum propter Chriſti Paſſionem, majorem concepiſſe fidem, dolorem, & dilectionem Dei; & tunc in eos deſcendiſſe Spiritum Sanctum, qui jam per contritionem, quæ eſt votum baptiſmi, habebant effectum baptiſmi.

& Deus faciebat miraculum,

Nec mirum cuique eſſe debet, ſi ante ſuſceptum baptiſmum deſcenderet in illos Spiritus Sanctus.

qui regulis nobis præſcriptis non alligatur.

Tùm quia Deus non alligatur regulis, quas ipſe nobis præſcripſit;

idque ut à ſe eſſe vocationem gentium oſtenderet, & non tantùm ab Apoſtolis,

Tum quia hoc factū eſt Spiritus Sancti conſilio, qui prævenit miniſteriū Petri, nec calumnijs Iudæorum exponeretur, eo quòd gentes admiſiſſet ad baptiſmum; ſciri enim Deus voluit ab ipſo eſſe vocationem gentium, & non tantùm ab Apoſtolis miniſtris.

& ut Iudæi cōverſi ſcirent ſe non ex lege, aut circumciſione meruiſſe Sp. S.

Tum etiam, ut converſi ad Deum ex Iudæis intelligerent ſe non ex lege, aut ex circūciſione accepiſſe Spiritum Sanctum; ſed ex fide in Chriſtum. Nam ſine baptiſmate, & circumciſione datus eſt Cornelio Spiritus Sanctus.

& ut Apoſtoli monerentur ad fidem admittere gentes.

Tum etiam, ut tam Petrus, quàm alij Apoſtoli non dubitarent etiam incircumciſos ad fidem admittere, qui videbant tam viſibili ſigno à Deo fuiſſe admiſſos.

& ut doctrina Petri probaretur, quam ex Script. docebat.

Tum denique, ut doctrina Petri producentis teſtimonia Sacræ Scripturæ, probaretur, atque confirmaretur.

12

Catechumeni enim multi fidem conſtanter cōfeſſi ſunt coram tyranno,

Sed adhuc difficiliùs obijci poteſt, argmento deſumpto ab exemplo multorum Catechumenorum, qui tantâ fortitudide præditi fuerunt, ut fidem coràm perſecutore profiterentur, & pro ea mortem oppeterent, priuſque baptizarentur ſuo ſanguine, quàm aquâ: iſti habuerunt effectum confirmationis, ſcilicet, robur ad confeſſionem fidei, & nondum habebant effectū baptiſmi.

quorū paſſio, quæ eſt bapt. ſanguinis, ſupplevit vices bapt. aquæ:

Quod inde probatur, quia paſſio ſuſcepta ſupplevit in illis poſteà vicem baptiſmi, tantùmque eis valuit ad abluenda peccata, ac ſi abluerentur baptiſmate. & aliàs inanis eſſet diſtinctio triplicis baptiſmatis ſanguinis, flaminis, & fluminis; ſed illi baptizati fuiſſent baptiſmo flaminis; & non tantùm ſaguinis

ſed qui hujus effectū habebāt per actum charitatis, votum baptiſmi aquæ, ſive baptiſmum flaminis.

Reſpondeo tamen eos catechumenos, qui ſe morti obtulerunt pro Chriſti fide defendenda habuiſſe in ipſo momento per actum ferventiſſimum charitatis effectum baptiſmi. Nam ea voluntas offerendi ſe ad mortem

propter Chriſtum, ſine eo actu charitatis eſſe nequit.

nec inconveniens eſt, hunc vel includi, vel præſupponi baptiſmo ſanguinis in adultis.

Quod autem inferebatur inconveniens, ſcilicet, illos baptizatos fuiſſe etiam baptiſmo flaminis, & non tantùm ſanguinis, & baptiſmum ſanguinis non diſtingui à baptiſmo flaminis (ſi ratione dilectionis, & contritionis mors ſuſcepta ſupplevit effectum baptiſmi aquæ) dico nullum eſſe inconveniens, ſed potiùs eſſe expreſſam D. Thomæ doctrinam ſupra quæſt. 66, art. 12, ad 2. ubi dicit martyrium ſupplere vicem baptiſmi aquæ, & iuſtificaſſe à peccatis, à quibus baptiſmus aquæ iuſtificare deberet, quatenus continet in ſe baptiſmum flaminis, quem S. Thomas dicit eſſe affectum charitatis, qui affectus eſt votum baptiſmi aquæ.

nec ideo deſinit bapti'ſm. ſang. habere diſtinctos eff. à bapt. flam. quoad pœnarum remiſſionem.

Neque hinc ſequitur baptiſmum ſanguinis nihil habere diverſum à baptiſmo flaminis, habet certè, quod attinet ad remiſſionem pœnæ temporalis, de quo ſuo loco. Habuerunt ergò Catechumeni gratiam regenerantem, quæ eſt effectus baptiſmi, per ejus votum, ſcilicet, per affectum charitatis, quo morti pro Chriſto ſubeundæ ſe voluerunt offerre, & poſtea effectū confirmationis, ſcilicet robur ad proteſtandam eam fidem.

13 Hinc dicé. dum effectū confirmationis quæ eſt cõſtantia & robur, poſſe haberi ſine charactere baptiſmali;

Ex dictis colligitur, ſi effectus ſacramenti confirmationis comparetur cum charactere baptiſmi, poſſe haberi effectum hujus ſacramenti ſine tali charactere. Nam character baptiſmi non infunditur ſine ejus reali ſuſceptione. At poteſt effectus confirmationis haberi ſine baptiſmo re ipſâ ſuſcepto, ut oſtenſum eſt. Ergo & ſine charactere baptiſmi prævio.

& characterem confirmationis poſſe haberi ſine effectu baptiſmi, qui eſt regeneratio interior.

Rurſus colligitur characterem confirmationis haberi poſſe ſine effectu baptiſmi, ut ſi quis fictè accedat ad baptiſmum, accipiet quidem characterem baptiſmi, non tamen effectum; & ſi confirmetur ſtatim non recedente fictione, accipiet characterem confirmationis nondum recepto effectu baptiſmi, quia nondum ceſſavit fictio.

CAPVT VLTIMVM.

Quæ gratia ſit effectus ſacramenti confirmationis.

SVMMARIVM.

Certum de fide dari gratiam ſanctificantem in ſacramento confirmationis, num. 1.

Non eſſe primam gratiam, num. 2.

In ſuſcipiente requiri gratiam, non tamen confeſſionē. Probabile ex accidenti conferri primā gratiā, nu. 3.

Probabile ſacramentum confirmationis recedente fictione habere ſuum effectum, num. 4.

Circa gratiam actualem, quæ eſt effectus proprius huius ſacramenti, error hæreticorum refellitur, num. 5.

Effectum proprium eſſe gratiam ad proteſtandam fidem contra eius impugnatores probatur traditione patrum, num. 6.

Impugnatur Suarez in hac parte, & oſtenditur ſentire contra Divum Thomam, num. 7.

Probabile

Probabile effectum confirmationis perfectiorem eſſe effectu baptiſmi, nu. 8.
Satis fit obiectioni deſumpta ex maiori neceſſitate gratia baptiſmi. nu. 9.

1 Eſt gratia habitualis, & actualis; AGendum eſt in hoc capite de gratia habituali ſanctificante, & de gratia actuali; utraque enim datur ex vi hujus ſacramenti.

Et quod ad primũ attinet, omiſſo errore Raimundi, qui ut refertur in Directorio Inquiſitorũ 2. part. quæſt. 19. putavit ſacramentum confirmationis, per ſe & ex ſua ratione habere vim ad tollendum peccatum originale; ſentiebat enim peccatum originis non in baptiſmo, ſed in confirmatione deleri.

& prior quidem diſtincta ab ea quæ in baptiſmo, Dicendum eſt primò certum eſſe ſecundum fidem per hoc ſacramentum dari aliquam gratiam ſanctificantem præter eam, quæ confertur in baptiſmo.

quia omnia ſacr. novæ legis cauſãt grat. ex opere operato, Probatur facilè, tum quia ſacramenta omnia novæ legis continent & producunt gratiam ex opere operato, ut de fide eſt ex Tridentino ſeſſione 7. de ſacramentis in genere.

Tum etiam, quia idem Tridentinum dicta ſeſſione 7. de ſacramento confirmationis definit chriſma habere vim ſanctificandi.

& hoc ſpecialiter dat Sp. S. qui non datur ſine gratia, Tum etiam quia ſæpè ſuprà oſtendimus ex Concilijs, & Patribus in hoc ſacramento dari Spiritum Sanctum. At Spiritus Sanctus non datur ſine gratia ſanctificante. Unde dixit Euſebius Emiſſenus homil. in Pentecoſten. *Spiritus Sanctus, qui ſupra aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.*

Tum Denique id conſtat ex diſcrimine baptiſmi, & confirmationis; nam, cum ſint diverſa ſigna neceſſariò etiam differunt in effectu ſignato. & quia eſt diverſum ſacr. à bapt.

Secundò dicendum eſt etiam ſecundùm fidem certum eſſe, hoc ſacramentum per ſe non conferre primam gratiam. Quia tantùm duo ſacramenta, ſcilicet, baptiſmus, & pœnitentia, inſtituta ſunt ad conferendam primam gratiam, ut conſtat ex doctrina Concilij Florentini in decreto Eugenij IIII. iam ſepè citato, & Tridentino, ſeſſione 7. & 14. 2 per ſe tamẽ non confert 1. gratiam: qualiter conferunt ſolùm duo.

Ex his colligitur in ſuſcipiente hoc ſacramentum præſupponi debere aliquam gratiam ſanctiſicantem, ut effectus hujus ſacramenti ſequatur. 3 unde præſupponit gratiam in ſuſcipiente;

Ex quo rurſùs fit, ſi accederet quis in peccato ad hoc ſacramentum, peccare mortaliter. Unde requiritur, ut ſe diſponat, vel per actum contritionis, vel per confeſſionem, quamvis nullo præcepto teneatur ſacramentum confeſſionis præmittere, ſed tantum habere contritionem, ut de matrimonio dixi ſuo loco. Solùm enim ad euchariſtiam ſuſcipiendam neceſſarium eſt ex præcepto præmittere confeſſionem ei, qui conſcius eſt peccati mortalis, ut ſuo loco dixi. & ſponte qui ſine illa ſuſciperet, peccaret mortaliter. Hinc ſi quis eſt in ſtatu peccati mortalis, debet ad hoc licitè recipiendum cõteri ad minimũ, quamvis ad Euchariſtiã etiam confiteri,

Quod ſi quis accedat bonâ fide exiſtimans ſe eſſe in gratia, vel eſſe contritum, excuſatur à culpa; & probabiliſſimum eſt ex accedenti ſi, bonâ fide putans ſe eſſe in ſtatu gratiæ, accedat attri-

tus, à culpa excuſatur & probabiliter per accidens accipit 1. grat.

denti cōferri per hoc ſacramentum primam gratiam. Quæ videtur eſſe doctrina D. Thomæ in art. 7. in ſolutione ad 2. Quam doctrinam intelligo, ſi unà cum bona fide adſit etiam attritio, quæ non pervenit ad perfectionem contritionis, de quo egimus in Tractatu de Euchariſtia; eſt enim difficultas communis alijs ſacramentis vivorum, neque hic occurrit aliqua ſpecialis difficultas, quæ ex natura hujus ſacramenti proveniat. Eamdem doctrinam de hoc ſacramento docuit Gamacheus in hac quæſt. cap. 6. §. *notandum vero* Layman loco cita. cap. 4. verſiculo *quamobrem Epiſcopi*, Suarez diſput. 34. ſectione 2. verſiculo, *occurrit verò ſtatim.*

quod eſt commune ſacramentis alijs vivorum,

4 Quod ſi quæras, *An ſacramentum hoc recedente fictione cauſet gratiam?* Diſſerui de hoc circa ſacramentum Euchariſtiæ, & partem affirmativam ſequutus ſum, & idem etiam de hoc ſacramento dicendum cenſeo, idque docet Suarez ſectione citatâ in fine, Gamacheus dicto c. 6. & alij. Neque enim mihi ſeſe offert ſpecialis aliqua alia ratio dubij, præter eas, quas loco cit. ſumus proſequuti.

& etiam, fictione recedente, reviviſcit, ſicut & Euch.

5 Quod verò attinet ad ſecundam gratiam, examinabimus modo, *Quanam ſit hæc gratia actualis, quæ eſt effectus proprius hujus ſacramenti.*

error hæret. dicentium effectum Imp. manuum eſſe, ſolum donū linguarum, aut ſimile

Circa hoc errarunt hæretici noſtri temporis, qui, ut diximus ſuprà p. 1. dixerunt effectum impoſitionis manuum temporibus primis Eccleſiæ non alium fuiſſe, niſi donum linguarum, aut prophetiæ, aut quid ſimile cum ſigno viſibili collatum, quo fides Chriſtiana magis cōmendaretur.

ad cōmendationem fidei

Sed hic error facilè refellitur ex Sacra Scriptura. Tum quia ad eum effectum accipiebatur Spiritus Sanctus, ad quem fuerat promiſſus à Chriſto; promiſſio autem Chriſti, quæ continetur Lucæ ultimo, & Actorum 1. non eſt ad donum linguarum, vel prophetiæ, ſed ad robur & fortitudinem, quâ invicti perſiſterent in confeſſione fidei. Eam autem promiſſionem extendi ad fideles omnes probavi ſuprà parte. 1.

refellitur: quia Sp. S. recipiebatur, & erat promiſſus Eccleſiæ, non ad donum linguarum &c. ſed ad robur &c. in confeſſ. fidei.

Tum etiam idem refellitur ex magna cura, quam adhibuerunt Apoſtoli, ut baptizatis manus imponerentur, quo acciperent Spiritum Sanctum, ut conſtat Actorum 8. & 19. ubi inquirit diligenter Paulus, an Spiritum Sanctum accepiſſent credentes: & cum reperiſſet baptizatos non baptizavit, & impoſuit manus, ut acciperent Spiritum Sanctum. Quæ ſollicitudo, & cura ſanè de majori aliquo dono fuit, quàm linguarum, quæ eſt gratia gratis data magis propter utilitatem aliorum, quàm ejus, cui datur.

& ex cura Apoſtolorū, quâ ſingulis imponi manus curabant.

donū verò hoc eſt gratia grat. data, non tam in recipientis, quàm aliorum utilitatem,

Idem etiam refellitur ex multis, quæ dicta ſunt ſuprà p. 1. cùm ex locis Actorum probaremus ſacramentum confirmationis. Sicut ergò in die Pentecoſtes Spiritus Sanctus Diſcipulis datus eſt cum externo dono linguarum, & ſimul legem Dei inſcripſit in cordibus eorum, & induit eos virtute ex alto; ita reliqui, quibus Apoſtoli impoſuerunt manus, unà cum

unde ut Apoſtolis utrumque datum eſt in Pent. ita alijs poſtea per manus Imp. Apoſt.

cum dono linguarum accepe- runt internam gratiam & robur, quo confirmati profiterentur intrepidè, quod credebant.

ſuccedente tamen tempore per confirmat. non aliud acceperunt quâ Robur, & dona interna, ad hoc enim erat principaliter inſtituta, accidentaliter autem cauſaverat illa dona externa: ſicut bapt. aliquando ſanitatem corporalē.

At qui poſteà, vel per impoſitionem manuum Apoſtolorum, vel Epiſcoporum confirmati; interiori tamen dono Spiritus Sancti (quod in Eccleſia ſua manſurum æternùm, promiſit Deus) ditati ſunt. Id enim cujus gratiâ principaliter inſtitutum eſt ſacramentum, manet; licet ceſſarit id, quod in illo fuit accidentale.

Quare, ſicut olim unà, cum baptiſmo data eſt & reſtituta ſanitas corporis pluribus ęgrotis, quæ non erat præcipuus finis hujus ſacramenti, ita donum linguarum datum etiam olim, unà cum interiori dono in confirmatione, quamvis is non eſſet præcipuus effectus confirmationis.

Vnde præclarè Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 16. inquit: *Neque enim temporalibus, & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus per manus impoſitionem modò datur Spiritus Sanctus, ſicut anteà dabatur ad commendationem fidei, & Eccleſiæ primordia dilatanda. Quis enim hoc nunc expectat, ut ij quibus manus ad accipiendum Spiritum Sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed inviſibiliter, & latenter intelligitur per vinculū pacis divina charitas eorum cordibus inſpirari, ut poſſint dicere. Quoniam charitas* Dei *diffuſa eſt in cordibus noſtris*, hæc Auguſtinus.

gratia ergo actualis ad robur animi in fide &c eſt proprius effectus hujus ſacram:

Dicendum eſt ergo proprium & peculiarem effectum hujus ſacramenti eſſe gratiam, quâ roboratus animus Chriſtianus perſiſtit in fide, ac impugnantibus, & perſequutoribus reſiſtit. Quod in primis oſtenditur ex locis citatis Lucæ ultimo, & Actorū 8.

quo dicimus hominē perfici ſæpius, &

Deinde ex Patrum teſtimonijs, qui id apertè aſſerunt. Primò Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 4. quæſt. 3. dicit: *Sacræ regenerationis donum, & gratiam unguenti ſacratiſſimâ conſummatione perfici.*

confirmari ſeptiformi Sp. gratiâ ſine eo perfectum Chriſtian. eſſe non poſſe.

Secundò Clemens Romanus lib. 3. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 17. unguentum vocat *confirmationem profeſſionis*. Et epiſt. 4. inquit. *eum qui conſignatur ſeptiformi ſpiritus gratiâ confirmari, neque aliter perfectum Chriſtianum eſſe poſſe, neque ſedem habere inter perfectos.*

carnem ſignari animam muniri;

Tertiò Tertullianus lib. de Reſurrectione carnis inquit: *caro ſignatur, vt anima muniatur.*

Quartò Fabianus in epiſt. 2. ad Orientales inquit, *Baptiſmum ſacri chriſmatis unctione perfici & confirmari.*

Sp. S. infundi cor ad conſtantiā &c. dilatari

Quintò Vrbanus in epiſtola ad omnes Epiſcopos de hoc ſacramento agens inquit: *Cum ſpiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.*

gratiæ augmentum tribui, idque ad pugnam roborare, cōfirmare, armare & inſtruere,

Sextò Melchiades in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ inter alia huic ſacramento tribuit, *quod baptizatis augmentum tribuat ad gratiam, quod ad pugnam roboret, & confirmet, quòd ad agones & prælia huius mundi armet, & inſtruat*; ſumpto etiam argumento ex eo, quod Spiritus Sanctus operatus eſt in Apoſtolis in die Pentecoſtes.

Septimò Ambroſ. lib. 3. de ſacra-

ſacramentis cap. 2. *Poſt fontem*, inquit, *ſupereſt ut perfectio fiat* : & poſteà ſeptem dona, ſive virtutes Spiritus Sancti enumerat per confirmationem dandas.

Octavò Hieronymus in illud Pſalmi 67. *Confirma hoc Deus*, dicit per hoc ſignaculum confirmari, quod acceptũ eſt in baptiſmo.

luctatores faceret,

Nonò Auguſtinus in ſermone 47. & tractatu 33. in Ioannem de Chriſmatis unctione loquẽdo hæc ſcripſit: *Ideò Chriſtus nos unxit. quia luctatores contra Diabolum fecit*, Idemque repetitum eſt apud Proſperum in ſententijs Auguſtini, ſententiâ 342.

Decimò Sanctus Leo Primus in epiſtola ad Nicetam Epiſcopum ſcribit, Baptizatos invocatione Spiritus Sancti, per impoſitionem manuum confirmari.

magis firmare.

Vndecimò Beda in Pſalmum 26. dicit nos poſt baptiſmum unctione chriſmatis magis firmari.

augmen. & robur dare

Duodecimò Inncentius III. in cap. unico, *de ſacra unctione*, dicit, *Confirmatio dicitur, quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur, & robur.*

Decimotertiò, Concilium Florentinum iuxtâ antiquam, & perpetuam Eccleſiæ traditionem, & ſenſum in citato decreto diffiniens dicit: *Effectus huius ſacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes.*

Denique ipſa hujus ſacramenti forma idem teſtatur, in qua dicitur, *confirmo te chriſmate ſalutis.* Quæ omnia ex Patribus, Pontificibus, & Conſilijs breviter adducta ſunt, non tantùm ad gratiam ſanctificantem, ſed etiam ad actuale auxilium, & donum Spiritus Sancti Fortitudinis pertinere videntur.

in fide contra ejus impugnatores

Conſtat etiam ex adductis gratiam actualem, quæ in hoc ſacramento datur, non eſſe ad quodcumque robur contrà quãcumque pugnam, ſed ſpeciale robur ad proteſtandm fidem contrà perſecutores Eccleſiæ, & ejus impugnatores. Nam ad muniendum contra tentationes alias hujus vitæ, ſive interiores, ſive exteriores, non eſt effectus hujus ſacramenti, ſed alijs medijs impetratur.

robur cont. tentationes alias hujus vitæ nõ eſt eff. hujus ſacramenti, alijs verò medijs obtinetur,

Scio contrarium docuiſſe Suarez in hac quæſt. diſp. 38. ſect. 1. & alibi. Sed immeritò, quia primus, & præcipuus effectus hujus ſacramenti, & in quo à reliquis diſtinguitur gratia ſacramentalis confirmationis à gratia ſacramentali aliorum, eſt; quia in hoc datur robur ad fidei proteſtationem corâm tyrannis, id quod ex Patrum citatis teſtimonijs planè colligitur.

etiã ſacramentis omnibus quæ ſunt fidei, & aliarũ virtutũ quædã proteſtationes.

Sed prætereà eſt expreſſa ſententia D. Thom. Nam art. 5. in ſolutione ad 2. inquit, omnia ſacramenta eſſe quaſdam fidei proteſtationes, & ſicut homo per baptiſmum accipit poteſtatem ſpiritualem ad proteſtandam fidem per ſuſceptionem aliorum ſacramentorum; ita confirmatus accipit poteſtatem publicè fidem Chriſti verbis profitendi quaſi ex officio.

Eadem habet art. 6. & in ſolutione ad 1. ibi, *Robur ad confi-*

tendum

tendum publicè ſidem Chriſti. Et art. 7. in corpore ibi, *in hoc ſacramento datur baptizato Spiritus Sanctus ad robur, ſicut Apoſtolis datus eſt in die Penteceſtes.* Et in art. 9. in corpore ibi, *In hoc ſacrmento homo accipit Spiritum ſanctum ad robur ſpiritualis pugna, ut fortiter etiam inter adverſarios fidei Chriſti fidem confiteatur.* Et ſtatim ſubiungit inde peti idoneam rationem, quare conſignatio in hoc ſacramento fiat in fronte. Et in ſolutione ad 3. inquit quòd hoc ſacramentum datur ad liberè confitendum, non ad confitendum ſimpliciter, quia hoc fit etiam in baptiſmo.

hic verò datur robur ad liberè confitendũ, aliàs ad cõfitendũ datur etiam in baptiſm.

Eandem doctrinam apertiſſimè docet in 4. diſt. 7. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. in corpore, ubi hæc habet: *Alio modo, ut ſpiritualia, quia in notitiam ducerent per eorum fortem confeſſionem. Et ad hoc quis deputatur in confirmatione. Vnde etiam tempore perſecutionis eligebantur aliqui, qui deberent in loco perſecutionis remanere ad publicè nomen Chriſti confitendum, alijs occultè credentibus.*

unde olim ſoli confirmati exponebantur perſecutioni, alijs occultè credentibus.

Et in ſolutione ad 1. inquit apertiſſimè: *Pugna ſpiritualis, qua quis pugnat contra impedientes, ſaltem ſui ipſius, omnibus inducitur ſed ad hoc non datur ſacramentum confirmationis, ſed ad perſiſtendum fortiter in pugna, quâ quis nomen Chriſti impugnat, & ut invictus confeſſor Chriſti permaneat; & huic pugnæ non omnes exponuntur, ſed ſolum confirmati.*

Et quæſtiuncula 2. in ſolutione ad 3. quod quamvis cujuſlibet baptizati, & credentis ſit confiteri, quando confeſſio ab eo expectatur; non tamen eſt cujuſlibet ſe liberè exponere, ſed tantum confirmati. Quod confirmatur exemplo Apoſtolorum priùs latitantium, propter metum Iudæorum, poſt receptum Spiritum Sanctum loquentium cum fiducia.

Et art. 2. quæſtiuncula 2. in corpore inquit gratiam baptiſmalem dari ad perficiendum in his, quæ pertinent ad communem ſtatum vitæ Chriſtianæ; gratiam autem confirmationis ad perficiendum in his, quæ ſunt difficillima in iſto ſtatu ſcilicet, confiteri nomen Chriſti contrà perſecutores.

Et in ſolutione ad 3. inquit, quod confiteri, ubi ex confeſſione imminet mortis periculum, non eſt tantum fidei, ſed indiget alio auxilio alterius virtutis ſcilicet, fortitudinis, & ſimiliter etiam indiget alia gratia ſacramenti, quæ removet affectũ oppoſitum fortitudini.

Quare dubitandum non eſt hunc eſſe proprium, & peculiarem effectum hujus ſacramenti puplicè proteſtari fidem coram tyranno.

Sed in fine hujus dubij quæri poteſt. *An effectus ſacramenti confirmationis ſit perfectior effectu baptiſmi.*

Baptiſmus quidem confert primã gratiã remiſſivam peccati originalis, ideoque à patribus maximé commendatur; & per illum introducimur in Eccleſiã. Et hanc ob cauſam nounulli docent abſolutè loquendo perfectiorem eſſe effectum baptiſmi.

Baptiſmus confert. 1. gratiam remiſſivam pecc. originalis, & in Eccleſiam introducit; ideoque commendatur;

Cæterum

Cęterùm mihi valde veroſimile videtur, quod docet D. Tho. in hac q. art. 11. ad 3. Potiorem eſſe effectum hujus ſacramenti, in quo datur ſeptiformis gratia Spiritus Sancti, cum omni plenitudine ſanctitatis, ſcientiæ, atque virtutis ad quod adducit teſtimonium Rabani, lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 50. Quod etiam refert, & ad idem exponit Magiſter in 4. diſt. 7. Et idem D. Thomas ſupra quæſt. 65. art. 3. docuerat viâ perfectionis ſacramentum confirmationis ſuperare baptiſmum. Et idem docuerat antea D. Thomas in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunculâ 3. Sequitur Soto ibidem, art. 7. & diſt. 6. quæſt. 1. art. 6. Et probabilem ſentētiam judicat Suarez diſp. 34. ſect. 2. propè finem; licet etiam judicet hanc opinionem eſſe incertam.

Potior tamē eſt eff. confirmationis, in qua datur omnis plenitudo ſanctitatis, ſcient. virtut. & ſeptifor. grat. Sp. S.

Sed revera, quamvis non omnino certa ſententia ſit; at cum vera doctina de ſacramentis, & eorum effectibus, potiſſimùm traditione & Patrum doctrinâ conſtet; hæc quidem multò magis favet huic opinioni D. Thomæ, quam alteri.

cui ſententiæ favet traditio, & PP. doctrina,

Tum quia Patres appellant Confirmationem, Perfectionem & conſummationem baptiſmi. Sic Melchiades loco infra citando, Concilium Illiberritanum can. 77. & antea Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 4. p. 3. & alij multi, quos ſuprà retuli varijs in locis.

ſecundum dicta n. 6.

Tum etiam quia Patres, ut viſum eſt ſupra agentes de effectu hujus ſacramenti, non quomodocumque dicunt dari in eo gratiam, ſed ſeptiformem gratiam Spiritus Sancti, & ejus plenitudinem. Conſtat ex Clemente, Vrbano, Cypriano, Ambroſio & alijs citatis.

Tum etiam, quia quæſtionem hāc videtur deciđiſſe Melchiades in epiſtola ſæpè citata, ubi conſultus, Quod eſſet majus ſacramentum baptiſmus, an confirmatio, reſpondet his verbis. *Scitote utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum, id eſt, ſacramentum confirmationis à maioribus fit, id eſt, à Summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non poteſt; ita etiā maiori veneratione venerandū, & tenendum eſt.* Vbi ex majori dignitate miniſtri à poſteriori colligit Pontifex majorem venerationem ſacramenti confirmationis. Videantur etiā, quæ ſequuntur in eadem epiſtola, uſque ad illa, *poſt baptiſmum roboramur*, in quibus abſolutè præfert Pontifex confirmationem baptiſmo.

miniſtratur à digniori miniſtro, ideoque majori veneratione dignum,

Tum denique, quia de effectu confirmationis Philoſophari debemus proportione ſervatâ, atque de adventu Spiritus Sancti in Apoſtolos in die Pentecoſtes; cum illi deſcenſui reſpondeat in nobis confirmatio. At negari nequit pleniùs datum eſſe Spiritum Sanctum Apoſtolis in die Pentecoſtes, quàm antea datus fuerat in baptiſmo. Ergò idem dicendū eſt de confirmatione, comparatione baptiſmi. Minoris propoſitionis veritatem videor colligere ex Melchiade epiſtolâ citatâ ab illis verbis. *Nec ſi fortè etiam illud*

& quia plenius eſt datus Sp. S. Apoſtolis in Pent. cui correſpondet confirmatio, quā ante.

inqui-

Inquirere velimus.

9 Neque his obſtat, quòd baptiſmus conferat primam gratiam remiſſivam peccati originalis, & ſit initium, & fundamentum totius eſſe ſpiritualis. Nam ex hoc tantùm efficitur, illum effectum eſſe magis neceſſarium, non verò perfectiorem; ſicut idem videmus in fide, & charitate; & ſicut etiam in quantitate pueri, & viri philoſophari poſſumus; hæc major, illa magis neceſſaria, quia ſine illa ad iſtam minimè perveniſſet.

Effectus tamen baptiſmi magis neceſſarius, quia eſt prima gratia, ſine qua hæc non datur, habetque ſe ad hanc ſicut fides ad charitatem, ſicut quantitas pueri ad quantitatem viri.

Sed adſcribo verba Senecæ lib. 3. de beneficijs cap. 29. quæ huic rei explicandæ valdè conferent. Cum examinaret, An Patri majora beneficia dare filius poſſit, quàm accepit, eo quòd ab illo eſſe acceperit, ſine quo dare beneficium non poſſet, cum ſit initium omnium, reſpondet hiſce verbis: *Primùm, quædam initium ab alijs trahunt, & tamen initijs ſuis maiora ſunt. Neque ideò aliquid non eſt maius eo, à quo cœpit, quia non potuiſſet in tantum procedere, niſi cœpiſſet. Nulla non res principia ſua magno gradu tranſit. Semina omnium rerum cauſæ ſunt, tamen minima partes ſunt eorum quæ gignuntur. Tolle radicem, nemora non ſurgent, neque tanti montes veſtientur. Innituntur fundamentis ſuis templa, & illa Vrbis mœnia: tamen, quæ in firmamentum totius operis iacta ſunt, latent. Idem in cæteris evenit, principia ſua ſemper ſequens magnitudo obruit.* Hæc Seneca.

ſicut radices ad nemora, ſemẽ ad hocquod inde creſcit fundamentûm ad ædificium.

PARS QVARTA.

De miniſtro ſacramenti Confirmationis circa Art. 11.

CAPVT PRIMVM.

An ſolus Epiſcopus, an etiã presbyter ſit ordinarius miniſter ſacramenti confirmationis.

SVMMARIVM.

Vtilitas explicandæ quæſtionis, & quid intelligatur nomine ordinarij, n. 1.
Photius ſenſit presbyterum eſſe etiam ordinarium miniſtrum confirmationis, eius erroris occaſio explicatur, num. 2.
Statuitur Catholica veritas, num. 3.
Fit ſatis argumentis Photij, num. 4. uſque ad 10.

DE hoc non levis concertatio eſt inter Latinos, Græcoſque, nam apud illos, non niſi rariſſimè, & ex magna cauſa obtentâ diſpenſatione à Romano Pontifice presbyteri conſignant; apud Græcos verò paſſim presbyteri ſacramentum confirmationis ad miniſtrãt. Quare & hoc in hac parte examinandum eſt 1

apud Latin. rarò, & ex Pont. diſpenſatione, apud Græcos paſſim presbyteri confirmant.

quid veritas doceat, ut ſic videamus, *An conſuetudo Græcorum, non à tempore ſchiſmatis nata, ſed ab antiquiſſimis temporibus initium trahens ſuſtineri poſſit?*

Nomine autem ordinarij miniſtri in dubij titulo eum intelligo, cui de de jure divino, & Dei inſtitutione primò, & per ſe convenit, miniſtrare ſacramentum, ita ut ad miniſtrandũ non egeat alterius conſenſu, vel cōmiſſione.

Miniſter ordinarius, cui primò, & per ſe ex jure divino convenit miniſtrare,

In hac parte, quantum ego iudico, primus Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, in eum pọrrupit errorem, ut exiſtimaret, non ſolum Epiſcopum, ſed etiam quemvis alium presbyterum eſſe miniſtrum ordinarium confirmationis. Occaſio autem erroris hæc extitit.

erroris Photij, quo quẽlibet presbyt. aiebat eiſe miniſtrũ ordin. occaſio.

Conſtantinopolitani Patriarchæ more ſuo, ſolemni cæremoniâ chriſma conficientes ad varias orbis partes Epiſcopis, & presbyteris mittunt, ut eo baptizatos conſignent.

Patriarchæ Conſt. Chriſma conficere, Epiſcopis omnibus mittere ſolebant, ut &c.

Photius intruſus Patriarcha & Coripheus ſchiſmatis, damnatuſque à duodecim Pontificibus Romanis; à Nicolao I. uſque ad Ioannem VII. & in Concilio 8 generali, hoc eſt 2. Conſtantinopolitano, ſacrum chriſma ad Bulgarorum gentem recenter ad fidem Latinorum operâ converſam miſit.

Photius Pſeudo-patriarcha à 12. Pont. Rom. damnatus Bulgaris.

Legati Pontificis Nicolai I. cum in Bulgariam veniſſent, illud chriſma reprobarunt, tum quia à Photio Pſeudo Patriacha conſecratum eſſet; tum etiam, quià à Photianis presbyteris, & in provincia non quidem ſibi ſubjectâ, adminiſtratum fuiſſet, & omnes Bulgaros ab illis confirmatos, iterum confirmarunt.

quos eo à presbyteris unctos re confirma ũt legati Pont. Nicol. I.

Reſcivit Phocius, inſaniens, & furens Concilium univerſale à ſe confictum compoſuit ad damnandum Nicolaum Pontificem Romanum.

Phocius indignatus Conc. Gen. componit ad damnandum Nicol.

Sic refert Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ in quadam Epiſtola, quæ eſt in 8. Synodo Generali poſt Epiſtolam ejuſdem Synodi ad Adrianum Papam.

Et eò audaciæ pervenit Phocius, ut Epiſtolam Encyclicam ad Patriarchales Orientis ſedes ſcripſerit, diſſimulatâ tamen ſui, ac ſuorum à ſacris per Romanũ Pontificem ſuſpenſione, in qua ſui erroris fundamenta poſuit, quæ mox referemus, quibuſque adſtruere conatur presbyteros eſſe ordinarios miniſtros hujus Sacramenti. Vnde Nicolaus I. in Epiſtola ad Hincmarum, quæ extat integra apud Baronium to. 1. ſub Nicolao I. ſcribit Græcos accuſaſſe Latinos, quòd prohiberent presbyteros baptizatorum frontes linire.

& literas ad patriarchas orientis ſcribit, & erroris ſui fundaméta tradit.

Eundem errorem ſequutus eſt poſtea Ioannes wiclephus. Nam 28. inter ejus errores, ut conſtat ex Conſilio Conſtancienſi ſeſſione 8. aſſerit Presbyterum eſſe miniſtrum ordinarium confirmationis; dicit enim reſervationem confirmationis factam Pontifici, & ſolis Epiſcopis, fuiſſe ex avaritia, & amore lucri.

eundem errorem docuit wiclephi, qui & aſſerit Põt. & Epiſcopos hoc ſibi reſervaſſe ex avaritia.

In eundem errorem incidit Armachanus, de quæſtionibus Armenorum, lib. 11. cap. 4. & ex Re-

Item Armachanus, & Ioannes Nathanael

ex Recentioribus Græcis Ioannes Nathanael. Refert etiam Suarez pro hoc errore Durandum, & Scotum. Sed iſtorum alia mens fuit, ut dicam capit. ſequenti. Fundamentum hujus erroris adducam poſtea.

Malè autē pro eo citat Suarez Durandum & Scotum.

3 Solus Epiſcopus eſt ordinarius miniſter confirmationis. eſt fidei.

Cæterùm Catholica veritas eſt ordinarium miniſtrum confirmationis eſſe ſolum Epiſcopum: Presbyterum autem non eſſe ordinarium, quaſi ſine venia adminiſtrare poſſit licitè, & validè hoc ſacramentum.

Hæc veritas, ut à nobis propoſita, de fide eſt, tùm, quia Conſilium Florentinum in decreto Eugenij IIII. apertè dicit ordinarium miniſtrum eſſe Epiſcopum, & quandoque de licentia Sedis Apoſtolicæ, præbyterum miniſtraſſe confirmationem. Quibus docet præsbyterum nullo modo eſſe miniſtrum ordinarium.

Tùm etiam, quia Tridentinum ſeſſione 7. Cano. 3. de confirmatione, dicit: *Si quis dixerit ſanctæ confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem ſacerdotem, anathema ſit.*

Ratio à priori deſumitur ex inſtitutione Chriſti, quæ nobis innotuit per Conſiliorum definitiones.

Congruens autem ratio eſt, quam D. Thomas adducit in hoc art. Quia operationis perfectio ſpectat ad ſupremum artificem; cumque confirmationis Sacramentum ſit quaſi ultima conſūmatio Sacramenti Baptiſmi, ideò ejus collatio reſervatur Epiſcopis, qui obtinent ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei. Eſt enim Epiſcopus veluti Dux militiæ ſpiritualis; ad ducem autem pertinet deſignatio militum. Cum ergò per confirmationem baptizatus deſtinetur miles ad bellum pro fide, ad ipſum ſpectat hoc ſacramentum conferre.

cum conſummatio operis ad ſupremum artificem ſpectet, confirmatio ſit conſummatio, &

Epiſc. eſt quaſi ſupremus princeps, & dux militiæ.

4 Sed pro errore Photij nonnulla adduci poſſunt, quæ diluere & explicare breviter opus eſt. Primò adducitur, quod Actorum 9. Ananias, qui non erat Epiſcopus, ſed vel Diaconus, vel presbyter mittitur ad confirmandum Saulum. Non ergò ſoli Epiſcopi ſunt miniſtri confirmationis.

Sed ad hoc facilè reſpondetur ex dictis parte præcedenti, cap. ultimo; conſtat enim Ananiam non fuiſſe miniſtrum confirmationis, ſed illam impoſitionem manuum fuiſſe curativam.

hinc Ananias non cōfirmavit Saulum: ſed Imp. manuum curavit.

Secundò adducitur ex Paulo I. ad Timotheum 4. *Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyteri.* Ergò Timotheus confirmatus fuerat per presbyterum.

5 Sed neque hic locus eſt alicujus momenti, nam in correctis Biblijs Clementis VIII. non legitur *presbyteri*, ſed *presbyterij*; ſecundùm quam lectionem non deſignatur miniſter impoſitionis manuum: ſed potiùs modum, & ſpeciem ejus impoſitionis fuiſſe ordinariam, ſignificaturque illis verbis Sacramentum ordinis, ut ſuo loco dictum eſt.

impoſitio verò manuum ſignificat ſubinde ſacram. ordinis.

Tertiò obycitur S. Ignatius, qui

qui Epiſt. 13 inter munera ſacerdotis recenſet, hanc manus impoſitionē. Et ſimili modo loquēs Ambroſius lib. 3. de Sacramentis c. 2. inquit: *ſpirituale ſignaculum, & ſeptiformem Spiritum Sanctum dari ad invocationem Sacerdotis.* Quę verba indicare videntur, etiam ſimplicem Sacerdotem eſſe miniſtrum confirmationis ordinarium; ſiquidem inter ejus munera, quæ ex ordinatione illi competunt, recenſetur hoc ſacramentum.

Sed hæc & ſimilia facilem explicationem habent. Vterque Ignatius, & Ambroſius nomine *Sacerdotis* intelligunt Epiſcopum. Et de Ignatio ſatis conſtat, quia de Epiſcopo expreſſè loquebatur. Nomen enim *Sacerdotis* olim ſpecialiter accōmodatū fuit Epiſcopis, ut paſſim videre eſt in multis Concilijs Toletanis. Et ad id probandum optimus locus eſt in S. Sidonio Apollinari lib. 9. Epiſt. Ep. 3. ad Fauſtum, ibi: *Nihil ab Abbate mutatus per ſacerdotem*, id eſt; Epiſcopum. Loquebatur enim de Fauſto in Epiſcopum aſſumpto ex Abbate Lyrinenſi, qui religioſam etiam factus Epiſcopus, vitam, & diſciplinam ſervaverat. Vndè ex eo quod Ignatius, & Ambroſius confirmationem ponant inter munera ſacerdotum, nihil colligitur pro presbyteris.

Nomen ſacerdos olim ſignificabat Epiſcopum ſpecialiter.

hinc dicitur, quod Fauſtus ex Abbate Lyrſ. factus ſacerdos, id eſt, Epiſcopus nihil de vita religioſa mutaverit,

7 Quartò argumentatur Photius in Epiſtol. citat. in hæc verba: *Si ſolis Epiſcopis hoc datum eſt unde venit hæc lex? Quiſnam hujus legis conditor? Apoſtolorumne unus? aliquis verò Patrum? Num etiam aliqua ex Synodis? ſed ubi, & quando congregata eſt hujuſmodi Synodus? Et quorumnam calculis confirmata?*

Verùm ad hoc argumentum Photij dico in primis idem; quod Hieronymus agens de hoc Sacramento dixit Luciferianis: *Exigis ubi ſcriptum ſit? In Actibus Apoſtolorum.* Hoc quidem reſpondemus Photio; tametſi de hoc non extaret ullus Græcorum Canon, facilè ex ipſamet Sacra Scriptura Actorum 8. & 19. collgi poſſet, ut cap. ſequenti dicemus. Et prætereà Patrum, & Canonum doctrinam, quæ tradit, miniſtrum eſſe ſolum Epiſcopum, adducam infrà.

contra Photium ſumitur argumentum ex Act. Apoſt.

Quintò arguit Photius ibidem: *Si non licet Sacerdotibus eos qui baptizantur, unguento conſignare, igitur nec omninò ſacra facere, nec baptizare; ut tibi nec dimidiatus ſacerdos, ſed integer, ad profanum ſtatum rejciatur.* 8

Reſpondetur hanc argumentandi formam nullam eſſe. Accipe inſtantiā, quia ſic inferri poſſet: Ergò nec in neceſſitate diaconus baptizare poteſt: quia in neceſſitate confirmare non poteſt; quod abſurdum eſt; licet enim illi in caſu neceſſitatis baptizare. Non ſunt iſtæ res inter ſe adeò connexæ, ut neceſſariò converti debeant, ut qui unum poteſt præſtare, poſſit & aliud.

ex inſtantia ex alio qr. du c, non enim deſinit eſſe diaconus, aut hic baptizare poſſe, quia non poteſt confirmare,

Vnde neque rectè infertur nō poſſe presbyterum ſacrum conficere; neque enim ſequitur ex eo, quod quis ſacrificet, quod confirmet; neque etiam ſequitur quod ſit dimidiatus ſacerdos, ex eo quod confirmare non valeat, cum id ad

quod ne quidem ſpectat ad munus & dignitatem ſacerdotis.

id ad ejus dignitatem, & munus non ſpectet. Et ſi dimidiatus videatur ſacerdos Photio, qui non confirmat: erit ergò illi etiam dimidiatus ſacerdos, qui ordines ſacros non confert.

9 Sextò arguit ibidem Photius, Sacerdos perficit baptizatum per Sacramentum Euchariſtiæ; Sacramentum longè omnium præſtantiſſimum: Cur ergò non eundem perficiet per confirmationẽ?

Sed reſpondetur in primis, Confirmationis Sacramentum obligare, & deſignare nos militiæ Chriſti; & ideò illud conferre non eſſe cujuſvis, ſed ducis exercitus: at Euchariſtia æquè reſpicit confirmatum, & non confirmatũ, ut conſtat exemplo Chriſti; qui Apoſtolis primum Sacramentum diſtribuit in ultima cœna, & poſtea in die Pentecoſtes confirmavit. Non ergò mirum eſt, ſi ſacerdos quoque baptizet, & Euchariſtiam conficiat, & diſtribuat; non tamen confirmet.

quo cum deſignemur & obligemur militiæ Chriſti, non cujuſvis; at ſolius ducis exercitûs eſt, id eſt, epiſcopi. Apoſtoli primò Euchar. poſtea confirmat: accepêre. hinc Euch. ſpectat æquè ad nõ confirmatũ ac confirmatum.

Deinde ſi hæc argumentatio valeret, ſequeretur poſſe etiam preſbyteros ſacros ordines conferre, & ſacrum unguentum cõficere, & conſecrare, quæ longè minora ſunt conſecratione Euchariſtiæ, ut inferebamus ſuprà part. 2 cap. 4. in ſimili argumentatione Caietani.

10 Denique, pro errore Photij poteſt adduci Hieronymus, qui ſcribens contra Luciferianos ait *quod ſi hoc loco quæris, quare in Eccleſia baptizatus non niſi per manus Epiſcopi accipiat Spiritum Sanctum, quẽ nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui? diſce hanc obſervationem ex ea auctoritate deſcendere, quâ poſt aſcenſum Domini Spiritus Sanctus ad Apoſtolos deſcendit, & multis in locis id ita factum reperitur ad honorem potiùs ſacerdotis, quàm legis neceſſitate.* Ergò; cum dicat Hieronymus functionem Epiſcopi in Sacramento confirmationis potiùs ad honorem, quàm legis neceſſitatem pertinere, Presbyter poterit eſſe ordinarius miniſter.

Reſpondetur in primis contra Photium facere illa verba Hieronymi: *Baptizatos non niſi per manus Epiſcopi accipere Spiritum Sanctũ.* Quod autem poſtea dicit, hoc ad honorem potiùs ſacerdotis, quam legis neceſſitate fieri, Cardinalis Baronius, dum explicat factum Gregorij, ſic interpretatur, ut ſit ſenſus hoc munus Epiſcopale non adeò eſſe de Sacramenti eſſentia, ut annuente Romano Pontifice non poſſit impleri per presbyterum.

Sed meliùs reſponderi poteſt illis verbis tantùm indicare Hieronymum Sacramentum confirmationis non eſſe ſimpliciter neceſſarium, & ideo neque paſſim ab omnibus conferri, ſed inſtitutum potiùs ad honorem ſacerdotis. Nam Epiſcopus qui principem locum inter ſacerdotes tenet, honoratur cum illud Sacramentum confert baptizatis, veluti quidam dux Chriſtianæ Militiæ.

confirmatio non eſt abſolutè neceſſaria: hinc inſtitutum ut potiùs ab Epiſcopo, ut militiæ duce, quàm ab alio ſac. adminiſtretur, ut oſtendatur dignitas ſtatûs ejus. quamvis interim ex commiſſione vel diſpenſatione Pont. ſimplex ſac. poſſit, & aliquando cõfirmaverit.

Quod autem dicit multis in locis idem factum reperiri, ſcilicet, ut per Epiſcopum detur Spiritus Sanctus, indicat quidem aliquibus in locis presbyterum confirmare: ſed intelligendum eſt cum diſpenſatione obtentâ, & legitimâ

gitimâ poteſtate factâ, ab eò, qui licentiam præbere potuit, ut infrà dicam.

CAPVT II.

An ſolus Epiſcopus ſit ſufficiens miniſter? an etiam presbyter ſit miniſter ſufficiens, quamvis peccet in conferendo?

SVMMARIVM.

Explicatur ſtatus quæſtionis, num. 1.
Quorundam Catholicorum affirmativa ſententia proponitur, cum ſuis fundamentis, num. 2. 3. 4. 5.
Hanc ſententiam diſtare ab errore Photij, & Wiclephi, nu. 6.
Eam tamen ſententiam veram non eſſe, neque tutam, num. 7.
Oſtenditur ex Pontificibus in presbyteris ſine diſpenſatione, nullam eſſe poteſtatem ad confirmandum, num. 8. 9 10. 11.
Oſtenditur ex Actis Apoſtolorum, presbyteros poteſtate carere, & idem colligere Pontifices, nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
Idem oſtenditur ex Concilijs, num. 18.
Idem oſtenditur ex Patribus, num. 19.
Primo fundamento oppoſitæ ſententiæ in genere ſatisfit, nu. 20.
Canonis Arauſicani ſolutio Suarez proponitur, & rejicitur, num. 21.
Ad eius Canonis explicationem obſervatur in baptiſmo ungi baptizatum à ſacerdote chriſmate in vertice. Inſtitutum non à Clemente, ſed à Sylveſtro. Eius inſtitutionis rat. n. 22.
Eius unctionis ſignificatio, num. 23.
Vnctionem eam a presbytero miniſtrari in forma crucis, nu. 24.
Miniſtrari à presbytero de conſenſu Epiſcopi, nu. 25.
Ex his explicatur Canon Arauſicanus, nu. 26.
Innocentius I. ex eadem obſervatione explicatur, nu. 27.
Explicantur etiam nonnulli Canones apud Gratianum, & teſtimonia Ambroſii, & Auguſtini, nu. 28.
Alijs fundamentis 1. ſent. ſit ſatis, nu. 29.

Conſtat presbyterũ non eſſe ordinarium miniſtrum, ſed ſolum Epiſcopum. At quia eſſe poteſt, ut presbyter ſit miniſter, petitâ tamen veniâ ab Epiſcopo; ita ut ſine ea ſit ſufficiens miniſter, licet peccet, ſicut præſente presbytero, & Diacono, Presbyter eſt miniſter ordinarius baptiſmi ſine alterius conſenſu, ita tamen, ut ſi Diaconus ſine debita venia baptizet, valeat quidem baptiſmus, licet peccet in baptizando; idcò inquirimus, *an ſaltem presbyter ſit ſufficiens miniſter confirmationis, an verò ſolus Epiſcopus; ita ut ſacramentum collatum à Preſbytero nullum ſit; ſed ſolùm quod confertur ab Epiſcopo?* 1 *non ſimplex ſacerdos, ſed Epiſcopus eſt ordinarius Conf: miniſter, quamvis baptiſmi.*

Eſt quorundam Catholicorum ſententia, quæ docet miniſtrum quidem ordinarium ex inſtitutione divina eſſe ſolum Epiſcopum: at ſimplicem ſacerdotem eſſe ex eadem inſtitutione miniſtrum, non ordinarium, ſed ex conſenſu, & venia Epiſcopi; quod ſi abſit, peccet quidem ſacerdos confirmando, ſed factum teneat. 2 *prima ſent. quod ſit miniſter ſufficiens,*

Hanc ſententiam docuit Ferrara 4. contra gentes cap. 66. ſequitur Taper artic. 12. contra Lutherum, Salmeron tom. 12.

qui

qui eſt in acta Apoſtolorum, tract. 26. verſiculo: *Alia ſententia, & quidem probabilis,* Refertur etiam Caietanus pro hac ſententia: quia in hoc articul. & Actorum 8. dicit Epiſcopum eſſe neceſſarium miniſtrum neceſſitate præcepti, non Sacramenti. Atque hanc puto eſſe ſententiam, in quam propendent Durandus in 4. diſtinct. 7. quæſt 3. num. 11. & Scotus eadem diſtinct. quæſt. 1. Pro hac ſententia nonnulla adduci poſſunt, quæ illam veriſimilem reddunt.

probatur primò.

Diſpono autem primum argumentum ſub hac forma. Presbyter ratione ſui ordinis habet conſecrationem ſufficientem ad Sacramentũ confirmationis. Ergò quilibet presbyter poteſt validè conferre hoc Sacramentum, licet peccet non petendo veniam.

Quod autem habeat conſecrationem ſufficientem probari videtur, ex multis Canonibus Conciliorum, aut Pontificum Decretis, & moribus Eccleſiarũ, in quibus confirmarunt presbyteri, vel abſente Epiſcopo, vel urgente neceſſitate. Id enim magno argumento eſt presbyteros habere ſufficientem conſecrationem, & poteſtatem.

Id. conſtat. 1. ex Concilio Arauſican. 1. can. 2. ubi dicitur hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi hæretici eſſe deſierint, ſi deſit Epiſcopus, a presbyteris cum chriſmate, & benedictione conſignari poſſe.

Secundò ex Innocentio I. Epiſt. 1. cap. 6. dicente, ſi Energumeni non poſſunt ad Epiſcopum deferri, poſſe Epiſcopum Auctoritatem dare presbyteris ad eos conſignandos, ſive ad imponendas eis manus.

Tertiò ex *cap. presbyter, diſtin.* 95. ubi cavetur ne presbyteri præſente Epiſcopo in fronte conſignent, niſi ab Epiſcopo fuerit illis præceptum: idemque habetur in *cap. omni tempore, de conſecratione diſt.* 4.

Quartò ex Toletano 1. Cano. 20. ubi ſtatuitur Diaconum non chriſmare, ſed presbyterum abſente Epiſcopo; præſente verò non, niſi ab illo fuerit præceptum.

Quintò ex Ambroſio, qui ad Epheſios 4. ſcriptum reliquit Ægyptios abſente Epiſcopo conſignare.

Sextò ex Auguſtino, ſive quis alius fuerit Auctor lib. Quæſtionum Veteris, & Novi teſtamenti, q. 101. in qua aſſerit in Eccleſia Ægyptiorum, & Alexandrinâ, in quibus non erant Epiſcopi, ſacerdotes ſolitos fuiſſe hoc Sacramentum conferre. *In Alexandria (inquit) & per totam Ægyptum, ſi deſit Epiſcopus conſignat presbyter.*

Septimò denique favet conſuetudo Græcorum, quæ ab antiquiſſimis temporibus, & forſan ab Apoſtolica traditione deſcendit. ſecundùm quam presbyteri conſignant.

Secundò, & urget magis argumentum præcedens, quia, ſi attentè conſiderentur adducti Canones, eodem modo loquuntur atque alij Canones de miniſtris baptiſmi. Dicitur enim Epiſco- probatur ſecundò.

Epiſcopis convenire munus baptizandi, presbyteris autem non, niſi ex conſenſu Epiſcopi, vel non pręſente Epiſcopo, & Diaconis abſente Epiſcopo, vel in caſu neceſſitatis.

Clemens Rom. lib. 5. Conſtit. Apoſtolicarum c. 20. *Imò neq; reliquis clericis poteſtatem baptizandi facimus, niſi tantùm Epiſcopis, & prebyteris miniſtrantibus Diaconis.* Tert. lib. de Baptiſmo, c. 17. nu. 114. *Dandi quidem baptiſmum habet ius ſummus ſacerdos, qui eſt Epiſcopus. Dein presbyteri, & Diaconi, non autē ſine Epiſcopi auctoritate propter honorem Eccleſiæ.* Hieron. in Dialogo contra Luciferianos: *Inde venit, ut ſine chriſmate, & Epiſcopi iuſſione neq; Presbyteri neq; Diaconi ius habeāt baptizandi.* Idē conſtat ex Gelaſio in Epiſt. ad univerſos Epiſcopos per Lucaniam conſtitutos c. 9. Et ex Auguſt. in Epiſt. ad Fortunatum, & eſt in *c. in neceſſitate, de conſecratione diſt.* 4. Et ex Hiſpalenſi 2. can. 7. Amb. lib. 3. de Sacramentis c. 2. Theod. lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 27. Iſid. lib. 2. de officijs Eccleſiaſticis, c. 24. & eſt in *c. conſtans, de Conſecratione diſt.* 4.

In prædictis locis videmus baptizandi munus ſolis concedi Epiſcopis, & in abſentia Epiſcoporum presbyteris, & in abſentia eorum Diaconis. & Presbyteris, & Diaconis non licere baptizare dicitur in aliquibus ex citatis teſtimonijs: & eo non obſtante valet quidem Sacramentū baptiſmi collatum à Presbytero, vel Diacono, etiam in præſentia, & ſine licentia Epiſcopi, Ergò, cùm eadem ſint verba in Canonibus prohibentibus presbyteris Sacramentum confirmationis conferre, tantùm indicant illicitè conferri à presbyteris ſine Epiſcoporum conſenſu, non autem non eſſe validum.

4 Tertiò probari videtur ex Clemente Rom. lib. 7. Conſtitu. Apoſtolicarum cap. 23. ubi inſtruit Epiſcopum & Presbyterū, quomodo debeant baptizare, & addit: *Vnges autem, ô Epiſcope, & Presbyter priùs Oleo ſancto, deinde baptizabis aquâ, poſtremò conſignabis unguento, ut unctio ſit participatio Spiritus Sancti, aqua ſit ſymbolum mortis, unguentum ſigillum pactionum;* Ecce uterque Epiſcopus, & Presbyter annumerantur à Clemente Romano ut miniſtri confirmationis. Probatur tertiò.

Vltimò denique expendi pro hac ſententia poteſt, quod in nullo Canone, in quo prohibetur Presbyteris Sacramentum confirmationis miniſtrare, dicitur irritum, aut nullum fore Sacramentum ab illis collatum, & ideò repetendum; ſed tantùm abſolutè prohibentur confirmare. Ergò ſignum eſt validum cenſeri ab illis collatū, non ſecùs ac baptiſma. Antecedens conſtat, ex verbis prohibentibus Canonum, quorum aliquos jam retulimus.

Quod ſi dicatur, etiam in aliquibus Decretis Pontificum decerni irritum, & nullum eſſe Sacramentum confirmationis collatum à presbyteris. Nam in *cap. quanto de conſuetudine* inquit Innocentius III. eſſe *inanem umbram, & non veritatem*, & in *capit. manus impo-*

ponis de

ponis de conſecratione diſtinct. 5. Quod deſumptum eſt ex Euſebio Papa, Epiſtol. 3. habetur, *irritum habendum, & vacuum, neque inter Eccleſiaſtica Sacramenta computandũ, quod per ſimplices Sacerdotes confertur.*

Sed hæc non difficilè evertuntur. Quia in his Decretis non habetur, neque dicitur, ut iterentur talia Sacramenta, quod maximè dicendum erat, ſi ea ſacramenta eſſent vacua, & omninò nulla.

Deinde in eis ſolùm dicitur, quod paſſim reperitur in alijs adminiſtrationibus Sacramentorum, quæ quidem valida fuerunt, & non repetenda; & tamen illa eadem verba dicta ſunt, vel in odium illius, qui ea illicitè, & perperàm contulit; vel ad gravitatem delicti exaggerandam; vel quia carent effectu ejuſmodi Sacramenta propter peccata in dantibus, & recipientibus, quod his exemplis manifeſtũ relinquitur.

Nã in *cap. qui vult* 1 & 2. 1. *q.* 1. dicitur de Presbytero ſimoniacè promoto, quod *Sacerdos non eſt ſed inaniter dicitur.* Et Sixtus ſecundus Epiſtol. 2 de Epiſcopo, ordinante in aliena diœceſi, ait, quod *irritus ſit eius ordinatio.* Idemque habetur in *cap. in multis* 2. *quæſt.* 2. & *cap. In pleriſque Clementinã de electione*, ſtatuitur quòd ordinatio Epiſcopi ad Eccleſiam, quæ caret clero & Chriſtiano populo, ſit nulla, & habeatur irrita. Idem conſtat ex *Cap. Provida, de electione.* Ergò quamvis Canones ſuprà citati dicant Sacramentum confirmationis à Presbyteris collatũ eſſe irritum, vacuum, & inanem

clerus & chriſtianus populus neceſſarius ad conſtituendam Eccleſiam.

umbram, non colligitur fuiſſe nullum, & ideò repetendum.

Cæterùm pro explicatione 6

ſecũda ſententia.

veritatis. Primò dicendum videtur eam opinionem, quam retulimus, valdè diſtare ab errore Photij, & Wicleph damnato per Eccleſiam. Sic cenſent nonnulli Doctores Catholici, qui hujus opinionis meminére.

Photius & wicleph hæret: plus exaggerant poteſtatem presb: ad confirmandum, quàm catholici hic citati.

Quod manifeſtè probatur, quia Photius, ut viſum eſt cap. præcedenti, contendebat Presbyteros ex vi ſuæ ordinationis, ſicut habent poteſtatem conficiendi Euchariſtiam, & baptizandi, habere etiam poteſtatem confirmandi nullo expectato conſenſu Epiſcoporum; cum dicat nullam eſſe legem, neque Apoſtolicam traditionem, quâ prohibeantur Presbyteri confirmare.

Eadẽ etiã fuit mens Wiclephi, dicebat enim iniquam fuiſſe, & avaritiâ plenam hujuſmodi reſervationem factam Epiſcopis; quibus manifeſtè docebat ante reſervationem, Presbyteros abſque ulla venia ex vi ſuæ ordinationis & conſec. poſſe confirmare: ſi, quidem ea reſervatio, quæ Eccleſiaſtico jure inducta fuit, iniquitate plena, & Presbyteris injurioſa cenſetur ab Wiclepho.

At hæc ſententia docet inprimis miniſtrum ordinarium confirmationis eſſe ſolum Epiſcopum, qui ex vi ſuæ ordinationis ſine alterius conſenſu poſſit confirmare. Presbyterum autem non eſſe eo modo ordinarium, ſed venia petita, & conſenſu Epiſcopi; neceſſario quidem, ut licitè conferatur, non tamen ut validè;

& ne-

perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit. Quo loco neque in neceſſitate cõceditur alicui collatio confirmationis.

& hoc facere debet diaconus regens Eccleſiam, aut etiam presbyter.

Sed magis urget Can.77. *Si quis Diaconus regens plebem ſine Epiſcopo, vel Presbytero aliquos baptizauerit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod ſi ante deceſſerit de ſæculo, ſub fide, quâ quis crediderit, poterit eſſe iuſtus.* Vbi expendo virtute illius diſiunctivæ idem cenſendum eſſe, ſive Diaconus regat plebem, ſine Epiſcopo cum Presbytero, vel ſine utroque. Ergò etiam in caſu neceſſitatis nõ conceditur Presbytero confirmare, ſed jubetur trãſactâ neceſsitate ad Epiſcopum deferri: aut, ſi periculum urgeat, & decedat, non eſſe neceſſarium ſacramentũ confirmationis miniſtrare, quia ſine illo cum baptiſmo poterit eſſe ſalvus. Quod ſi Canones Cõciliorum, quibus prima ſentẽtia nititur, indicarent, quod ea opinio contẽdit, maximè in caſu neceſsitatis, & abſente Epiſcopo poſset Presbyter confirmare, quod tamen illi non conceditur.

tametſi etiam urgeat neceſſitas.

10 Tertiò conſidero pro hac ſententia teſtimonium Melchiadis Papæ, in Epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, vbi inquit, utrumque ſacramentum baptiſmi, & confirmationis eſſe magnum: Confirmationis autem fieri à majoribus, id eſt, à Summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non poteſt, & ideò majori veneratione venerandum, & tenendum eſſe.

& quamvis utrumque ſacrã. bapt. & conf. ſit magnum;

In quo teſtimonio illud expendo comparari utrumque ſacramẽtum, & præſtatiùs iudicari ſacramentũ confirmationis ex eo quod à minoribus perfici non poſsit, ſed ab Epiſcopo. Ergò in presbyteris nulla poteſtas eſt conferendi. Patet conſequentia apertè Quia, ſi poſset presbyter petitâ veniâ, vel ſine illâ validè miniſtrare, idẽ etiã poteſt præſtare presbyter in baptiſmo. Ergò in hoc utrũque ſacramentum æquale eſſet, & æquali veneratione veneradũ, atque tenendũ. Vt ergò firma ſit ea differentia, & major pręſtantia ſacramenti confirmationis, neceſſarium eſt dicere in presbyteris & minoribus ab Epiſcopo nullam eſſe poteſtatẽ conferendi.

hoc tamen præſtantius

quia à minoribus perfici non poteſt, ſed ab Epiſcopo: ideoq; majori veneratione dignũ

Quartò eodem modo conſidero pro hac veritate verba Euſebij Pontificis, Epiſt. 3. cit. dicentis, *manus impoſitionis ſacramentum magnâ veneratione tenendum eſſe, quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à Summis Pontificibus.* Ecce majoris venerationis rationem aſſignat, quod ſolùm à Summis pontificibus perfici poſſit. Non ergò à presbyteris; aliàs non eſſet majori veneratione dignum, quàm baptiſma. Vnde meritò ſtatim ſubdit *aliter collatũ irritũ haberi, & vacuum, neque inter Eccleſiaſtica ſacramenta unquam computandum.*

aliter autẽ collatũ nullum ut.

Licet autem hæc verba, aut ſimilia dicta reperiantur de alijs ſacramentis, quæ iteranda non ſunt, ut dicebamus pro prima ſententia; tamen in hoc loco, & ſuppoſitis his, quæ Euſebius præmiſerat de defectu poteſtatis ad, ſacramentum hoc adminiſtrandum ab alijs, quam ab Epiſcopis, non puſſunt aliter intelligi

 niſi

niſi nulliter fuiſſe ſacramentum collatum, & ideò repetendum; quia non reputatur inter Eccleſiaſtica ſacramenta, cum nullum fuerit.

Et certè, ſi argumentatio primæ opinionis valeret aliquid, nunquam illa verba, aut ſimilia indicarent ſacramenta, quæ imprimunt characterem, nulla fuiſſe: & ideò repetenda, quod abſurdum eſt. Quarè illa verba accipienda ſunt iuxta ſubjectam materiam, & ea quæ præcedunt, & ſequuntur.

Secundò oſtendo noſtræ ſententiæ certitudinem, quia complures Patres, qui Pontificibus, & Epiſcopis tribuunt poteſtatem conferendi chriſma, negant presbyteris, ob defectum poteſtatis. Et nonnulli id colligunt ex Actis Apoſtolorum; alij verò abſolutè poteſtatem negant. Ergò non poſſunt illi validè conferre hoc ſacramentū: Si enim validè conferre poſſent, quamvis illicitè, non dicerent Patres, non eſſe in presbyteris poteſtatem conſignandi; illi enim de collatione valida loquuntur, non de licita. Nam etiam Epiſcopus peccato mortali maculatus non poteſt licitè miniſtrare, & tamen non ideò dicitur carere poteſtate miniſtrandi.

& etiam ab Epiſcopis collatū in peccato mortali illicitum.

Antecedens, meo judicio apertiſſimè conſtat ex Pontificibus, Concilijs, & Patribus. Ex quibus aliqui presbyteris abſolutè poteſtatem negant. Alij verò defectum hujus poteſtatis colligunt, quia Actorum 8. & 19, ſolùm Apoſtoli dederunt baptizatis Spiritum Sanctum: & quamvis ab alijs baptiſmus collatus fuiſſet, impoſitio manuum, quâ baptizati accipiebant Spiritum Sanctum, ad ſolos Apoſtolos pertinuit.

Soli apoſt. dederunt Sp.S. etiam qui ab alij baptizati fuerant,

Quod magno argumento eſt, illos ſolos habuiſſe poteſtatem, & ex conſequenti Epiſcopos, qui ſunt illorum ſucceſſores ſolos eā habere poteſtatē. Quo etiam indicant Apoſtolos, non ut presbyteros, ſed ut Epiſcopos eam poteſtatem habuiſſe; quia indè colligunt ſucceſſoribus Apoſtolorū eam facultatē competere; ſucceſſores autem Apoſtolorum non ſunt presbyteri, ſed Epiſcopi.

idque ut Epiſc. non tantùm ut presbyteri, eorum autē ſucceſſores non ſunt presbyt. ſed Epiſcopi.

Inprimis ergò ex Pontificibus adduco Euſebium epiſt. 3. cit. cujus hæc ſunt integra verba: *Manus quoque impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus; nec tempore Apoſtolorum ab alijs quàm ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur peractum fuiſſe; nec ab alijs quam ab his, qui eorum locum tenent, unquam perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliud præſumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, neque inter Eccleſiaſtica unquam computabitur ſacramenta.* Quid clarius? Ea verba paulò ſuperiùs expendebamus; in quibus planè defectum poteſtatis agnoſcit in omnibus alijs, exceptis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus; idque colligit ex facto Apoſtolorum.

quibus ideò ſolis ineſt poteſtas validè confirmandi.

Secundò facit Damaſus in epiſt. de Chorepiſcopis, qui presbyteri tantùm erant, ut ex eo conſtat; & ibi multa habet, quæ noſtram ſententiam manifeſtè docent.

non chorepiſcop. quia non ſunt Epiſcopi,

docent. Nam cum probaſſet priùs Chorepiſcopos non eſſe, Epiſcopos, ſtatim ſubdit: *Quidquid inter, aut de rebus ſolummodò ad eos pertinentibus egerint, neceſſe eſt, ut irritum fiat. Quia quod non habent, dare nequaquam poſſunt, præſertim, cum nullum ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem iſti, antequam prohiberentur, in Eccleſia gerebant, nihil de hoc, quod Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus ſpecialiter derogatur, legitur aſſumpſiſſe.* et poſtea: *Quod autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere ſpiritum Sanctum, liber Actuum Apoſtolorum docet, præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum iſti in Eccleſia ſpeciem gerunt, legatur donum Sancti Spiritus per manus impoſitionē tradidiſſe.* Et poſtea. *Nam benedictio, quam prædicti Chorepiſcopi ante ſuam prohibitionem, per manus impoſitionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quàm ſalutem. Et iſti qui Pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, quæ non habebant, dare poterant? Quoniam nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere, Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare poteſt quod non habet? Præſertim cum Pontifices non erant, ea, quæ ſolis Pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impoſitionem tangebāt, cum ea, quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideo quidquid ex ſupra dictis miniſteriis Pontificalibus præſumebant, irritum erat & nihil tangendo proficiebat; ſed magis juxta prophetam maledictionem pro benedictione conferebant. Quapropter per illam illicitam manus impoſitionem ut paulò ſuperiùs prælibavimus, Vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebant.* Hæc Damaſus. Quæ verba apertiſſima ſunt, neque majori indigent ponderatione.

ſed tantùm ſucceſſores 72. diſcipulorum,

qui numquam per manus impoſ. aut aliter confirmarun.

Chorepiſc. tamen aliquādo præſumpſerant per man. Imp confirmare; ſed irritè & magis ad maledictionem, quā benedictionē confirmandi;

Tertiò facit Sanctus Leo primus epiſt. 88. de Chorepiſcopis, cum eos presbyteros tantùm eſſe dixiſſet, & enumeraſſet Epiſcopi functionem, & inter eas impoſitionem manuum confirmatoriam, inquit: *Hæc enim omninò illicita ſunt Chorepiſcopis, qui ad exemplum, & formam diſcipulorum eſſe noſcuntur; vel presbyteris, qui eandem geſtant figuram. Quoniam quamquam conſecrationē habeant, tamē pontificis apicē non habent. Quæ omnia ſolis deberi Summis Pontificibus auctoritate Canonum præcipitur; ut per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium Summi pontificis demonſtretur.* Quibus verbis, S. Leo clariſſimè indicat defectum poteſtatis in Chorepiſcopis, & presbyteris.

ſunt enim ſolū presbyteri,

qui geſtant figuram 72. diſcipulorū prædictam

Quartó favet Innocentius Primus epiſt. 1. ad Decentium cap. 3. cujus verba etiam retulit Iſidorus lib 2. de offic. Eccleſ. cap. 14. *De conſignandis verò infantibus manifeſtum eſt non ab alio, quàm ab Epiſcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet ſint Sacerdotes, Pontificatus apicem non habent. Hoc autem Pontificibus ſolis debitum, ut vel conſignent, vel Spiritum paracletum tradant, non ſolùm conſuetudo Eccleſiaſtica demonſtrat; verùm & illa lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteris, ſeu extra Epiſcopum, ſive præſente Epi-*

Petrus & Ioannes ut epiſcopi miſſi Samariam ad cōfirmandum.

Cùm tamen presbyteri Baptizent & chriſmate ab epiſc. benedicto verticē ungant, etiam præſente epiſcopo:

ſcopo Baptizant, chriſmate baptizatos ungere licet: ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum; non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cum tradunt Spiritum paracletum.

Multa dicit Innocentius conſideratione digna, quibus excludit priorem ſententiam. Primò eſſe defectum poteſtatis in presbyteris, licet ſint Sacerdotes; quia non habent apicem Pontificatus. Ergò non convenit illis ratione ordinationis, poſſe conſignare.

Deindè defectum poteſtatis probat ex actibus Apoſtolorum, & facto Petri & Ioannis, qui baptizatis ab alijs contulerunt Spiritum Sanctum.

Prætereà non eſſe iudicandum de collatione hujus ſacramenti, ſicut de baptiſmi miniſterio; nam hunc, & præſente, & abſente Epiſcopo conferunt presbyteri, & conſignant verticem: frontem autem cum chriſmate nequaquam, ſed id ſolus præſtat Epiſcopus. Aliàs, ſi presbyter poſſet chriſmare, ſicut baptizare, non poſſet diſcrimen aſſignari ab Innocentio.

Chorepiſcopi reprehenduntur, quòd man. Imponerent.

cum tamē eſſent preſbyteri & nō ſucceſſores apoſtolorū.

Quintò favet Ioannes 3. in epiſt, 1. qui adeò apertè eſt pro noſtra ſententia, ut nihil amplius deſiderari poſſe videatur. Nam, cùm reprehenderet Chorepiſcoporum inſolentiam, qui manus imponere audebant, cum Epiſcopi non eſſent, ſed tantùm presbyteri, inquit: *præſertim, cum nullis ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in Eccleſia gerunt, legatur donum Spiritus Sancti per manus impoſitionē tradidiſſe.* Mirum autem eſſet, ſi ſeptuaginta haberent poteſtatem confirmandi, ſicut & baptizandi, numquam eos legi confirmaſſe in Apoſtolorum abſentia, aut illis longè agentibus.

quibus ſolis ut apoſtolis olim, competit Sp. S. dare, ita Chriſto præcipiente,

Addit Ioannes. *Quod autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprij ſit officij tradere Spiritum Sanctū, liber Actuum Apoſtolorum docet.* Et poſt pauca: *Illi autem, id eſt, Apoſtoli præcipiente Domino, illiſque denuntiante, ut illi, & ſucceſſores eorum tantummodò per manus impoſitionem traderent Spiritum ſanctum, nulli unquam ex ſepuaginta tradere Spiritum Sanctum per manus impoſitionem permiſerunt.* Ecce non permiſſum presbyteris ab Apoſtolis, quia ex præcepto, & denunciatione Chrſti acceptum eſt, tantummodò Apoſtolos, & eorum ſucceſſores hanc poteſtatem habere.

Et ſtatim, cùm poſuiſſet Ioannes teſtimonium ex Actorum 8. addit. *Non ergò, ut tum dictum eſt, aliquem ex ſeptuaginta, licet pauci eſſent Apoſtoli, ad hoc opus perficiendū direxerunt, ſed Petrum, & Ioannem Apoſtolos per manus impoſitionem tradere Spiritum Sanctum miſerunt, quorum vices in Eccleſia Epiſcopi gerunt, & non Chorepiſcopi.*

Secundo loco accedunt Concilia. Inprimis Hiſpalenſe 2. Can, 7. ubi ſuppreſſo nomine eadem verba tranſcripſit, quæ Leo 1. dixit de Chorepiſcopis, & accommodat presbyteris: quare eodem modo expendenda ſunt.

Secundum eſt Concilium Pariſienſe ſub Ludovico & Lothario cap. 27. de Chorepiſcopis agens, hæc habet: *Emerſit quidam reprehen-*

reprehenſibilis, & valdè iā inolitus uſus, eo quod quidā Chorepiſcopi ultra modum ſuum progredientes, & donum Sancti Spiritus, per impoſitionē manuū tradant, & alia quæque quæ ſolis Pontificibus debentur, contra fas peragant, præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in Eccleſia gerunt, legatur donum Spiritus Sancti per manuum impoſitionem, tradidiſſe. Quod autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprij ſit officij tradere Spiritum Sanctum liber Apoſtolorum docet, in quo legitur, &c. Ecce apertè demonſtrat quòd non ſeptuaginta diſcipuli, quorū formam tenent Chorepiſcopi, & Presbyteri; ſed Apoſtoli, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi tradebant Spiritum Sanctum, & iſtos ſolos habere poteſtatem, reliquis poteſtate carentibus.

quamvis preſbyteri poſſint unctiones aliquas alias facere validè, quamvis non ſemper licitè:

Tertiò Concilium Florentinum in decreto Eugenij 4. cum agit de hoc ſacramento hæc ſcribit: *Ordinarius miniſter eſt Epiſcopus, ut, cum cæteras unctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus debet conferre. Quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent Epiſcopi, quod per manuum impoſitionem Spiritum ſanctum dabant quemadmodum Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat.*

& per diſpenſationē Papæ etiam confirmare validè & licitè.

Et ſtatim adducit locum Actorum 8. & ſubdit. *Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio. Legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili, & urgenti admodum cauſa ſimplicem Sacerdotem, Chriſmate per Epiſcopum confecto, hoc adminiſtraſſe confirmationis Sacramentum.* Hæc Eugenius.

In quo decreto expendo primùm Eugenium agere de miniſtro, qui validè conferat, ſive licitè, ſive illicitè miniſtret, ſicut conſtat in alijs Sacramentis, in quibus ſufficientem miniſtrum ad validè conferendum Sacramentum tradiderat.

Deindè expendo, quod ait, cæteras unctiones validè presbyterum conferre, & eſſe miniſtrum earum, non tamen hujus. At neque alias ſine conſenſu Epiſcopi exercere valebat, ut ſā dixi. Ergò diſcrimen conſtituit inter hanc, & alias, & indicat iſtius nullo modo presbyterum eſſe poſſe ſufficientem miniſtrum.

Denique expendo, quòd ſubdit, aliquando ex Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione id conceſſum presbyteris, ex urgenti cauſa. At quod ex diſpenſatione fit, abſque ea fieri non poterat. Ergò presbyteri ſecluſa diſpenſatione poteſtatem non habent conſignandi baptizatos in fronte.

Denique adduco Concilium Tridentinum. Nam cum ſeſ. 7. can. 3. dixiſſet ſolos Epiſcopos eſſe miniſtros ordinarios confirmationis, poſtea ſeſ. 23. cap. 4. apertiùs definit Epiſcopos presbyteris ſuperiores eſſe, ac Sacramentum confirmationis conferre miniſtros Eccleſiæ ordinariæ, atque alia pleraque peragere ipſos poſſe, quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Et can. 7. dicitur: *Si quis dixerit Epiſcopos non eſſe presbyteris ſuperiores, vel eos non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, vel eam quam habent, illis eſſe*

Epiſcopi ſunt presbyteris ſuperiores. Hinc miniſtros Eccleſiæ ordinare confirmare, & multa alia peragere ipſis ex officio competit.

cum presbyteris cõmunẽ, anathema ſit.

Ecce conjungit Concilium poteſtatem ordinandi, & confirmandi; & utramque aſſerit propriam Epiſcopi, & earum functionum nullam poteſtatem eſſe presbyteris apertè dici. Carent ergò illi poteſtate. Quod ſi validè, quamvis illicitè poſſent miniſtrare confirmationem ſine Epiſcopi venia, non diceret, earum functionum nullam habere poteſtatem presbyteros: ſicut neque de baptiſmo miniſtrando dici poteſt. Quare, ſicut nulla eſt ordinatio facta à presbyteris abſque diſpenſatione, nulla etiam eſt confirmatio.

unde nulla eſt ordinatio ſicut cõfirmatio facta à presb. abſq; tali diſpenſatione dicta.

19 Tertio loco accedant Patres. Primò Cyprianus Epiſtol. 73. ad Iubianum, cum de fidelibus Samaritanis iam baptizatis mentionem feciſſet, addit: *Sed tantummodo quod deerat ubi, à Petro, & Ioãne factum eſt, ut oratione pro eis habitâ, & manu impoſitâ invocaretur, & infunderetur ſuper eos Spiritus Sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur; ut qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offerantur, ut per noſtram orationem, & manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.*

baptizati offeruntur præpoſitis Eccleſiæ confirmãdi

Secundò Auguſtinus lib. 15. de Trinit. cap. 26. *Orabant quippe, ſcilicet Apoſtoli, ut veniret in eos, quibus manus imponebant; non ipſi eum dabant. Quem morem in ſuis præpoſitis etiam nunc ſervat Eccleſia.*

apoſtoli nõ dabant ſ[illegible] propria au[illegible] ſed per eorum orationem dabatur Sp. S.

Tertiò Chryſoſtomus in Acta Homil. 18. quærit quare baptizati à Philippo non acceperint Spiritum Sanctũ. Reſpondet: *vel quia Philippus non dederat, hâc re forſan honorans Apoſtolos.* Sed quia hoc reſponſum non illi multùm arriſit, aliud dat longè veriſimilius: *Vel quia huiuſmodi donum Philippus non habebat, erat enim ex ſeptẽ illis, id quod magis videtur dicẽdũ.*

Philippus diaconus cum non contulit, vel

quia honoris cauſâ hoc apoſt reliquit; vel quia poteſtatem non habebat.

At ne quis exiſtimet Chryſoſtomum ideò negare poteſtatem Philippo, quia Diaconus tantùm erat, quaſi concederet preſbytero, addit: *Unde meâ ſententiâ hic Philippus unus ex ſeptem erat, ſecundus à Stephano. Unde baptizatis Spiritum Sanctum non dabat, nec enim facultatem habebat.* Quod autem eam non haberet, etiamſi presbyter eſſet, docet Chryſoſtomus, quia addit: *Hoc enim donum ſolis duodecim Apoſtolis datũ erat.* Poſtea. *Virtutẽ quidẽ acceperant faciendi ſigna, non autem dandi illis Spiritum Sanctum, hoc erat peculiare Apoſtolis: unde, & præcipuos, & non alios videmus hoc facere.* Et paulò poſt: *Vides quod non qualicunque, ſed multa opus erat poteſtate ut quis dare poſſet Spiritum Sanctũ. Non enim idem eſt aſſequi remiſſionem peccatorum, & accipere talem poteſtatem.*

Fuit unus ex 7. ſecundus à B. Steph.

habebant hi virtutem faciendi ſigna, non dandi Sp. S.

quod ſolis apoſtolis erat peculiare

Eodem ferè modo loquitur Epiphanius. Nam Hæreſi. 21. in principio agens de Simone Mago: *Blanditus eſt idem Apoſtolis, & ipſe ſimiliter cum alijs baptizatus eſt à Philippo cum multis. Omnes vero præter ipſum ſuſceperunt magnarum Apoſtolorum potentiam, & per impoſitionem manuum ipſorum acceperunt Spiritum Sanctum. Nam cum Philippus Diaconus eſſet, non habebat poteſtatem imponendi manus, ut per hæc daret Spiritum Sanctum.*

Simon magus cũ alijs à Philippo baptizatus non confirmatus

Quartò Beda Actorum S. No-

tandum

tandum autem, quòd Philippus, qui Samaria Evangelizabat, unus de ſeptem fuerit: Si enim Apoſtolus eſſet, ipſe utique manus imponere potuiſſet, ut acciperent Spiritum Sanctum. Hoc enim ſolis Pontificibus debetur. Nam presbiteris, ſive extra Epiſcopum, ſive præſente Epiſcopo baptizet, chriſmate baptizatos ungere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum: Non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cum tradant Spiritum Paracletum baptizatis, quod antea dixerat Innocentius.

Quia ſoli epiſcopi dant Sp. S. per man. Imp.

Quintò Iſidorus dicto lib. 2. cap. 24. *Sed quoniam poſt baptiſmum per Epiſcopos datur Spiritus sanctus cum manuum impoſitione, hoc in Actis Apoſtolorum feciſſememinimus Apoſtolos*: & ſtatim adducit duo illa teſtimonia ex Actorum 8. & 19. poſtremò ſubijcit teſtimonium Innocentij primi; quod antea adduximus, & expendimus.

Sextò Rupertus Abbas lib. 5. de div. offic. cap. 16. *Quod ſolis debeatur Epiſcopis, ut conſignent, & Spiritum paracletum tradant; quod non ſolum conſuetudo Eccleſiaſtica demonſtrat, verùm, & alia lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit quibuſdam in nomine Domini Ieſu baptizatis per impoſitionem manuum Pauli Apoſtoli datum eſſe Siritum Sanctum.*

Retulit etiam ſtatim locum ex Actorum 8 & ſubdit: *Vbi apertè datur intelligi ſolis Pontificibus Apoſtolorum Vicarijs deberi, ut conſignent & paracletum tradant.*

Septimò Hugo de Sancto Victore Miſcel. lib. 5. cap. 37. *In confirmatione à ſolis dabatur Epiſcopis, ut patet ex illa hiſtoria, quæ in Actis Apoſtolorum per manus Pauli datus eſt baptizatis Spiritus Sanctus, & in ſamariam miſſi ſunt Petrus & Ioannes, ut baptizati acciperent Spiritum Sanctum. Vndè poteſt intelligi, quod ſolis Pontificibus Apoſtolorum Vicarijs id liceat.* Et adhuc apertiùs lib. 2. de Sacramentis p. 7. cap. 2. *manus impoſitio quæ uſitato nomine confirmatio vocatur, qua Chriſtianus unctione chriſmatis per impoſitionem manus in fronte ſignatur, ſolis Epiſcopis Apoſtolorum Vicarijs debetur ut chriſmate eos ſignent, & Spiritum Paracletum tradant, ſicut in primitiva Eccleſia Spiritum Sanctum per impoſitionem manuum dandi ſoli Apoſtoli poteſtatem habuiſſe leguntur.* Nota *poteſtatem habuiſſe*. Non ergò in alijs agnoſcit Hugo poteſtatem Chriſmandi.

(quæ Vſitato nomine vocatur optimè cõfirmatio)

cõferendũ ab Epiſcpis apoſtolorũ vicarijs.

20.

Ad fundamenta 1. Sent. reſpondetur. Ad 1. in genere dicimus, quamvis ea decreta Conciliorum, & adducta ex varijs Eccleſiarum moribus, de confirmationis Sacramento intelligantur, de quo ſtatim, adhuc non convincitur presyteros eſſe ſufficientes miniſtros confirmationis ſine diſpenſatione. Poſſet autem dici cum ills diſpenſatum à Concilijs, & Epiſcopis, quos diſpenſandi in hoc olim habuiſſe poteſtatem probabile eſt, ut poſtea dicemus in hac parte. Itaque decreta illa vicem diſpenſationis habebant; & ex eo quod vi eorum decretorum presbiteri confirmarent, non colligitur ſine diſpenſatione validè confirmare.

& ab alijs cum diſpenſatione,

21.

Sed addo, multa ex illis decretis eſſe extra rem. Quare videamus in ſpeciali, quid in ſingulis

galis canonibus iubeatur.

Ad Canonem, qui primo loco adducitur ex Concilio Arauſicano 1. reſpondet Suarez: diſput. 3⁶. ſect. 3. Canonem hunc non intelligi de hoc Sacramento, aliàs non eſſet limitandum ad Hæreticos in diſcrimine poſitos; ſed maiori ratione ad omnes fideles extendendum, quando non adeſt Epiſcopus, qui confirmet. Agit ergò de reconciliatione ſolemni Hæreticorum, quæ etiam manus impoſitio dicitur, in qua inter alia cæremonias in aliquibus regionibus adhiberi ſolebat quædam vnctio, ſeu conſignatio.

Sed quamuis rectè Suarez dicat Canonem Arauſicanum non agere de Sacramento confirmationis, ut mox dicemus: At in duobus mihi diſplicet. Primò in eo, quod dicit quod ſi ageret, de Sacramento confirmationis, ad omnes fideles extendēdum eſſet illud decretum; cum tamen ſupra p. 1. cap. 1. & alibi ſæpe oſtenderimus Hæreticos ex certis Hæreſibus ad Eccleſiam redeuntes recipi per Sacramentum confirmationis, quia confirmati non erant, ut oſtendimus p. præcedenti, ubi, & eius deciſionis rationem reddidimus.

confirm. tione auté, ut ſupra, hæc ici multi olim reconciliabantur,

Deinde damnat Suarez, cū dicit in reconciliatione Hæreticorum adhiberi ſolitam unctionē chriſmatis inter alias cæremonias, quod tamen nullo teſtimonio probat.

Quare, ut huic Arauſicano, canoni, & alijs inferamus lucem: Obſeruandum eſt, olim, ut ſæpe dixi, unà cū batiſmo ſolitū miniſtrari Sacramentū confirmationis. Verùm aliquibus annis elapſis à tempore naſcentis Eccleſiæ, inducta conſuetudo eſt, ut peracto baptiſmo Sacerdos ſummum baptizati verticem chriſmate ungeret.

aliàs cum bap. unà conferri ſolita,

inde ungē di bapt. in vertice cõſuet. invaluit;

Huius conſuetudinis initiū auctor libri, qui Gemma animæ inſcribitur, lib. 3. cap 106 Ricardus in Chronico; Anno Chriſti 84. Lindanus lib. Panop. Evang. cap. 25. Guillelmus Durandus in Rationali divin. offi. Iacobus Pamelius in Epiſt. Cypriani ad Ianuarium, referunt ad Clementem 1. Sed planè decepti ſunt. Nam Clemens ſolùm unctionem ante baptiſmum oleo, quod Catechumenorū vocatur, ab Apoſtolis inſtitutam ſuo decreto confirmavit; quæ ab ea, quæ poſt baptiſmum fiebat à Sacerdote, & à chriſmatione multum diſtat.

cujus initiū non à Clemēte (qui tantùm inſtituit unction. oleo faciendam ante bapt. quod catechum. vocabatur.

Quare, cum tres diverſiſſimæ unctiones ſint 1 ante baptiſmum in pectore, & humeris, 2. poſt baptiſmum, in vertice, 3. in fronte, qui hanc diſtinctionem non advertunt, facile veterum teſtimonia confundunt & ad unam unctionem, quæ tribus diverſiſſimis competunt, referre ſolent, ſicut & fatetur ipſe Pamelius ſibi contrarius in notis ad librum Tertulliani de baptiſmo.

unde tres ſunt uncti. bapt 1 in. pectore & humeris, oleo 2. Chriſmate ben. ab epiſ in vertice. 3. in fronte)

Illius ergò inſtituti, ſive conſuetudinis initium ad Sylveſtrum Papam referendum eſt; qui naturæ communis fragilitate impulſus, quod multi ſtatim poſt baptiſmum immatura morte decederent, quibus abſente Epiſcopo, &

Sed à B. Sylveſtro petēdū eſt. qui immaturè decedētes, quique confirm. nō poterant,

po, &

juſſit hac unctione per Eccleſ. orationes muniri cōtra dæmon. tela

& alijs gravioribus cauſis diſtracto, cōfirmationis Sacramentum dari non poterat, ſacram iſtam unctionem inſtituit; ut qui iam penè animam agebant, in illo ſupremo certamine contra Dæmonis tela orationibus Eccleſiæ, quæ in ea unctione adhibentur, egregiè muniti, victores palmam facili negotio reportarent.

in mortis lucta in locum confirmationis

Illuſtre huic rei teſtimonium præbent illa Damaſi Pontificis verba in pontificali de Sylveſtro Papa: *Hic & hoc conſtituit, ut baptizatum liniat presbyter chriſmate levatum de aqua, propter occaſionem tranſitus mortis.* Quod etiam Fortunatus ſcriptum reliquit lib. 1. de offic. Eccleſ. c. 27. his verbis. *In geſtis Pontificalibus legitur: Sylveſter Papa inſtituit, ut a presbytero ungeretur neophytus in cerebro.* Et paucis interiectis: *Siquis ſine iſto Chriſmate migraverit de ſeculo, periculoſum iter arripit. Hoc prævidens Sylveſter Papa, quantum potuit ſubvenit; & propter abſentiam Epiſcoporum neceſſitatē addidit, ut à presbytero ungerentur.*

quia non confirmatus periculosè moritur.

Idem affirmat Strabo lib. de rebus Eccleſiaſ. c. 26. Rabanus lib. 1. de inſtruct. Cler. c. 28. Rupertus lib. 5. de divin offic. cap. 16. quibus egregiè atteſtatur Hugo de Sancto Victore. 3. to. de ſacramentis lib. 2. p. 7. cap. 3. cujus verba, quia multam huic rei lucem afferunt, tranſcribo, etſi longa ſint. *In geſtis Pontificalibus legitur quod Sylveſter Papa conſtituit ut baptizatum presbyter in vertice chriſmate liniat: propter occaſionem quidem mortis, ne forte per abſentiam Epiſcopi, & difficultatem eum conſequendi, ſine manus impoſitione baptizatum ab hac vita migrare contingeret. Quod quidem omnino periculoſum eſſet. Quia ſicut in baptiſmo remiſſio peccatorum accipitur, ita per manus impoſitionem Spiritus paraclitus datur. Illic gratia attribuitur ad remiſſionem peccatorum, hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodeſt ſi à lapſu erigeris, niſi etiam ad ſtandum confirmeris? Propterea timendum eſt ijs qui per negligentiam amittunt Epiſcopi præſentiam, & non ſuſcipiunt manus impoſitionem, ne forte propterea damnentur, quia feſtinare debuerunt dum potuerunt. Propter eos enim qui articulo temporis præveniuntur, inſtituta eſt illa, qua Sacerdos baptizatum ſtatim in vertice linit, ſacri chriſmatis unctio, ut in hoc oſtendatur quantum Sacramentum iſtud neceſſarium ſit ad ſalutem, cum tam ſollicitè univerſis cavetur ne fortè ſine ipſo ab hac vita ſubtrahantur. Manifeſtū eſt autē quod primis tēporibus omnis unctio chriſmatis per ſolos Pontifices fiebat. Sed & poſtea quam inſtitutum eſt, ut baptizatum ſacerdos in vertice liniat, conſignatio tamen frontis ſolis Pontificibus reſervatur. ſolus enim Pontifex frontē conſignare & linire poteſt & Spiritum Sanctum tradere.* Hæc Hugo.

qui baptiſ. remiſſio. peccat. confirm. Sp. S. cōſequuntur.

Hinc qui negligentiā hanc omittunt. timere debent, & periculum damnationis incurrunt.

in cujus neceſſitatis manifeſtationē, & ut aliquatenus ſuccurreretur immaturè morientibus, quibus confirmatio adminiſtrari nō poterat, inſtituta eſt hæc in vertice unctio facienda; ut ſupra à ſacerdote: alia quæ in fronte Pontificibus reſervatā. quā Sp. S. ex opere operato conferebatur.

Itaque in ſolatium aliquod morituri, cui Sacramentum confirmationis miniſtrari non poterat ob abſentiam Epiſcopi Sacerdos chriſmate per Epiſcopum conſecrato ungebat, ut his ſacramentalibus Eccleſia, quod ex ſe erat, morituris Spiritus Sancti robur impetraret, quod Sacramentum confirmationis, ſi miniſtratum fuiſſet, ex opere

operato contuliſſet.

& alius eſt hujus, alius illius effectus & ſignificatio,

Quid autem ea unctione ſignificaretur, ſi ſtatim confirmationis Sacramento dandus erat Spiritus Sanctus; accipe ex Guillelmo Durando in Rationali lib. 6 c. 84. nu. 3. & 4. plenè enim omnia, quę in alijs ſcriptoribus ſparſa ſunt, complexus eſt hiſce verbis.

quia Sp S. bis apoſt. datus eſt 1. à Chriſto in terra 2. ab eo in cœlis; ſicut etiā in bapt: acceperant.

Bis ergo ungitur chriſmate baptizatus, ſcilicet in vertice, & in fronte, nam & ipſis Apoſtolis bis fuit datus Spiritus ſanctus. Primo in terra, quando Chriſtus exſufflavit in eos dicens, Accipite Spiritum Sanctum. Secundò à Cælo in die Pentecoſtes. Sed & ipſi Apoſtoli receperunt Spiritū Sanctū in baptiſmo. Non enim credendum eſt ipſos non fuiſſe baptizatos qui alios Baptizabant, ut præmiſſum eſt. Hac ergo duplex baptizatorum unctio ſignificat quod Spiritus Sanctus datus eſt Apoſtolis ſemel in terra ad dilectionem proximi, & ſemel in Cælo, ad dilectionem Dei.

& primo quidem ad dilectionē proximi 2. ad dilectionem Dei:

Vnde ad notandum pulchritudinem donorum Spiritus Sancti, quæ in confirmatione conferuntur, dicitur: Emitte in eum Spiritū Sapientiæ, & intellectus, &c. Hæ ſunt veſtes, quibus induuntur filij Regis, de quibus dictū eſt: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, & de quibus dicit Apoſtolus, Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, non enim habet Chriſtum pro indumento, qui donis Spiritus Sancti, quibus Chriſtus ab ipſa conceptione ornatus fuit, non eſt ornatus.

primam ſignificat unctio in verticē, 2. unctio in fronte.

Differt autem hæc unctio, quæ fit in fronte per Epiſcopum ab illa, quæ fit in cerebro, ſive in vertice per Sacerdotem, Primò quia ſecundum Rabanum de conſ. diſ. 5. cap. noviſſimè, in illa ſignatur ſuper baptizatum Spiritus Sancti deſcenſio ad habitationem Deo conſecrandam, in hac verò ſignatur, ut eiuſdem Spiritus Sancti ſeptiformis gratia cum plenitudine ſanctitatis, ſcientiæ, & virtutis venire in homine declaretur.

illa ſignificat deſcenſum Sp.S.

ad conſecrandam Dei habitationem hæc ad plenitudinem

Secundo differunt, quia per illa, quæ fit in vertice, anima Chriſto deſponſatur. Per iſtam vero ditatur, & dotatur.

per illam animæ Chriſto deſponſatur per hanc ditatur & dotatur.

Item per illam oſtenduntur vulnera eſſe ſanata. Per hanc plenitudo gratiarum confertur; quod ex verbis utriuſque unctionis poteſt expendi. In collatione enim illius unctionis dicit Sacerdos: Deus multipotens Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, quique tibi dedit remiſſionem omnium Peccatorum, ipſe te liniat chriſmate ſalutis in vitam æternam. His verbis effectus quæ eſt ſalvatio in vitam æternam, per hanc unctionem obtineri oſtenditur: Sed hæc verba tranſcendit Epiſcopus in unctione confirmationis dicens: Emitte in eum ſeptiformem Spiritum Sanctum tuum paracletum de Cælis: Spiritum ſapientiæ, & intellectus: Spiritum conſilij & fortitudinis: Spiritum ſcientiæ & pietatis, & imple eum Spiritu timoris Domini: & conſigna eum ſigno ſanctæ Crucis, propitiatus in vitam æternam, conſigna inquam, ut ſpiritum ſanctum non amittat. Hæc Guillelmus Durandus.

per illam ſignificatur vulnera ſanata eſſe per hanc plenitudinē gratiæ conferri

meritò illius miniſt. ſylu. inſtit. ſimpl. ſacerd. tamquam vicarium Epiſc. in vicaria confirmation unctione.

Hinc etiam meritò Sylveſter inſtituit, ut à presbyteris hæc unctio fieri poſſet; ſi quidem quia Epiſcopus, & abſens, & multis curis præpeditus confirmare non poterat, quaſi vicaria confirmationis inſtituta ab eo hæc unctio fuit. Conſtat ergo ex iiſdem

ex iiſdem locis presbyterum eſſe miniſtrum

Hic presbyter in chriſmate intincto pollice in forma Crucis verticem baptizati liniebat. Id quod manifeſtè conſtat ex Ordine Romano in officio in Sabbatho Sancto: *Ipſe vero presbyter facit de chriſmate Crucem cum pollice in vertice eorum ita dicendo: Deus omnipotens*, &c.

In qua eius poll. chriſmate tincto fit crux in vertice vel cerebro baptizati.

Idem quoque aliorum Patrum teſtimonijs comprobatur. Nam Sanctus Gregorius lib. de Sacramentis, de Sabbatho Paſchæ hanc conſuetudinem clariſſimè expreſſit, quâ dixit: *Vt autem ſurrexit à fonte ille qui eum ſuſcipit, offerat eum uni presbytero, qui faciat ſignum Crucis de chriſmate cum pollice in vertice eius.* Alcuinus lib. de divin. offic. cap. 19. de Sabbatho Sancto Paſchæ fere eadem ait. *Vt autem ſurrexit à fonte faciat presbyter ſignum Crucis de chriſmate cum pollice in vertice eius.* Et mox infra: *Poſtquam Pontifex baptizaverit vel quibus iuſſerit ipſe, levant ipſos infantes in manibus, & offerunt eos uni de presbyteris: ipſe vero facit Crucem de chriſmate cum pollice in vertic. eorum.*

Olim baptizatos ab Epiſc. ſacerdos ungebat, Ne ille cæremoniis diſtineretur, cum plures eſſent baptizandi.

Vbi illud animadverſione dignum, etiamſi Epiſcopus baptiſmi Sacramentum adminiſtraſſet, tamen unctionem à presbytero fieri ſolitam fuiſſe ob commodiorem fortaſſis baptiſmi uſum, ne Epiſcopus, cui baptizandi munus aſſignatum erat, cæremoniarum cura diſtentus ſacris baptiſmi muneribus impertiendis ſuffi cere non poſſet: Maximè cũ creſcente Chriſtianorum numero complures homines certis anni diebus baptiſma ſuſciperẽt Quod quia noſtris temporibus receptum non eſt, propterea, qui baptiſmi Sacramentum confert, ſolet etiam cæremonias peragere.

Sed & illud addendum, quamvis hæc unctio cæremonialis à Sylveſtro presbyteris conceſſa fuerit, non tamen ita conceſſa, ut ab illis non niſi de licentia Epiſcopi miniſtraretur. Conſtat ex Concilio Toletano 1. cap. 20. quem de hac cæremoniali unctione expoſuimus ſupra p. 3. Et apertiſſimè idem conſtat ex Leone 1. Epiſt. 88. ibi. *Sed neque coram Epiſcopo licet presbyteris in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem ungere, aut ſignare.* Quare credendum eſt ſic inſtituiſſe Sylveſtrum eam cæremoniam, ut à presbyteris miniſtrari poſſet, de licentia tamen Epiſcopi. Quod etiam inſinuavit Hugo loco citato.

Hoc tamen de licentia Epiſc:

Ex his ergo, quæ rectè ni fallor, conſtituta ſint, faciſe prædictus Canon Arauſicanus lucem accipiet. Decretum erat, ut Hæretici ab Hæreſi redeuntes per Sacramentum confirmationis reconciliarentur, ut viſum eſt, quia Sacramentum hoc ſimul cum Baptiſmo conferri ſolebat; & ideo per illud recipiebantur, quod in eorum baptiſmo fuerat omiſſum.

Hæretici, juxta Arauſ. reconciliabantur per confir. quæ cum bapt. ſolebat conferri, ab ipſis tamen omiſſa erat.

Cumque contingere poſſet Hæreticum in extremis poſitum à Deo illuminatum ad Eccleſiæ gremium redire velle, & quia Epiſcopus aberat Sacramentum confirmationis miniſtrari nõ poterat, decrevere Arauſicani Patres, ut ea cæremonialis unctio;

operato contuliſſet.

& alius eſt hujus, alius illius effectus & ſignificatio,

Quid autem ea unctione ſignificaretur, ſi ſtatim confirmationis Sacramento dandus erat Spiritus Sanctus; accipe ex Guillelmo Durando in Rationali lib. 6 c. 84. nu. 3. & 4. plenè enim omnia, quę in alijs ſcriptoribus ſparſa ſunt, complexus eſt hiſce verbis.

quia Sp S. bis apoſt. datus eſt 1 à Chriſto in terra 2. ab eo in cælis; ſicut etiā in baptiſ. acceperant.

Bis ergo ungitur chriſmate baptizatus, ſcilicet in vertice, & in fronte, nam & ipſis Apoſtolis bis fuit datus Spiritus ſanctus. Primo in terra, quando Chriſtus exſufflavit in eos dicens, Accipite Spiritum Sanctum. Secundò à Cælo in die Pentecoſtes. Sed & ipſi Apoſtoli receperunt Spiritū Sanctū in baptiſmo. Non enim credendum eſt ipſos non fuiſſe baptizatos qui alios Baptizabant, ut præmiſſum eſt. Hac ergo duplex baptizatorum unctio ſignificat quod Spiritus Sanctus datus eſt Apoſtolis ſemel in terra ad dilectionem proximi, & ſemel in Cælo, ad dilectionem Dei. Vnde ad notandum pulchritudinem donorum Spiritus Sancti, quæ in confirmatione conferuntur, dicitur: Emitte in eum Spiritū Sapientiæ, & intellectus, &c. Hæ ſunt veſtes, quibus induuntur filij Regis, de quibus dictū eſt: Dedit eis poteſtatem filius Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, & de quibus dicit Apoſtolus, Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, non enim habet Chriſtum pro indumento, qui donis Spiritus Sancti, quibus Chriſtus ab ipſa conceptione ornatus fuit, non eſt ornatus. Differt autem hæc unctio, quæ fit in fronte per Epiſcopum ab illa, quæ fit in cerebro, ſive in vertice per Sacerdotem, Primò quia ſecundum Rabanum de conſ. diſ. 5. cap. noviſſimè, in illa ſignatur ſuper baptizatum Spiritus Sancti deſcenſio ad habitationem Deo conſecrandam, in hac verò ſignatur, ut eiuſdem Spiritus Sancti ſeptiformis gratia cum plenitudine ſanctitatis, ſcientiæ, & virtutis venire in hominem declaretur. Secundo differunt, quia per illa, quæ fit in vertice, anima Chriſto deſponſatur. Per iſtam vero ditatur, & dotatur. Item per illam oſtenduntur vulnera eſſe ſanata. Per hanc plenitudo gratiarum confertur; quod ex verbis utriuſque unctionis poteſt expendi. In collatione enim illius unctionis dicit Sacerdos: Deus omnipotens Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, quique tibi dedit remiſſionem omnium Peccatorum, ipſe te liniat chriſmate ſalutis in vitam æternam. His verbis effectus quæ eſt ſalvatio in vitam æternam, per hanc unctionem obtineri oſtenditur: Sed hæc verba tranſcendit Epiſcopus in unctione confirmationis dicens: Emitte in eum ſeptiformem Spiritum Sanctum tuum paracletum de Cælis: Spiritum ſapientiæ, & intellectus: Spiritum conſilij & fortitudinis: Spiritum ſcientiæ & pietatis, & imple eum Spiritu timoris Domini: & conſigna eum ſigno ſanctæ Crucis, propitiatus in vitam æternam, conſigna inquam, ut ſpiritum ſanctum non amittat. Hæc Guillelmus Durandus.

& primo quidem ad dilectionē proximi 2. ad dilectionem Dei:

primam ſignificat unctio in verticē. 2. unctio in fronte.

illa ſignificat deſcenſum Sp.S.

ad conſecrandam Dei habitationem hæc ad plenitudinem

per illam animæ Chriſto deſponſatur per hanc ditatur & dotatur.

per illam ſignificatur vulnera ſanata eſſe per hanc plenitudinē gratiæ conferri

Hinc etiam meritò Sylveſter inſtituit, ut à presbyteris hæc unctio fieri poſſet; ſi quidem quia Epiſcopus, & abſens, & multis curis præpeditus confirmare non poterat, quaſi vicaria confirmationis inſtituta ab eo hæc unctio fuit. Conſtat ergo ex ijſdem

meritò illius miniſt. ſylu. inſtit. ſimpl. ſacerd. tamquam vicarium Epiſc. in vicaria confirmation unctione.

ex iiſdem locis presbyterum eſſe miniſtrum

Hic presbyter in chriſmate intincto pollice in forma Crucis verticem baptizati liniebat. Id quod manifeſtè conſtat ex Ordine Romano in officio in Sabbatho Sancto: *Ipſe vero presbyter facit de chriſmate Crucem cum pollice in vertice eorum ita dicendo: Deus omnipotens*, &c.

In qua eius poll. chriſmate tincto fit crux in vertice vel cerebro baptizati.

Idem quoque aliorum Patrum teſtimonijs comprobatur. Nam Sanctus Gregorius lib. de Sacramentis, de Sabbatho Paſchæ hanc conſuetudinem clariſſimè expreſſit, quâ dixit: *Vt autem ſurrexit à fonte ille qui eum ſuſcipit, offerat eum uni presbytero, qui faciat ſignum Crucis de chriſmate cum pollice in vertice eius.* Alcuinus lib. de divin. offic. cap. 19. de Sabbatho Sancto Paſchæ fere eadem ait. *Vt autem ſurrexit à fonte faciat presbyter ſignum Crucis de chriſmate cum pollice in vertice eius.* Et mox infra: *Poſtquam Pontifex baptizaverit, vel quibus iuſſerit ipſe, levant ipſos infantes in manibus, & offerunt eos uni de presbyteris: ipſe vero facit Crucem de chriſmate cum pollice in vertic. eorum.*

Olim baptizatos ab Epiſc. ſacerdos ungebat, Ne ille cæremonijs diſtineretur, cum plures eſſent baptizandi.

Vbi illud animadverſione dignum, etiamſi Epiſcopus baptiſmi Sacramentum adminiſtraſſet, tamen unctionem à presbytero fieri ſolitam fuiſſe ob commodiorem fortaſſis baptiſmi uſum, ne Epiſcopus, cui baptizandi munus aſſignatum erat, cæremoniarum cura diſtentus ſacris baptiſmi muneribus impertiendis ſuffi cere non poſſet: Maximè cũ creſcente Chriſtianorum numero complures homines certis anni diebus baptiſma ſuſciperẽt. Quod quia noſtris temporibus receptum non eſt, propterea, qui baptiſmi Sacramentum confert, ſolet etiam cæremonias peragere.

Sed & illud addendum, quamvis hæc unctio cæremonialis à Sylveſtro presbyteris conceſſa fuerit, non tamen ita conceſſa, ut ab illis non niſi de licentia Epiſcopi miniſtraretur. Conſtat ex Concilio Toletano 1. cap. 20. quem de hac cæremoniali unctione expoſuimus ſupra p. 3. Et apertiſſimè idem conſtat ex Leone 1. Epiſt. 88. ibi. *Sed neque coram Epiſcopo licet presbyteris in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem ungere, aut ſignare.* Quare credendum eſt ſic inſtituiſſe Sylveſtrum eam cæremoniam, ut à preſbyteris miniſtrari poſſet, de licentia tamen Epiſcopi. Quod etiam inſinuavit Hugo loco citato.

Hoc tamen de licentia Epiſc.

Ex his ergo, quæ rectè ni fallor, conſtituta ſunt, facile prædictus Canon Arauſicanus lucem accipiet. Decretum erat, ut Hæretici ab Hæreſi redeuntes per Sacramentum confirmationis reconciliarentur, ut viſum eſt, quia Sacramentum hoc ſimul cum baptiſmo conferri ſolebat; & ideo per illud recipiebantur, quod in eorum baptiſmo fuerat omiſſum.

Hæretici, juxta Arauſ. reconciliabantur per confir. quæ cum bapt. ſolebat conferri, ab ipſis tamen omiſſa erat.

Cumque contingere poſſet Hæreticum in extremis poſitum à Deo illuminatum ad Eccleſiæ gremium redire velle, & quia Epiſcopus aberat Sacramentum confirmationis miniſtrari nõ poterat, decrevere Arauſicani Patres, ut ea cæremonialis unctio;

Ob defect. verò confir. Abſente Epiſc. iubebatur à presb. inungi.

quam pro baptizatis de vita periclitantibus inſtituerat Syluester, quæq; à presbyteris miſtrari poterat, exhiberetur Hæreticis ad Eccleſiam pulſantibus à presbytero in ſolamen, & in defectum confirmationis. De divina enim miſericordia ſperabant iure Patres Deum precibus Eccleſiæ in ea unctione inclinatum præſto ad futurum Hæretico clamanti, veniam poſcenti, & contra Diabolum vires præbiturum, quibus illum in extremo vitæ halitu ſuperaret.

Ad vires ob tin. à Deo

Ex eadem etiam obſervatione inferemus lucem Innocentio I. loco cit. cum dixit, *Energumenos, ſi ad Epiſcopum deferri non poſſint, à presbytero de licentia Epiſcopi conſignari poſſe, & illis manus imponi.*

Energ. olim etiā à presbyt. ungebantur de lic. Epiſc.

Sciri enim oportet olim valde dubitatum fuiſſe, an energumenis dandus eſſet baptiſmus. Tū quia à maligno Dæmone poſſeſſi expertes rationis eſſent. Tum etiam, quia indecens videbatur, vt in maligni Spiritus habitaculum deſcenderet Spiritus Sanctus.

quibus an dādus bapt. olim dubit. & quare?

Sed obtinuit apud Patres clementiæ, & benignitatis ratio. Et ne primum illud deſiderium, quo catechumenus voluit eſſe Chriſtianus, fraudaretur præmio, decretum eſt, vt ad fidem ſuſcipiendam energumeni admitterentur: maximè ſi urgerentur vitæ periculo. Sic conſtitutum eſt in Concilio Illiberritano Can. 37. & in Arauſicano Can. 12. & Timotheus Alexandrinus Epiſcopus de eo conſultus, his verbis reſpondet. *Si is qui à Dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſma accipere, ſed in exitu à vita baptizetur.*

Poſtea tamen ſtatut. eſt, eſſe dādum. Maximè in vitæ peric.

Cum ergo energumenus in extremis poſitus baptizandus eſſet, & ſtatim cum baptiſmo confirmandus, decernit Innocentius, quod ſi ad Epiſcopum, qui miniſter confirmationis eſt, deferri non poſſit energumenus, propter inſtans vitę periculum à presbytero conſignetur, non confirmatorio chriſmate, ſed illa cæremoniali unctione, quam Sylueſter introduxerat, quæque erat confirmationis vicaria. Presbyter enim, niſi de licentia Epiſcopi, etiam in vertice baptizatum conſignare non poterat. Nec mirum, ſi energumenis hęc cęremonialis unctio impenderetur, cum eo Sacramentali Dæmonem expellendum Eccleſia ſperare poſſet.

Quando et jam eſſe ungendum in vertice,

Quæ unctio erat vicaria confir.

Et ideo ſæpe etiam Dæmoniacis datum Sacramentum confirmationis. In hiſtorijs certè legimus ſæpe energumenos in ſuſceptione hujus Sacramenti à Dæmone fuiſſe liberatos. Id ipſum teſtatur Nazianzenus orat. 1. cont. Iul. Lactant. lib. 4. Divin. Inſtit. cap. 27. Prud. in Apotheoſi. Quin & Sanctus Bernardus, in vita S. Malachiæ ſic ſcribit de eius præceptore Malcho Epiſcopo: *Puerum mente captum ex his, quos lunaticos vocant, inter confirmandum ſacra unctione curavit.* Rurſum Gregorius Turonenſis lib. 1. de Glor. Mart. cap. 41. Narrat artes magicas per pręſentiam cujuſdam Chriſtiani, qui chriſmate confirmatus erat, fuiſſe diſiectas, & evanuiſſe.

Et, juxta Eccleſ. ſpē. dæmonis expulſiva.

Quam ob cauſ. energumenis dabatur confir.

Quā ſæpe dæmones expulſi.

Sicut & artes magicæ diſiectæ.

Ex adverſo Euſebius lib. 6. hiſt.

hiſt. cap. 35. aliàs 33. refert Nouatum reijcientem hoc Sacramẽtum Dæmone fuiſſe correptum.

Eam reijciens novatus dæmone correptus.

Multò magis mirandum, quòd energumenis in curationem data ſit ſacra Euchariſtia, ut clariſſimè conſtat ex Arauſicano 1. Can. 14. de quo latè in tractatu de Euchariſtia dictum eſt.

Etiã energ. in curã dabatur Euchar. 28.

Ex eadem etiam obſervatione explicatur textus, *in cap. presbyter, diſt 95. & in cap. omni tempore, de conſ. diſt.* 4. qui Canones non ſunt Martini Primi in Concilio Romano, ut aliqui Theologi exiſtimarunt, ſed Martini Bracarenſis Epiſcopi in Collectione Canonum ex Synodis Orientalibus. Quare cum ea verba ex præcedentibus Canonibus deſumpta ſint, eodem etiam modo explicanda ſunt.

Similiter Canonem 20. Concilij Toletani 1. de hac unctione intelligendum apertè oſtendimus ſuprà p. 3 cap. 4. num. 5.

Id quod dicunt Ambroſius, & Auguſtinus de presbyteris Ægyptijs in abſentia Epiſcoporum conſignantibus, de hac cæremoniali conſignatione intelligit Vualdenſis tom. 1. de Sacramentis, cap. 114. idque confirmat. Vbi relatis Ægyptiorum, & Armenorum erroribus oſtendit eos negaſſe Sacramentum Confirmationis.

Sed re verà in eo erravit Vualdenſis, ut oſtendam poſtea, & illi Ægyptij & Alexandrini juxta Græcorum conſuetudinem Sacramentum confirmationis adminiſtrabant, idque licitè propter diſpenſationem. Adde in correctis libris Auguſtini non legi, *conſignat presbyter*, ſed *conſecrat presbyter*, quod longè diverſum ſenſum reddit.

Presb. Ægyptij & Alex ex diſpen. dabant confirm.

Quod verò attinet ad Græcorum conſuetudinem explicabitur ex his, quæ dicam infrà cap. 5.

Ad ſecundum argumentum ſatis conſtat ex dictis, diuerſam eſſe rationem baptiſmi, & confirmationis; & Patres, quamuis in aliquibus locis videantur ijſdem verbis loqui de uno Sacramento iſtorum, & de altero; at ex alijs locis conſtat diverſiſſimam eſſe rationem, quod ad miniſtrum attinet; & quædam teſtimonia Patrum ex alijs eorum, vel aliorum explicanda ſunt. 29.

SS. PP. in uno loco explicandi juxta alia.

Ad 3 deſumptum, ex Clemente Romano dicimus, ex illis tribus aliqua pertinere ad Epiſcopum, & presbyterum, alia ad ſolum Epiſcopum, & ideo accipienda eſſe juxta diſtributionem accommodam. Immo perpendendum eſſe, quod Clemens in prioribus verbis, cum agit de baptiſmo, conjungit Epiſcopum, & presbyterum, non tamen cũ agit de confirmatione.

Alia Epiſc. alia presb. munia.

Ad ultimum etiam conſtat ex dictis ſufficienter Patres exprimere defectum poteſtatis in preſbyteris ad confirmationem miniſtrandam, & inde ſequi eſſe irritum, & inane, & repetendum Sacramentum, ab illis collatum.

Ex Patrib. ſatis colligitur defectus poteſt. ad confirm.

CAPVT

CAPVT III.

An presbyter ſaltem ex diſpenſatione poſſit eſſe miniſter confirmationis?

SVMMARIVM.

Proponitur 1. ſent. negans, nu. 1.
Statuitur communis ſent. & probatur primo ex Gregorio, num 2.
Variæ ſolutiones eius teſtimonij referuntur, & reſciuntur, num. 3.4.5.
Secunda probatio ex facto diverſorum Pontificum, num. 6.
Tertia probatio ex Concilio Florentino, num. 7.
Proponuntur fundamenta primæ ſent. & diluuntur, num. 8. 9. 10.
Quam certa ſit communis ſententia explicatur & adſtruitur authoritas Eugenij. 4. num. 11.

1. PRima ſententia docet ſimplicem presbyterum, neque ex diſpenſatione eſſe poſſe miniſtrum confirmationis, neque in hoc Pontificem diſpenſare poſſe. Sic Adrianus in 4. de confirmatione art 3. Durandus in 4 diſt. 7. quæſt. 3. & 4. idemque ſentire videtur Bonaventura circa literam Magiſtri & art. 1. quæſt. 3. Gabriel quæſt. unica art 2. concl. 3 Major quæſt. unica. Scotus dubius videtur, & obſcurè loquitur. Tenet Caſtro de Hæreſ. *V. Confirmatio* inclinat Petrus Soto lect. 2. de confirmatione, & noviſſimè Guilielmus Eſtius in 4 diſt. 7 §. 22 & iſti Doctores poſt Durandum eo turpiùs mihi lapſi videntur, quod poſt Concilium Floren. tinum ſcripſerint. Fundamenta adducam poſtea.

2. Communis tamen Doctorum Scholaſticorum, illis paucis exceptis, quos jam retuli, eſt, miniſtrum confirmationis eſſe poſſe ſimplicem presbyterum ex diſpenſatione Pontificis. Quam ſententiam olim etiam tenuit D. Thom. in hac quæſt. 72. art. 11. ad 2. ubi inquit Summum Pontificem ex plenitudine poteſtatis, quam habet in Eccleſia, poſſe quædam, quæ ſunt ſuperioris ordinis, committere aliquibus inferioribus, ſicut ex eadem poteſtate ſolet presbyteris committere collationem minorum ordinum. *Presb. ex diſpenſatione poteſt confirmare. Sicut conferre min. ordines.*

Primum & potiſſimum fundamentum hujus communis ſententiæ deſumitur ex Gregorio lib 9. Epiſt. 3. ad Ianuarium, qui cum vetuiſſet, ne presbyteri baptizatos ſignarent in fronte, ſcandalo oborto ex ea prohibitione, id conceſſit Epiſt. 26. ad eundem Ianuarium & habetur *in cap. pervenit diſt. 95.* in hæc verba. *Pervenit quoque ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod presbyteris chriſmate tangere in fronte eos, qui baptizandi ſunt, prohibuimus, & nos quidem ſecundum uſum veterem Eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi hac de re aliqui contriſtantur, ubi Epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in fronte tangere debeant concedimus.* *Scandalum acceptum ex prohibitione, facta presbyteri ne baptizatum in fronte ungerent:*

In quo Gregorij teſtimonio primum expendo non poſſe tanto Pontifici errorem in hoc tribui, ut exiſtimavit Durandus, quod Hæretici libenter audiunt, ut Pontificum dignitati detrahant. Idem etjam excludit Sanctitas, & doctrina Gregorij. Et quod eſſet grauiſ- *Et ideo iis ità conceſſũ à Greg. qui in hoc erraſſe non potuit.*

Cum fuerit factum reſpectu communitatis.

graviſſimus, & perniciofiſſimus error, cum ea diſpenſatio non conceſſa fuerit uni vel alteri perſonæ, ſed toti provinciæ.

Deinde expendo Gregorium non dixiſſe *permittimus* ſed *concedimus*. Vnde non fuit tolerantia quædam, eo quod ſine ſcandalo vitare non poſſet. Conceſſit ergò facultatem confirmandi.

Rurſus expendo Gregorium de ſimplici presbytero loquutum fuiſſe; non de eo, qui ſimul eſſet presbyter & Epiſcopus, ut planè conſtat. Inquit enim: *Et nos quidem ſecundum veterem conſuetudinem Eccleſiæ noſtræ fecimus*. At vetus conſuetudo ſimplices Sacerdotes excludit.

3. Verùm ad hoc factum Gregorij reſpondet primò Ioannes à Lovanio, quod etiam ſequitur Eſtius loco cit. Gregorium non concedere, ut presbyteri Chriſmate tangant baptizatos in fronte, ſed baptizandos, ut expreſsè ait. Longè autem diſtant baptizandi, à baptizatis. Quare quamcumque partem corporis ungant presbyteri in baptizandis, non poteſt eſſe Sacramentum, cū baptiſmus ſit janua Sacramentorum.

Sed certè hæc ſolutio nullius eſt momenti. Tum quia ſequitur ex ea admittendam eſſe impropriſſimam locutionem in Gregorio, ſcilicet, quod nomen chriſmatis ſumpſiſſet pro oleo benedicto ab Epiſcopo non pro vero chriſmate eo enim oleo catechumeni in pectore unguntur à preſbytero.

Tum etiam, quia ad tangendum oleo non baptizatum, et ſi benedicto ab Epiſcopo, non opus erat Gregorij diſpenſatione, cùm id munus perpetuo Eccleſiæ uſu etiam presbyteris ab Epiſcopis fuerit commiſſum. Tum etiam, quia ea Epiſt. 26. ſcripta eſt ad eundem Ianuarium, ad quem priorem Epiſtolam ſcripſerat Gregorius, ubi, quod prius prohibuerat, ſcilicet, presbyteros confirmare, revocare videtur, maximè in abſentia Epiſcopi. Quare Gregorius *baptizandos* poſuit pro *baptizatis*.

Oleo bened. tangere catechumenum poterant olim ſemper preſbyt.

Reſponderi poteſt cū Adriano, & Eſtio locis cit. Gregorium non conceſſiſſe presbyteris, ut Sacramentum confirmationis conferant; ſed tantùm, quod adhuc facerent id, quod presbyteri præſumpſerant, ſcilicet, in frontibus ungere baptizatos. Viſum enim fuit Gregorio vitandi ſcandali cauſa cæremoniam illam ſignandi frontem chriſmate permittendam eſſe presbyteris ad tempus, cum aliàs non frontem, ſed verticem ſignare deberent. 4.

Nec à presbyteris, de quibus loquitur Gregorius, aliud factum videtur, quàm quod non in ea corporis parte, qua debebant, ſignarent baptizatos. formam autem verborum hujus Sacramenti propriam eos uſurpaſſe non apparet. De cæremoniali ergò quadam unctione, non de chriſmatione confirmatoria dicunt intelligendum Gregorium.

Sed hæc ſolutio multis refellitur. In primis, quia Eugenius

in citato decreto apertè dicit, *legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ſimplicem Sacerdotem chriſmate per Epiſcopum confecto hoc Sacramentum adminiſtraſſe.* Alludit certè Eugenius ad hoc factum Gregorij, nec enim aliud legimus ante Eugenium in iure. Ergo factum Gregorij de unctione, non cæremoniali, ſed cõfirmatoria intelligit Eugenius.

Hinc non illam ſed confirmatoriam conceſſit ijs Greg.

Deinde, quia de ea unctione loquitur Gregorius, quam antea prohibuerat eiſdem presbyteris: Abſolutè autem prohibuerat unctionem cum chriſmate in fronte baptizati. At eo nomine Sacramentum confirmationis intelligi extra controverſiam eſt. Divinat ergò ea ſolutio, quæ de alia unctione Gregorium interpretatur.

Cum unctio Chriſm. ſimpliciter ſignificet confirm.

6\. Secundo probatur noſtra ſententia, ex eo quod Gregorium poſtea imitati alij Pontifices diſpenſarint, ut cum chriſmate per Epiſcopum confecto ſimplices presbyteri confirmarent in partibus remotis Nicolaus Quartus, Ioannes 22. Vrbanus 5. Eugenius 4. & alij Romani Pontifices, ut refert Leo 10. in Bulla directa quibuſdam Franciſcanis, quam etiam ipſe Leo confirmavit, & refert eam Bullam Eemanuel Rodriguez in nova collectione num. 3.

Idem fecerunt poſt Greg. alij Pont.

Idem conceſſit Adrianus 6. Anno 1521. die 25. Aprilis, petentibus Fratre Galapione, & Franciſco de Angelis pro Indijs & regionibus, ubi non ſunt Epiſcopi, ut Sacerdos regularis ex Minoribus poſſet cum chriſmate ab Epiſcopo conſecrato confirmare. Dicitur autem haberi hoc indultum authenticum Hiſpali in Monaſterio Sancti Franciſci. Rurſus Gregorius 13. diſpenſavit cum Patribus Societatis, ut etiam apud Indos cum chriſmate ab Epiſcopo benedicto Sacramentum confirmationis miniſtrarent; & audivimus eos, qui ſe miniſtraſſe hoc Sacramentum ex ea diſpenſatione aſſeruere; & apud eos hujus authoritatis conceſſæ aſſervari Pontificium diploma. Non ergò poteſt Gregorius Primus intelligi de cæremoniali aliqua unctione, ſed de cõfirmatoria.

7\. Tertio denique probatur eadem ſententia, quia Concilium Florentinum in decreto Eugenij 4. apertè poſuit miniſtrum ordinarium hujus Sacramenti eſſe Epiſcopum. Ergo addita illa voce *ordinarius*, manifeſtè indicavit aliquem extraordinarium eſſe poſſe. Et ſicut ex eo, quod cum agẽs de matrimonio Eugenius 4. dixit formam eſſe conſenſum per verba regulariter expreſſum, ex addita voce, *regulariter*, colligimus poſſe etiam conſenſum exprimi nutibus, vel Epiſtola, & validum eſſe ad Sacramentum matrimonij: Ita etiam ex eo, quod dixit ordinarium miniſtrum hujus Sacramenti eſſe Epiſcopum abſque dubio indicavit alium eſſe poſſe ex commiſſione.

Epiſcopus tamen ſolus eſt miniſter ordinarius.

Cumque ſtatim addiderit Eugenius, diſpenſationem, quæ legitur aliquando facta per Sedem Apoſtolicam, ex rationabili & urgenti cauſa, non poteſt dubitari de

tari de ſenſu definitionis Eugenij neque de definitione Tridentini, quod Eugenij veſtigijs inſiſtens cit. can. 7. dixit etiam miniſtrum confirmationis ordinarium eſſe Epiſcopum.

His adde Concilium Senonenſe in decretis morum, cap. 38. Vbi, cum dixiſſet Abbates non habere poteſtatem confirmandi addit: *Quod ſi qui ſint qui contendant ſibi competere hanc facultatem ex privilegio, volumus, quòd cum primum fuerint requiſiti à ſuffraganeis noſtris, de privilegio fidem facere teneantur.* In quibus ſupponit Concilium eam poteſtatem ex privilegio poſſe competere. Confirmabuntur magis hæc omnia ex his, quę de conſuetudine Græcorum dicam infrà cap. 5.

8. Sed videamus fundamenta, quibus nititur, 1. ſent. Primum deſumitur ex nonnullis Pontificum decretis, quæ dicunt confirmandi poteſtatem ſolis Summis Pontificibus, & Epiſcopis deberi. Sic Damaſus, Euſebius, Innocentius 1. Leo 1, Ioannes 3. & alij, quorum authoritate cap. præcedenti noſtram ſententiam confirmavimus.

Quomodo veniunt intelligenda,

Sed hæc omnia & ſimilia facillimè explicantur; intelligenda enim ſunt, quòd ſolis Epiſcopis ordinariè debetur hujus Sacramenti miniſterium. Et rectè ſic abſolute loquuntur. Quia, quando de poteſtate eſt ſermo, & abſolutè dicitur aliquod genus hominum habere, vel non habere poteſtatem, intelligitur de poteſtate ordinaria. Vt ſi quis dicat Parochum non habere poteſtatem excommunicandi, rectè ſic abſolutè loquitur. Quia intelligitur de poteſtate ordinaria, quæ ex officio annexa ſit; non de poteſtate delegata, quàm accipere poteſt à Summo Pontifice. Teſtimonium autem quoddam Innocentij 3. in *cap. quanto de conſuet.* explicabo infrà cap. 5. cum agam de conſuetudine Gręcorum.

Multa Pōt: decreta. Quando enim ſimpliciter alicui aſſeri bitur poteſtas per eā

Intelligitur ordinaria.

Secundum fundamentum deſumitur ex ratione. Quia vel 9.
poteſtas confirmandi competit Epiſcopo ratione juriſdictionis, vel conſecrationis. Non primum, ut notum eſt; aliàs Epiſcopus non conſecratus poſſet confirmare ſibi ſubditum, & nulla eſſet confirmatio miniſtrata non ſubdito, quæ abſurda ſunt. Si dicatur ſecundum, ergo vel ratione conſecrationis, & ordinis Sacerdotalis, & presbyterij. At ſic etjam conveniret presbyteris, & validè confirmarent etiam ſine licentia Epiſcopi, quod oſtendimus eſſe falſum cap. præcedenti. Vel ratione conſecrationis Epiſcopalis. At, ſi hoc verum eſt, non poteſt competere presbyteris, cum ea conſecratione careant.

Ordinaria poteſtas cō. firmandi convenit Epiſcopis ex vi ordinationis Epiſcopalis

Sed reſpondetur Epiſcopo competere ratione conſecrationis Epiſcopalis, quod ſit miniſter ordinarius; & presbytero ratione ſuę conſecrationis remotè, & dependenter à diſpenſatione Epiſcopi, & hoc ita haberi ex inſtitutione Chriſti, ut dicam infrà cap. 6.

Extraordinaria remota ex vi ord: ſac:

Denique objiciunt ex *cap. pen. de conſ. Eccleſ. vel alt.* Vbi dicitur, 10.
ea quæ conſecrationis ſunt, non conſecrato committi non poſſe.

Ergo, ſi ratione conſecrationis competit Epiſcopo poteſtas confirmandi, eaque conſecratio deficit in presbytero, non poteſt illi committi.

Quā habet omniſſ.cer cos.

Sed reſpondetur, ex his, quæ modò diceramus, in presbytero eſſe conſecrationem remotam ſufficientem, ut poſita conditione poſſit miniſtrare Sacramentũ confirmationis. Sicut etiam in illa ratione ordinis eſt ſufficiens fundamentum, ut accedente júriſdictione (ut dici ſolet) poſſit abſolvere à peccatis, à quibus ſine ea invalidè abſolvit. Et etiam ratione ordinis eſt in presbytero ſufficiens fundamentum, ut poſſit illi committi miniſterium Sacramenti ordinis, quod ſine ea commiſſione inaniter & invalidè conſerret. Non ergò committitur exercitium confirmationis non conſecrato, ſed conſecrato.

Vt poteſtatem abſolvendi.

& ordinādi.

II. Quod ſi quæras, *quam certa ſit hæc communis ſententia*? Soto putat eſſe de fide presbyterum poſſe eſſe miniſtrum ex diſpenſatione. At perigianus in 4 diſtinct. 7. q. 1. art. 13. in fine ſentit non eſſe de fide. Quia Eugenius non eſt loquutus definiendo; & Tridentinum licet dixerit ordinarium miniſtrum eſſe Epiſcopum, nihil tamen dixit de extraordinario. Quare temerarium tantùm cenſet oppoſitum.

Et videtur eſſe de fide.

Ego tamen valde propendeo in ſententiam Soti. Si enim conjungas decretum Tridentini & definitionem cum decreto Eugenij, planum videtur, quare dixerit eſſe miniſtrum Ordinarium Epiſcopum, & mihi perſuadeo Eugenium in ſuo decreto loquutum eſſe definiendo; quod non ſatis attentè dixit Petigianus.

Quamvis enim, cum in dicto Concilio Florentino unio Armenorum facta eſt, Græci non adfuerint Concilio, ut conſtat ex diebus datæ. (Nam decretum Eugenij pro Græcis datum eſt pridie nonas Iulij; pro Armenis verò decimo Kalendas Decembris, quo tempore certiſſimum eſt omnes Græcos deceſſiſſe:) adhuc tamen illa conſtitutio Eugenij edita eſt nomine totius Cōcilij, & oppoſitum tutum non eſſe ſed videri Hæreſim ſapere docuerunt viri doctiſſimi.

Græci abſfuerunt à conc. Flor: dum unio Arme. norũ fieret.

Quamvis enim Græci in toto illo Concilio fuerint pars Concilij, & illis diſcedentibus aliqua pars defuerit, tamen quia illis conſentientibus unio Armenorum ſubſequuta eſt (placebat enim Græcis Armenios à Latinis inſtrui) & Concilium cenſetur unum ex continuatione, maximè præſente ipſo capite Summo Pontifice, propterea dubitandum non eſt nomine totius Concilij decretum illud editum fuiſſe.

Qui tamen ejus pars fuerunt.

Idque manifeſtè oſtenditur, quia Summus Pontifex in illo decreto ita videtur Concilium intellexiſſe tanquam totum, generale, univerſale, OEcumenicum, ſiquidem ait: *Quis non vehementer admiretur uno eodemque tam brevi tempore, duo ſic præclara, & tot ſæculis deſiderata opera* (Græcorum ſcilicet, & Armeniorum conjunctionem cum Romana Eccleſia.) *In hoc Sacro Concilio fuiſſe tam fœliciter conſummata*? Et poſt

Et manſit ijs abſentibus univerſale & generale.

poſt pauca laudat Armenios, quòd alacriter ad Concilium venerint, his verbis. *Ut primum enim à nobis accerſiti ſunt, tamquam Eccleſiaſticæ avidi unitatis, ſpectabiles, devotos, & doctos oratores ſuos cum ſufficienti mandato, de ſuſcipiendo ſcilicet, quidquid Spiritus Sanctus hanc ſanctam Synodum illuſtraverit, ex remotiſſimis regionibus per multos labores, mariſque pericula ad nos, & hoc ſacrum Concilium deſtinarunt.* Et Paulo poſt: *Multis itaque adhibitis diſputationibus, colloquutionibus, & tractatibus, poſtque non mediocrem teſtimoniorum inſpectionem, quæ ex Sanctis Eccleſiæ Patribus, & Doctoribus deducta ſunt, & earum, de quibus agebatur, rerum diſcuſſionem, tandē expedire iudicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipſos Armenios hæſitatio eſſe valeat, atque idem per omnia ſapiant cū Sede Apoſtolica, unioque ipſa ſtabilis & perpetua ſine ullo ſcrupulo perſeveret, ut ſub quodam brevi compendio orthodoxæ fidei veritatem, quam ſuper præmiſſis Romana profitetur Eccleſia, per hoc decretum ſacro hoc approbante Florentino Cōcilio, ipſis oratoribus ad hoc etiā conſentientibus, traderemus.* Hæc Eugenius.

Armeni recepto conc. flor. pij & creduli.

In quibus verbis tria expendo. Primum, decretum dicere inſtructionem illam datam Armenijs poſt magnam diſputationem Patrum. Secundum, dari compendium orthodoxæ fidei, quam in his rebus Romana tenet Eccleſia. Tertium, dari hujuſmodi compendium ſacro approbante Concilio Florentino.

CAPVT. III.

An, ut presbyter poſſit eſſe miniſter confirmationis, ſufficiat diſpenſatio Epiſcopi, vel requiratur Sūmi Pontificis?

SVMMARIVM.

Statuitur quod certum eſt, num. 1.
Prima ſententia affirmans ſolum Pontificem diſpenſare poſſe num 2.
Media quædam ſententia num. 3.
Etiam Epiſcopum diſpenſare poſſe niſi reſervetur vera ſententia, num. 4.
Prima probatio huius ſententiæ, nu. 5.
Quædam ſolutio Gregorij de Valentia eius probationis refellitur num. 6.
Suarez ſolutio refellitur, num. 7.
Secunda probatio veræ ſententiæ, num 8.
Solutio Suarez ponitur & refellitur, num. 9. 10 11.
Fundamenta Suarez proponuntur, & diluuntur, num. 12. 13. 14.
Alia quæſtiuncula explicatur num. 15.

OStenſum eſt poſſe presbyterum ex commiſſione & diſpenſatione ſuperioris eſſe miniſtrum confirmationis; ſupereſt explicemus, *an requiratur diſpenſatio ſedis Apoſtolicæ? an verò ſufficiat deſpenſatio ſolius Epiſcopi.* 1.

In Eccleſia Latina Epiſcopus non poteſt diſpenſare, quod reſervatum eſt ſoli Pontifici.

Et in primis ſit certum nunc in Eccleſia Latina non poſſe Epiſcopum diſpenſare; jam enim hoc eſt longo uſu per Sedem Apoſtolicam reſervatum, ſicut & alia multa, quæ olim præſtabant Epiſcopi, reſervata jam ſunt Romanis Pontificibus. Dixi *longo uſu*

go uſu, quia non reperio ſpecia'em aliquam reſervationem de hac re, lego tamen diſpenſationes factas à nonnullis annis ſolum à Sede Apoſtolica, quales ſunt illæ Gregorij, & aliorum Pontificum, quos retulimus cap. præcedenti. Et. Eugenius 4. in ſuo decreto ſcripſit per diſpenſationem Sedis Apoſtolicæ legi aliquando presbyteros conſignaſſe. Quod magno argumento eſt inter Latinos reſervatam eſſe Summo Pontifici eius diſpẽſationis conceſſionem.

ſicut multa alia.

Idque longo uſu

Inquiritur ergò, *an ſecluſa reſervatione ſit etiam penes Epiſcopos poteſtas diſpenſandi cum presbyteris, ut miniſtrent Sacramentum confirmationis?*

Nonnulli docent id tantum pertinere ad Romanum Pontificem, exiſtimantque eſſe ſententiã Divi Thomæ in art. 11. ad 1. ubi dicit hoc convenire Summo Pontifici ex plenitudine poteſtatis quam habet in Eccleſia. In quo indicare videtur nullum alium eam habere poteſtatem, ſicut neque habet eius poteſtatis plenitudinem. Sequitur hanc ſententiam Suarez diſp. 36. ſect. 2. Ægidius in hac quæſt. art. 11. concl. 2. Puteanus dub. 7. concl. 2. Valentia diſp. 5. Generali q. 2. punct. 1. Immo ait oppoſitam ſententiam eſſe ſingularem, & temerariam. Tenuit antea Soto in 4. diſt. 7. q. 1. art. 12. ad 5. & olim etiam Paludanus eadem diſt. q. 4. num. 20.

Fundamenta horum Doctorum hæc ſunt. Primum eſt, quia nunquam legitur, Epiſcopos diſpenſaſſe, ut presbyteri conſignarent. Ergò ſignum eſt talem poteſtatem diſpenſandi non eſſe penes Epiſcopos. Sicut enim ex facto Pontificum colligitur eos diſpenſare poſſe; & quia in aliquo numquam diſpenſarunt, colligimus eos diſpenſandi non habere poteſtatẽ ita etiã de Epiſcopis Philoſophandum videtur.

Numquam enim legũtur Epiſcopi diſpenſaſſe;

Secundum eſt, quia in his, quæ ſunt juris divini, abſolutè, & ſimpliciter non poteſt diſpenſari, niſi juxta modum & menſuram ipſo jure divino ſtatutam, & conceſſam: Sed jus miniſtrandi hoc Sacramentum eſt divinum, & lege ordinaria conceſſũ Epiſcopis: Ergò ad ſolum Pontificem, qui plenitudinem poteſtatis habet in Eccleſia, pertinet facultas diſpenſandi, nõ Epiſcopis.

ſicut Pont.

Tertium eſt, quia Concilium Florentinum in citato decreto, ubi exactè doctrina ſacramentorum tradita eſt, ſignanter dicit: *Legimus autem per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem, &c.* Ergo in ſola ſede Apoſtolica eſt facultas diſpenſandi in hac parte.

Alij verò ſub diſtinctione loquuntur, dicuntque; ſi ſeorſim Epiſcopi conſiderentur, non poſſe Epiſcopos diſpenſare: Si verò aliqua maxima pars Eccleſiæ, qualis eſt tota Oriẽtalis ante defectionem, tale munus presbyteris committeret, non corrigente à principio, ſed tolerante Romano Pontifice, valeret diſpenſatio.

Sed qui ita philoſophantur nihil dicunt. Nam, ſi in eo caſu eo facto partis Eccleſiæ valeret commiſſio, ideo eſſet, quia præſumeretur

ſumenetur conſenſus Summi Pontificis. Idem etiam dici poſſet de facto Epiſcopi unius, & ex conſenſu Pontificis valuiſſe; quòd ſolum eſt dicere Pontificem diſpẽſare poſſe tantum, vel diſpenſatione tacita, vel expreſſa.

Sed dicitur verius ſeclusa reſervatione

Cęterùm mihi videtur verius, poteſtatem diſpenſandi in hac re non ſolùm reſidere penes Sũmum Pontificem, niſi reſervata eſſet. Hanc ſententiam tenet Ledeſma in 4. diſtinct. 7. quæſt. 1. art. 11. Layman tract. cit. cap. 7. Alphonſus Salmeron tom. 12. in Acta Apoſt. tract. 26. verſ. *An verò Epiſcopi.*

Epiſcopum potuiſſe diſpenſare

Nec temerariè

Sine fundamento ergò Gregorius de Valentia dixit hanc ſententiam eſſe temerariam, nam prædicti authores eam tenent, & aliàs non eſt contra communẽ ſenſum, Multi enim Doctores, licet dicant Papam diſpenſare poſſe, non tamen dicunt ſolum Papam poſſe, & qui id expreſſè aſſerunt, pauci ſunt. Si autem his Doctoribus addas eos, qui cenſent Epiſcopum in ſua Diœceſi idem poſſe, quod Pontifex in toto orbe, quos referam ſtatim, videbis multò plures eſſe, qui noſtram ſententiam doceant, quàm oppoſitam; & etiam Sotum ſibi ipſi repugnare. Nam non ſemel hanc doctrinam tradit, cum qua non poteſt conſequenter dicere non poſſe Epiſcopum diſpenſare, ut presbyter ſuæ Diœceſis miniſtret Sacramentum confirmationis, qui id concedit Pontifici in toto Orbe.

Quia pauci docent, ſolũ Pont. poſſe

Et multi quod epiſc. poſſit in ſua diœceſi quod Pont. in Eccleſia

niſi aliquod reſervetur aut

Primum pro hac ſententia fundamentum eſt illud, quo utuntur Salmeron, & Ledeſma. Quia quidquid Pontifex in univerſo Orbe, poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi ſpecialiter per Pontificem aliquid reſervetur, ſi excipias ea, quæ ad univerſalis Eccleſiæ ſtatum neceſſariò pertinent, ut res fidei definire & ſimilia, quæ exigunt infallibilem authoritatem, ut rectè fiant, quæ ſolùm penes Pontificem reſidet, ita ut neque in Concilio Generali reſideat, niſi capitis cõſenſus accedat.

Spectet neceſſariò ad univerſalis Eccleſiæ gubernationem.

Hanc doctrinam tradunt ex juris interpretibus Gambara de offic. leg. lib. 10. num. 466. & 476. Theſaurus Chriſt. relig. cap. 17. Nicolaus de Cuſa lib. 2. de concordia Cathol. cap 3. peręz. lib. 8. Ordinam tit. 15. l. 5. paulò poſt principium, & tit. 18. l. 2. verſ. *Eſtatutos contra illos.* Maiolus lib. 5. de irreg. cap. 51 num. 4. qui refert Hugonem.

quod requirit infallibilem auctoritatẽ

Et ex Theologis Abulenſis in cap. 6. Matthæi quæſt. 87. Victoria relect. de matrimonio p. 1. num. 7. Soto in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. verſ. *Ad quos tandem*, & lib. 10. de juſtitia q. 1. art. 3. ad 2. Veracruz 2. p. ſpeculi, art. 28. poſt. 3. concluſ. Henriquez lib. 6. de pœnitentia cap. 14. num 7. in Commentario littera K. & lib. 10. de ordine cap. 35. num. 2. & lib. 12. de matrimonio, cap. 3. num. 2. in comment. littera N. Aragon 2. 2. quæſt. 88. art. 2. verſiculo, *Si quis autem quærat an omnis*, ante ſecundam concl. Thomas Sanchez lib. 5. de matrim. diſp. 61. num. 3. & alib. 7. diſp. 1 num. 9. & alibi

quæ nõ reſidet in cõcilio.

gen ſecluſo conſenſu capitis

Epiſcopus autem eſt paſtor ordinarius in ſua diœc.

& alibi ſæpè.

Ratio hujus propoſitionis videtur eſſe manifeſta. Quia Epiſcopus eſt paſtor ordinarius in ſua Diœceſi, ſicut Pontifex in toto Orbe, quamvis illi ſubjectus. Ergò in his in quibus Pontifex non limitat ejus juriſdictionem, habet poteſtatem ordinariam; non ſecus ac quilibet confeſſarius poteſt æquè ac Pontifex ab omnibus peccatis abſolvere, niſi per Pontificem caſus aliquis reſervetur. Si ergò poteſt Pontifex diſpenſare, ut presbyter miniſtret Sacramentum confirmationis, poterit etiam Epiſcopus, niſi reſervetur.

quamvis Pontifici ſubjectus: unde poteſt hoc ſecluſa reſervatione

ſicut quilibet confeſſarius abſolvere ab omni peccato.

Huic rationi reſpondere conatur Gregorius de Valentia loco cit. aſſerit autem falſam eſſe doctrinam, quia aliàs poſſet aliquam propoſitionem tamquam de fide definire.

Sed hic author non vidit limitationem doctrinæ, quam prædicti Doctores addunt, aut non ſatis attendit.

Subjicit præterea eam propoſitionem eſſe veram, ſi intelligatur tantùm de his, quæ poteſt Pontifex in tota Eccleſia per uſum ſolius dumtaxat ordinis & conſecrationis Epiſcopalis quam cum alijs Epiſcopis communem habet. Quando autem committit hoc miniſterium confirmandi ſimplici presbytero, hoc facit per eminentem illam poteſtatem juriſdictionis, quam habet.

non tantùm in ijs quæ ſunt ordinis ſed etiam

Sed in primis falsò limitat eam doctrinm Valentia ad ea ſolùm, quæ poteſt Pontifex ratione ordinis, & conſecrationis. Extendenda enim neceſſariò eſt etiam ad ea, quæ illi competunt ratione juriſdictionis; cum eo tamen diſcrimine, quòd Pontifex totam Eccleſiam reſpiciat, Epiſcopus verò peculiarem Diœceſin.

quæ juriſdictionis.

Id quod multis exemplis oſtendi poteſt. Nam diſpenſatio in votis non pertinet ad conſecrationem, ſed ad juriſdictionem; aliàs Epiſcopus electus & nondum conſecratus non poſſet diſpenſare, quod eſt falſum: & tamen poteſt Epiſcopus in omni voto diſpenſare, niſi reſervetur aliquod votum. Deinde conſtituere impedimenta matrimonij pertinet ad juriſdictionem, & Epiſcopos in ſuis Diœceſibus olim varia impedimenta conſtituiſſe; oſtendi lib. 6. de matrimonio cap. 1. num. 12. cum Victoria & alijs. Item approbatio religionum pertinet ad poteſtatem juriſdictionis; & tamen antea poterant Epiſcopi in ſuis Diœceſibus approbare, ut manifeſtum eſt, & oſtendi lib. 7. de matrimonio cap. 11. ex num. 2. Non ergo tantum ea, quæ competunt Epiſcopo ratione conſecrationis, quæ cum Pontifice illi communis eſt; ſed etiam ea, quæ conveniunt ratione juriſdictionis, poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi reſervetur. Ergo, ſi committere ſimplici Presbytero miniſterium confirmandi ad juriſdictionem pertinet, poterit Epiſcopus in ſua Diœceſi committere, ſicut Pontifex in toto Orbe.

ut in votis, in quibus ita diſpenſat.

& impedimentis matrimonij

quæ olim conſtituit

& in religionibus, quas olim approbavit.

Deinde, cum admittat Valentia

Valentia hoc pertinere ad juriſdictionem Pontificis, reſtat illi reddenda ratio, cur ad eam præeminentem poteſtatem pertineat, quæ illi cum nullo alio communis eſt?

Poteſtas autem definiendi requirit infallibilitatem

Non enim videtur eſſe eadem ratio de poteſtate definiendi, & de poteſtate committendi hoc miniſterium. Illa enim infallibilitatem exigit. At infallibilis authoritas in nullo alio reſidet, commiſſio autem hujus miniſterij quid amplius requirit, quàm poteſtas diſpenſandi in voto, aut poteſtas approbandi religiones pro ſua Diœceſi? Cum ergò hæc poſſit Epiſcopus præſtare, niſi reſerventur, cur etiam non poterit committere ſimplici Sacerdoti miniſteriũ confirmandi?

quam non habet epiſcopus

7. Suarez loco cit. aſſerit fundamentum hoc non ſolùm eſſe falſum, ſed etiam improbabile. Nos autem illud confirmavimus plurimorum Doctorum conſenſu, & optima ratione.

Addit deinde nullibi id Epiſcopis eſſe prohibitum, ne uterentur ea poteſtate, nullibique eam reſervationem reperiri. Sed jam dictum eſt extitiſſe illam ſine dubio: idque convincitur ex facto ipſo, quod à multis annis ſolus Summus Pontifex concedat hujuſmodi poteſtatem, ut dictum eſt. Et inquiro ego ab iſto authore, *ubi ſit reſervatum, quod Epiſcopi non poſſint conſtituere impedimenta matrimonij, cum antea poſſent, & in illis diſpenſare?* Colligitur quidem reſervatio ex ipſo facto, & conſuetudine.

8. Secundò probatur noſtra ſententia ex alio fundamento, quod indicavit etiam Magiſter Ledeſma. Quia apud Græcos obtinuit conſuetudo à primis ferè temporibus, ut presbyteri conſignent ex diſpenſatione Epiſcoporum. Nam, quòd non id faciant ex diſpenſatione Pontificis, ex eo conſtat, quod ſæpè Pontifices ab illis quæſierunt ejus rei cauſã, atque rationem; illique legitimam, & juxta canones præſtiterunt, ut dicam latè cap. ſequenti. Eoque reſpicit, quod Ambroſius ad Epheſ. 4. dixit Ægyptios presbyteros conſignare in abſentia Epiſcopi.

presbyteri apud græcos conſignabant ex diſpenſatione Epiſcoporum,

Sed reſpondet Suarez in primis nunquam ejuſmodi conſuetudinem extitiſſe in Eccleſia Dei, quod Epiſcopi concederent presbyteris facultatem confirmandi, & cum videret ſe premi eo teſtimonio Amborſij, addit id intelligendũ de eo tempore, in quo presbyteri ſimul ordinabantur Epiſcopi; & ideò Ægyptios Sacerdotes paſſim confirmaſſe, quia ſimul erant presbyteri & Epiſcopi.

Suarez laborat Ignorantia antiquitatis

Sed in hac ſolutione valde diſceſſit Suarez à veritate. Nam primò inquiro, unde colligat Suarez Epiſcopus nunquam eum uſum habuiſſe; oſtendemus enim nos cap. ſequenti habuiſſe; ubi etiam demonſtrabimus eam conſuetudinem à primis Eccleſiæ temporibus viguiſſe apud Græcos, quod ex ignorantia antiquitatis negat Suarez. 10.

Secundò quam alieniſſimum eſt à veritate quod dicit, id, quod de Sacerdotibus Ægyptijs

ſcribit Ambroſius, intelligendum de eo tempore, quando presbyteri ſimul creabantur Epiſcopi. Hoc enim probabiliter dici poſſe affirmaverat Suarez in eadem diſputatione 36. ſect. 1. Sed omninò eſt improbabile.

Conſuetudo quà omnes presbyteri ordinarentur epiſcopi numquam extitit.

Nunquàm certè oſtendi poteſt in Eccleſia eam viguiſſe conſuetudinem, ut omnes presbyteri ſimul ordinarentur Epiſcopi, & tot eſſent Epiſcopi quot Sacerdotes.

Et in primis, quando eá conſuetudinem viguiſſe daremus, illam quidem non multò tempore viguiſſe in Eccleſia, neceſſariò dicendum eſt. Tum, quia in Dionyſio, & Ignatio, & alijs diſcipulis Apoſtolorum planè reperitur diſtinctio Epiſcopi, & Sacerdotis, & aliquos fuiſſe Epiſcopos, qui nō erant Sacerdotes. Tum etiam, quia in capite, *In novo teſtamento diſtinct.* 21 Quod deſumptum eſt ex Anacleto. qui Clementi I. ſucceſſit, hoc eſt, tertius à Petro in Eccleſia ſedit, dicitur ex ep. 2. *Ipſis Apoſtolis dicentibus in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi.* Et parum infrà. *Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam. Inde ab eis electi ſunt 72. diſcipuli, quorum typum gerunt Epiſcopi atque in eorum locum ſunt conſtituti in Eccleſia.* Ecce à primis fere Eccleſię temporibus fuiſſe presbyteros qui non eſſent Epiſcopi, & ab ipſis Apoſtolis ordinatos dicit Anacletus. Non ergò tempore Ambroſij potuit ea conſuetudo

Saltem non diu.

Anacletus Clementi I. ſucceſſit

Et epiſcopi apoſtolis

vigere, ut in Ægpyto omnes presbyteri eſſent Epiſcopi.

Sed oſtendamus eam conſuetudinem nunquam viguiſſe in Eccleſia, ut quotquot ordinarentur presbyteri, ſimul ordinarentur Epiſcopi. Quia, vel ea conſuetudo viguit in tempore ipſorum Apoſtolorum, vel ſub eorum diſcipulis. Nullo tempore iſtorū. Ergò ſine fundamento fingitur. Mitto rē probo, & incipiamus à diſcipulorum tempore. 11.

Sanctus Ignatius, qui Apoſtolorum temporibus Eccleſiam Antiochenam adminiſtrabat, Hierarchicum hunc Eccleſiæ ordinem ſæpè commemorat, & presbyteros eſſe ſubjectos Epiſcopis. Qui autē presbyteri eſſent Epiſcopis ſubjecti, ſi omnes erant Epiſcopi, cum par in parem non habeat imperium? Tum etiam Epiſt. 7. ad Tharſēſes inquit *Presbyteri ſubjecti eſtote Epiſcopo, Diaconi presbyteris, Populus presbyteris & Diaconis. Qui hoc ordinis decorum ſervaverint, pro eorum animabus libens animam meam commendavero, & Dominus ſit cū ipſis perpetuò.* Rurſus ad Smyrnēſes Epiſt. 1. *Laici Diaconis ſubijciātur, Diaconi presbyteris. presbyteri Epiſcopo Epiſcopus Chriſto, ut ipſe Patri.* Idēque in omnibus ferè Epiſt. quas ſcribit ad diverſas Eccleſias admonet, ut Epiſcopo primùm, deinde presbyteris, deinde Diaconis obediant. Et idem videre licet in Dionyſij & Clementis I. Epiſtolis. Erant ergò ſub Apoſtolorum diſcipulis presbyteri, qui non erant Sacerdotes.

Presbyteri verò ſubjecti epiſcop. fuerunt

Populus presbyteris & diaconis

Rurſus neque ſub ipſis Apoſtolis

ſtolis ea conſuetudo viguit, idque multa declarant.

P. imò Paulus ad Timotheum ſcribens ep. 1. cap. 5. inquit: *Adverſus presbyterum accuſationem noli ſuſcipere, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus.* Quod ſatis evidenter demonſtrat, Timothei Epheſini Epiſcopi fuiſſe munus presbyteros judicare. Erant ergò presbyteri judicandi inferiores Epiſcopo, & illi ſubjecti.

Hinc epiſcopi preſbyteros judicant.

Deinde, quia canones Apoſtolorum ab ipſis editi planè, & paſſim idem oſtendunt. Canone 14. & 25. diverſa pœna conſtituitur Epiſcopo relinquenti ſuam Eccleſiam, & ad aliam tranſmigranti, & presbytero ſuam Parochiā deſerenti præter Epiſcopi ſui conſcientiam, & ſi vocatus à ſuo Epiſcopo venire contempſerit. Vide etiam alia exempla Canone 31. 32. 33. 39. & Canone 40. ſtatuitur, ne presbyteri, & Diaconi præter Epiſcopum aliquid agere præſumant, nam Domini populus ipſi comiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Et Canone 41. ut in poteſtate Epiſcopi ſint res Eccleſiæ, & ejus poteſtate per preſbyteros & Diaconos diſpenſentur. Erant ergò ſub ipſis Apoſtolis presbyteri, qui non erant Epiſcopi.

Et alia epiſcopo alia presbytero eccleſiam ſuam relinquenti pœna injungitur.

Et nihil agere ſine epiſc. conſenſu jubentur cum huic populus Chriſti commiſſus ſit & res eccleſiæ

Præterea, quia vel iſti presbyteri, qui ſimul ordinabantur Epiſcopi ordinabantur abſolutè ad nullū titulū, vel ad aliquā Eccleſiam determinatā. Primū dici nō poteſt. Nam canonibus Eccleſiaſticis ab initio naſcentis Eccleſiæ prohibita eſt abſoluta ordinatio; ſed ſemper ad titulum ordinati ſunt, ut alio loco demonſtro. Si ad Eccleſiam aliquam: Ergo vel tantùm eſſet unus presbyter, qui & Epiſcopus eſſet in una Eccleſia, quod incredibile videtur, cum munera, & functiones Epiſcopales pluribus presbyteris indigerent; aut ad unam Eccleſiam plures ordinati eſſent, quod canonibus etiam eccleſiaſticis ſemper prohibitum eſt.

qui ſemper ad titulum ordinari debuit.

Et ejus functiones indigent pluribus preſb.

Reperio quidem prohibitum in Concilio Laodiceno Canone 57. ne in villis ordinentur Epiſcopi, & qui antea ordinati eſſent, deinceps ſubijciantur Epiſcopo civitatis. At non eſſe alium presbyterum niſi eum, qui Epiſcopus eſſet, non lego. Sed qui id aſſerverunt, ideò commenti ſunt, quia non credebant aliter poſſe ſatisfieri teſtimonijs Hieronymi, qui presbyterium, & Epiſcopatum coniungere videtur.

ordinari nō poteſt in villis, alioqui epiſcopo civitatis ſubijciendus

Videamus iam quæ afferat Suarez, ut eā conſuetudinē probet: 12.

Primum eſt illud Act. 20. ubi Paulus manens Epheſi vocatis presbyteris ſic locutus dicitur *Attendite vobis, & univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiā Dei, quā adquiſivit ſanguine ſuo.* Ecce, quos vocavit presbyteros, vocavit etiam Epiſcopos. Non ergò alij conſtituti ſuper gregē Dominicū eo tēpore.

Secundò adducitur Hieronymus, qui multis in locis docere videtur olim eoſdem fuiſſe presbyteros, & Epiſcopos, & con-

Epiſcopo*; & cõſuetudine potius, quàm divina inſtitutione factam, ut presbyteris præeſſent Epiſcopi. Vtiturque Hieronymus ad eam rem comprobandam Pauli teſtimonio in Epiſtolis ad Titum, & ad philippenſes, in cujus inſcriptione dicit, *omnibus Sanctis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, cum Epiſcopis, & Diaconis.* Quo indicat per Epiſcopos ſignificare voluiſſe presbyteros, quandoquidem in una civitate unus tantùm eſſe poterat Epiſcopus. Et idem Paulus ad Timotheum ſcribens cap. 3. cum inſtruxiſſet Epiſcopos, ad Diaconos tranſijt, presbyteris prætermiſſis, quaſi illos cum Epiſcopis comprehendens. Sicut etiam inferiùs alloquens Paulus eundem Timotheum ait: *Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij,* nempe Epiſcoporum, presbyteros vocans Epiſcopos, quorum eſt ordinare. Et Petrus 1. cap. 5. & Ioannes 1. cap. 3. cum eſſent Apoſtoli ſe ipſos presbyteros nominant.

Hæc, cum pluribus in locis, ſcilicet Epiſt. 85. ad Evagriũ ad Titũ & Aggæi 2. tractaſſet Hieronymus, concludit, *ut idẽ eſſet Epiſcopus, qui & presbyter, idemque presbyter, qui Epiſcopus.* Et demum ait ad Titum. 1. *Hæc proptereà, ut oſtenderemus apud veteres eoſdẽ fuiſſe presbyteros, quos Epiſcopos: paulatim vero ut diſſenſionum ſeminaria tollerentur, ad unum omnem ſollicitudinẽ eſſe delatam. Sicut ergò presbyteri ſciunt ſe ex conſuetudine Eccleſiæ, ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos, ita Epiſcopi noverint ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune habere Eccleſiam Dñi regere.* Hæc Hieronymus. 13.

Vt hæc, quæ objecimus, diſſolverent, nonnulli Doctores oſcitanter rem hanc examinantes, finxerunt olim non ordinari presbyteros, niſi etiam Epiſcopos; quia pauci fideles erant, & ideo opus non erat, ut alius eſſet presbyter, alius Epiſcopus. Quod valde miror docuiſſe Turrianũ virum eruditum, & antiquitatis non ignarum, lib. 5. pro Epiſt. Pontif. cap. 20. Melius multò Baronius tom. 1. Annal. anno Chriſti. 58. à num. 3. rem hanc explicaſſe videtur, & Hieronymi teſtimonijs intuliſſe lucem.

Gradus epiſc. diſtinctus ſemper fuit à gradu ſimplicis presb.

Omitto modo oſtendere non ſolùm ex ordinatione Chriſti, ſed etiam ex doctrina Hieronymi diſtinctum ſemper fuiſſe in Eccleſia Dei gradum Epiſcopatus & presbyterij, & Epiſcopum ſemper fuiſſe ſuperiorem presbytero ex divina inſtitutione, de quo ſatis dictum eſt lib. 1. de ordine. Nunc tantùm explicabo, quid ſibi velit Hieronymus, & quomodo ea Sacræ Scripturæ teſtimonia, quibus utitur, intelligantur. 14.

Apoſtolatus vocatus epiſcopatus

Cujus rei gratia obſervo cum Baronio, Apoſtolatum eſſe nominatum Epiſcopatum, ut conſtat ex illo Pſalm. 108. *Epiſcopatum eius accipiat alter*, adiuncta explicatione Petri Act. 1. de ſufficiendo alio in locum Iudæ. Sic etiam Apoſtoli, maximè cum aliquam ſpecialem Eccle-

ſiam

Hinc Apoſtoli particularem eccleſ. regentes epiſcopi dicti.

ſam regerent Epiſcopi appellati ſunt; & hi, qui Eccleſijs præficiebantur Epiſcopi, appellati ſunt etiam Apoſtoli. Id conſtat ad Philip. 3. Rom. 16. 2. Cor. 8.

Secundum eandem etiam analogiam, quod presbyteri præfecti eſſent fidelium curæ, etiam ex ea parte Epiſcopi dicti reperiuntur. Conſtat ex multis Sacræ ſcripturæ locis, quos in 2. obiect. adduximus.

Epiſcopi etiam dicti presbyteri, quod ex ſeniorum collegio eligerentur.

Item quòd Epiſcopi ex ſeniorum collegio eligerentur, eoſdem eſſe nominatos presbyteros, patet ex epiſt. Pauli ad Titum, & alibi. Cæterum reipſa diſtinctos fuiſſe presbyteros omninò ab ipſis Apoſtolis, & ſeniores vocatos conſtat Actor. 15. & 16.

Apoſtolorũ epiſcoporũ & presbyterorum par ordinatio quoad ſacerdotiũ. pariter in concilio conſidebant olim.

Cum igitur, quod ad Sacerdotium ſpectat, par eſſet Apoſtolorum, Epiſcoporum, & presbyterorum ordinatio, pariterque iidem cum illis in Concilio conſiderent, & communicatio nominum inter eos videretur eſſe communis, dum Epiſcopi presbyteri, atque hi etiam Epiſcopi dicerentur, factum eſt quod ait Hieronymus, ut eo perſeverante ordine ante oborta ſchiſmata, communi presbyterorum conſilio Eccleſię gubernarentur; poſtea verò illud eveniſſe ſubdit conſuetudine potiùs, quàm diſpoſitione Dominica, in adminiſtrandis rebus Eccleſiaſticis presbyteros fuiſſe ſubjectos Epiſcopis, quibus ſolis ceſſiſſet illarum cura præcipua. Nec presbyteri amplius ad communem conſeſſum ſunt admiſſi, in quo de his ageretur, quæ ad Eccleſiæ gubernationem pertinerent; ſed illi ſoli, qui ex collegio presbyterorum Epiſcopi eſſent ordinati. Sicque factum, ut, qui in nonnullis Epiſcopis æquales eſſe videbantur, poſtea illis in omnibus eſſent ſubjecti. Satiſque ſufficere viſum eſt, ſi presbyteri ſuis Epiſcopis conſiliarij aſſiderent in Synodis, quas quiſque eorum in ſuis Diœceſibus cogere conſueverat. Vnde Ignatius Epiſt. 5. ad Trallianos ait, cum de presbyteris agit: *Quid verò ſacerdotium eſt*, quàm Sacer cœtus, conſiliarij, & aſſeſſores Epiſcopi?

nominum communicatio inter eos communis:

Hinc pariter gubernabant, poſtea tamen

Hæc eminentia ablata presbyteris & relicta epiſcopis,

Quibus tantum in propria diœceſi aſſidẽt

Hoc igitur ſenſu, ne ſibi contrarius reperiatur Hieronymus, ea accipienda ſententia eſt qua dicit, non diſpoſitione dominica, ſed conſuetudine potiùs factum, ut Epiſcopi ſubjectos haberent presbyteros, & ſimul etiam ea Sacræ Scripturæ teſtimonia explicata ſunt.

Illud etiam addendum, eum morem, ut de Epiſcoporum, & ſeniorum conſenſu res ad Eccleſiam pertinentes tractarentur, exiguo tempore duraſſe, cum legamus in Canonibus Apoſtolorum citatis, jam ab ipſis Apoſtolis rerum Eccleſiaſticarum curam ſoli Epiſcopo commiſſã, utpotè cui ſoli anima fidelium, quod pretioſius eſt commiſſa ſunt, ut inquit Canon Apoſtolicus.

Prẽeminentia illa [illegible] ter [illegible] paucu tẽpore durauit & tẽpore apoſtolorum deſijt

Ex quibus conſtat, quam abſurde dixerit Suarez, id quod de conſuetudine Græcorum & Ægyptiorum dixit Am[illegible], ad ea tempora referendum, in

cuibus idem erant presbyteri, & Epiſcopi, cum Eccleſia communi presbyterorum, & Epiſcoporum, & Apoſtolorum Conſilio gubernari deſierit etiam ſub ipſis Apoſtolis, ut luce clarius oſtenſum eſt.

Poſſunt ſ diſpenſatione epiſcopi confirmare quod non negat flor. rentin: conc.

Relinquitur ergo cum presbyteris ut miniſtrent confirmationem, etiam Epiſcopum diſpenſare poſſe, niſi reſervetur. Ex quibus etiam conſtat ad omnia fundamenta primæ ſententiæ. Concilium autem Florentinum ſolùm refert, Sedem Apoſtolicam diſpenſaſſe, quod verum eſt, non tamen negat Epiſcopos diſpenſaſſe, quod mox oſtendemus.

19. quæ cauſa ad diſp. neceſſaria

Sed quæret aliquis in fine hujus capitis *An ſit neceſſaria cauſa hujus diſpenſationis?* Communis quæſtio eſt, & in materia de diſpenſatione à nobis latè diſcuſſa, de matrimonio lib. 8. quare in hoc non eſt ſpecialis aliqua difficultas. Similiter communis quæſtio eſt *An Papa tantùm electus, vel etiam conſecratus poſſit diſpenſare?* cum notum ſit ea quæ juriſdictionis ſunt convenire Pontifici etiã ante conſecrationem. Quare in his explicandis, quæ in alijs Tractatibus propriam ſedem habent, immorari non placet.

Pontifex tantùm electus poteſt diſpenſare ſed ſolùm cum presbytero.

An verò cum alio, quam cum presbytero diſpenſari poſſit? de quo Suarez, Communis omnium ſenſus diſpenſari non poſſe. Nunquam enim legitur factũ in Eccleſia, de presbytero ſolùm legi, dixit Concilium Florentinum.

CAPVT V.

An conſuetudo Græcorum in hac parte ſit licita, & unde emanaverit?

SVMMARIVM.

Quorundam ſententia notatur, nu. 1.
Græcorum conſuetudinem antiquiſſimam eſſe, num. 2.
VValdenſis ſententia proponitur, nu. 3.
Illa rejicitur, num. 4.
Suarez refertur & rejicitur, nu. 5.
Græcorum conſuetudinem legitimè introductam eſſe probatur teſtimonio Dionyſij, num. 6.
Prima ſolutio eius teſtimonij proponitur, & rejicitur, num. 7.
Secunda aliorum ſolutio reprobatur, num. 8.
Tertia ſolutio impugnatur, num. 9.
Secunda probatio ex Concilio Florentino, num. 10.
Opponuntur varia Pontificum decreta, contra conſuetudinem Græcorum, num. 12.
Adhibetur omnibus illis communis quædam ſolutio, num. 11.
Explicatur Innocentius in cap. Quanto de conſuetudine, num. 13.
Innocentij IV. Gregorij x. Pij IV. Gregorij xiij. Clem. viij. conſtitutiones in hac parte explicantur, num. 14. 15. 16. 17. 18.

FRanciſcus Turrianus lib. 3. Conſtitutionum Clementis c. 16. & Stephanus Durantius, de ritibus Eccleſiæ Catholicæ, lib. 1. cap. 20. nu. 12. viri aliàs excellenti doctrina præditi inducti Epiſtola Nicolai 1. ad Hincmarum

marum Epiſcopum Græcis eum errorem attribuunt quod Sacramenti Confirmationis ordinarium miniſtrum presbyterum eſſe dicerent. Quare ex eo errore conſequens erat, quod apud eos presbyteri conſignarent, utpote quia erant ordinarij miniſtri, & ideo reprobatam eſſe eorum conſuetudinem, & nullo modo ſuſtineri poſſe.

Photij error de miniſtro ordin. Confirmationis quod is ſit ſimplex ſacerdos

Sed hi duo DD. manifeſtiſſimè decepti ſunt. Photij quidem is error fuit ex odio in Romanam Eccleſiam, & eo modo ille eam conſuetudinem tutabatur, de quo loquebatur Nicolaus 1. ut dictum eſt cap. 1. Conſuetudo autē hæc, antiquior multò Photio eſt, & ante obortum ſchiſma.

2. Quare in primis dico apud Græcos antiquiſſimam eſſe conſuetudinem, & ante ſchiſma exortum inter Latinam, & Græcam Eccleſiam, quod presbyteri in abſentia Epiſcoporum, Sacramentum Confirmationis miniſtrent. Antiquiſſimam eam eſſe conſuetudinem, ex eo conſtat, quod Ambroſius ad Epheſios 4. dixit Ægyptios in abſentia Epiſcoporum conſignare, & quod Auguſtinus libro quæſtionum Vet. & Novi teſtamenti quæſt. 101. ſcripſit per Alexandriam, & totam Ægyptum, ſi deſit Epiſcopus, conſignare presbyterum. Et quamvis, neque Ambroſius, neque Auguſtinus fuerint eorū librorum Authores: at vetuſtos Authores eſſe, qui eos ſcripſere libros, dubitari non poteſt, quod nobis ſatis eſt, ad ejus conſuetudinis antiquitatem comprobandam.

Presbyter in abſentia epiſc. apud græcos validè confirmavit ex antiqua conſuetudine

3. Verùm Waldenſis tomo 1. de Sacramentis cap. 104 quem ſequitur Franciſc. Suarez diſp. 36. ſect. 1. cum in ea teſtimonia Ambroſij, & Auguſtini incidiſſent, inquit Ægyptios, & Armenios non erraſſe propriè in miniſtro Confirmationis, ſed in eo, quod Confirmationem negabant. Refert enim Armenios hoc Sacramentum negaſſe, ſolùmque agnoviſſe quandam cæremonialem unctionem Chriſmatis, quæ ſit in ſolemni baptiſmo, & conſequenter dixiſſe, non eſſe propriam Epiſcopi, ſed etiam à Presbytero fieri poſſe.

Armeni nō græci neque Ægyptij negabant ſacramentum confirmationis

4. Sed planè deceptus eſt Waldenſis. Primo, quia id, quod Armeni dicebant, attribuit etiam Græcis, & Ægyptijs, cum nullum ſit argumentum, ex eo quod Armeni erraverint negando Confirmationis Sacramentum, ut dicamus in eodem etiam erraſſe Græcos, & Ægyptios, idque nulla vel levi conjectura probat Waldenſis.

Secundo non rectè unctionē illam intelligit cæremonialem fuiſſe quæ ſit in vertice, & non Confirmatoriam. Si enim conjectura ipſius eſt vera, ut propterea non ſit Confirmationis, quod adhiberetur à presbyteris in ſolemni baptiſmate: pari ratione dicet Waldenſis, Sardiniæ presbyteros negaſſe Confirmationem, & unctionem alterius generis in baptiſmate adminiſtraſſe quia adminiſtrabant presbyteri. Quid ergo illis conceſſiſſet Gregorius?

Rurſus

Rurſus; ſi ea cæremonia non eſſet confirmationis, non eā miniſtraſſent in abſentia Epiſcopi, cum ea à presbyteris etiam præſente Epiſcopo adminiſtrari ſoleret, ut dixi latè in hac parte cap. 2. & ſic fuerint inſtituta à Sylveſtro.

grrci & ægyptij nō agnoſcunt in bap. aliā unctionem quam confirmationis quam cum bapt. conferebant.

Præterea non loqui Ambroſium de unctione cæremoniali, ex eo maniſeſtiſſimè conſtat, quia Ægyptij atque Græci non agnoſcunt in baptiſmate aliam unctionem, niſi eam quæ eſt Confirmationis, ut patet, tam ex materia, quam ex forma, quam adhibent in ea unctione. Cujus ratio eſt; quia Græci ſimul cum baptiſmate conferre conſueverant Confirmationem, etiam Infantibus & ideo carent ea cæremoniali unctione in vertice baptizati, quam veluti Vicariam Confirmationis eſſe diximus ſupra cap. 2. citato.

etiā presbyt abſente epiſcopo,

Rurſus; ex ipſo Ambroſio & Auguſtino potiùs colligitur, eos non negaſſe Confirmationem, quia dicunt, eam adminiſtraſſe presbyteros, ſi abeſſet Epiſcopus, & non aliter. Probat quidem Ambroſius, ſive quis Auctor eorum Commentariorum, in primordijs naſcentis Eccleſiæ munera Eccleſiaſtica fuiſſe permixta, atque confuſa, ut quod conveniret Epiſcopo uſurparet presbyter, & quod, presbytero Diaconus. Ad quod probandum, inter alia utitur exemplo Sacerdotum Ægypti, etiam tunc illa ætate confirmantium in abſentia Epiſcoporum, quaſi id facerent vi illius conſuetudinis, nondum apud illos abolitæ. Vſurpabant ergo illi, miniſtrare Sacramentum Confirmationis; quia illud erat Epiſcopale munus. Ergo de ea conſignatione, non de alia cæremoniali loquitur Ambroſius.

cujus munera eccleſiaſtica olim naſcente eccleſia ſæpe uſurpabant ſicut & eorum diaconi.

At Suarez loco citato eadem diſput. ſect. 2. ſentit etiam Ambroſium apertè loqui de eo tempore, quo presbyteri ſimul ordinabantur Epiſcopi.

5. Sed hoc iam ſupra cap. præcedenti, exploſum eſt. præterea ipſe contextus Ambroſij, eam intelligentiam refellit, ut modo dicebamus. Aliàs etiam deſtruit Suarez, quod prius probaverat ex Waldenſi. Quorſum enim Ægyptij negaſſent Sacramentum Confirmationis, ſi nulli presbyteri erant in Ægypto, qui non eſſent Epiſcopi? Rurſus, neque hoc reſponſum ſubſiſtit; quia non ſolùm abſente, verùm etiam præſente primario Epiſcopo presbytero, non ſimplicibus, ſed conſecratis Sacerdotibus Epiſcopis, ex facultate ejuſdem per antonomaſiam Epiſcopi, convenit & conſecrare, & conſignare.

inſuper aliquando de facultate epiſcopi primarij inferiores conſecrabant & conſignabant.

6. Deinde dico ſecundo, ea conſuetudo Græcorum ab Antiquiſſimis ducta temporibus, ante ſchiſma licita fuit, & legitimè apud eos presbyteri Sacramentum Confirmationis adminiſtrabant. Quod quidem probatur imprimis, quia Dionyſij authoritate introducta, & accepta, ut creditur, ab Apoſtolis lib. Eccleſ. Hier. cap. 5.

Sed ut melius vis teſtimonij Dionyſij

Dionyſij intelligatur, placet eum locum enucleare. Propoſitum eſt Dionyſio in eo capite probare poteſtatem Pontificis, ſive Epiſcopi ampliſſimam eſſe, atque ad omnes aliorum ordinũ functiones extendi, non verò è contra. Id autem illis verbis ſignificat: *Ipſa vero Hierarchici ordinis virtus omnes alios ordines penetrat.* Deinde explicat quomodo fungatur munere omnium ſcilicet per ſe ipſum vel per alios, ideo ſubiungit: *Et per omnes divinos ordines propria Hierarchiæ exercet myſteria.* Deinceps nonnulla myſteria, quæ ſunt excellentiora, adeo convenire Pontifici affirmat, ut ea nulla ratione per alios, ſed per ſeipſum efficere queat, idque indicat illis verbis: *Præcipuè verò huic ordini Hierarchico, præ cæteris ordinibus divina lex diviniores cæremonias aſſignavit.*

& D. Dionyſ. auctoritate introducta &, ab apoſtolis accepta.

poteſtas epiſcopi ampliſſima & ad omnes functiones omnium ordinum ſe extendit.

quamvis & proprias habeat,

Quænam autẽ ſint iſtæ diviniores functiones, quæ ſoli Pontifici reſervantur, Dionyſius explicat his quæ ſequuntur: *Quo circa divina lex ſacrã Hierarchicorũ ordinum ſacrationem, hoc eſt ordinationem, & divini unguenti confectionem, atque ſanctã altaris conſecrationem divinorũ Pontificũ efficacibus facultatibus ſingulari munere attribuit.*

qualis eſt ordinatio & chriſmatis confectio cum altaris conſecratione;

Sed quia Dionyſius dixerat diviniora myſteria pertinere ad Pontificem, obijcit ſibi, baptiſmũ, & conſecrationem corporis Domini, quæ, divina myſteria cum ſint, à Sacerdote peraguntur. Sed huic obiectioni videtur occurrere Dionyſius illis verbis *Etſi enim à Sacerdotibus quædam ex ſymbolis veneratione digna perficiantur, numquam tamen ſanctum à Deo ortum Sacerdos ſine divino unguento peraget, neque divinæ communionis myſteria perficiet, niſi communionis Sacramenta in divinum altare impoſuerit, quin ne Sacerdos quidem ipſe erit, niſi Pontificiis officijs ac perfectionibus, ad id delectus fuerit.* Quaſi dicat Dionyſius nihil hoc referre. Nam in his quoque myſterijs Sacerdos indiget opera Pontificis; quandoquidem non adminiſtrabit baptiſmum, ſine unguento confecto à Pontifice, neque corpus Chriſti conficiet, niſi ſuper altare conſecratum à Pontifice. Imo neque rem divinam peraget, niſi initiatus à Pontifice, adeo in his divinis, quæ Sacerdos etiam exequitur, pendet à Pontifice.

quibus etiã indiget ſacerdos, ut propria ſibi officia obeat.

Ecce dicit Dionyſius, Presbyterum, cum baptizat, vel in abſentia Epiſcopi, vel quando Epiſcopus non baptizat, confirmare etiam, quia ſine unguento nunquam peragit baptiſma. Ad Epiſcopum autem, cum præſens eſt, pertinere baptizare, & ungere, docuerat Dionyſius ſupra c. 2. *Baptizatum inquit ſacerdotes veſte alba ad Pontificem ducunt, ille divino, ac prorſus deifico unguento, virum ſignat.* Quod ergo dicit cap. 5 de eo tempore debet intelligi, quando Epiſcopus abeſt
vel non baptizat. 7.

Huic teſtimonio Dionyſij, quod ſatis videtur apertum, Reſponderi poteſt: Gregorium Pachimerem Dionyſij Interpretem aliter interpretari. Illa enim verba: *Nunquam divinum ortum ſine unguento peraget;* non refert ad presbyterum, qui ſine un-

guento prohibetur baptizare ex uſu Orientalis Eccleſiæ, ſed ad Epiſcopum, hoc ſenſu, Presbyter nunquam perfectè baptiſmum abſolvit; quippe opus habet Epiſcopo, qui baptizatum perficiat, & ſignet Chriſmate.

ſecſine unguento baptizabat, etiam ex uſu orientalis eccleſiæ.

Sed hæc Interpretatio Georgij, non ſubſiſtit, neque eſt ad mentem Dionyſij. Tum quia; ſi ea mens Dionyſio eſſet, facilè erat illi apertè dicere: Quamvis Sacerdos nonnulla myſteria veneratione digna perficiat, ſcilicet baptiſmum, & Euchariſtiam; non tamen ſignat. Hujus autem oppoſitum affirmat Dionyſius. Non enim ait, non confirmat, ſed non baptizabit ſine unguento, quod eſt dicere presbyterum baptizare, & ungere. Tum etiam; quia ſi Sacerdos Dionyſij tempore non ungebat, potiùs eſſet verum dicere Sacerdos ſine unguento baptizat, quia baptizat, & non ungit.

quia ſimul ipſe ungebat,

Rurſus illa tria Sacramenta ex more Græcorum ſimul adminiſtrabantur, Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia. Non eſt autem veroſimile Epiſcopos ſemper fuiſſe præſentes. Quare veroſimile eſt id munus presbyteris commiſiſſe.

Euchariſtiā ſimul conferens.

Prætereà expendo, quod magis urget pro noſtra ſententia, Dionyſium, ut conſtat ex ſerie capitis, aſſignare functiones diviniores, quæ ſunt Pontificum propriæ, & inter eas non numerat miniſterium conſignationis, ſed ordinationem, confectionem chriſmatis, & conſecrationem altaris, & cùm Sacerdotum functiones refert, baptiſmi, & unguenti, & Euchariſtiæ meminit. Ergo erat hujuſmodi unguenti adminiſtratio inter munera Sacerdotis.

unguenti adminiſtr olim erat inter munera ſacerdotis.

Adde, cum explicat Dionyſius, quomodo etiam in his pendeat presbyter à Pontifice, inquit, quia non conſecrat corpus Chriſti, niſi initiatus à Pontifice, & niſi ſuper altare conſecratum à Pontifice. Ergo cum inquit non baptizat ſine unguento, ſic intelligitur, quia & baptizat & ungit, cum unguento tamen confecto à Pontifice. Sic enim Pontifex penetrabit actiones etiam Sacerdotis, veneratione dignas. Aliàs diceret Dionyſius pendere, quia licet baptizet, non tamen ungit ille, ſed Epiſcopus.

Pontifex quomodo penetret functiones ſacerdotis?

Denique huic intelligentiæ Dionyſij favet Sanctus Maximus Antiquus Dionyſij Scholiaſtes, inquit enim: *Nota quia neque ſanctificare, neque perficere unguentum (hoc eſt conſecrare hoc enim ille verbū attribuit etiam altari) eſt presbyterorum, quos hic Sacerdotes Dionyſius appellat. At neque altare conſecrare ad eos ſpectat, ut ſuper illud offerant, denique neque alios ordinare. Hæc enim ſolus Pontifex efficit, ſine quibus presbiter, neque baptizabit, neque offeret ſacrificium. Sed in his quæ ante ab Epiſcopo ſunt perfecta, & conſummata ſacra munera exercebit.* Hæc S. Maximus ubi expendenda ſunt illa verba: *Quæ ante ab Epiſcopo ſunt perfecta*: nam unguentum priùs

priùs ab Epiſcopo conſecratur & aſſervatur, ut deinde ſuo tempore adminiſtretur.

8. Secundo reſponderi poſſet presbyterum quidem non baptizare ſine unguento, ut docet Dionyſ. ſed adhibito non in fronte, ſed vertice, vel in pectore, qua ratione Dionyſius Carthuſianus intellexit Dionyſium: oſtendimus autem ſupra in hac p. cap. 2. Sylveſtrum inſtituiſſe eam unctionem in vertice, cum baptizatur infans vel adultus, quæque miniſtrari poſſet a presbytero.

Sed hæc ſolutio ſuſtineri non poteſt. Tum quidem ſi ejus conſuetudinis author fuit Sylveſter 1. ut probavi eo loco non poteſt Dionyſius eam conſuetudinem reſpexiſſe.

unctio baptizatorū in vertice apud græcos numquam in uſu fuit.

Tum etiam, quia ea conſuetudo ungendi baptizatos Chriſmate, quam inſtituit Sylveſter, apud Græcos nunquam fuit in uſu, neque alius modus tradendi Chriſma, niſi qui Epiſcopo competit ex juriſdictione ordinaria, presbytero eſt delegata. Hinc factum eſt, quod Georgius Pachimeres, iam relatus cum videret eam conſuetudinem apud Græcos non vigere, clariſſima verba Dionyſii ad Pontificem retulit, ut viſum eſt. Iam autem cæremonialem unctionem apud Græcos non eſſe in uſu conſtat tam ex Dionyſio, quam ex Cyrillo Hieroſolymitano, qui omnes baptiſmi cæremonias perſecuti ſunt, & nullius alterius Chriſmationis, niſi confirmatoriæ & Epiſcopalis meminerunt.

Tum etiam, quia presbyteri apud Græcos, cum ungunt, formam Sacramenti Confirmationis pronuntiant, quod clarè demonſtrat, eam unctionem eſſe confirmatoriam.

quia in illo baptiſmatis unctione utuntur forma confirmationis.

Nec difficile eſt rationem reddere cur apud Græcos non extet ea conſuetudo. Quia cum Græcis presbyteris facta eſſet poteſtas; ea tria Sacramenta adminiſtrandi, ſimulque adminiſtrarentur, illa unctione cæremoniali opus non fuit, quia ut diximus, Vicaria Confirmationis, inſtituta eſt à Sylveſtro.

quæ ſimul cum batiſmo conferebatur.

At cum Latinis presbyteris ea facultas data non fuerit, quia Eccleſia Latina cum illis diſpenſare noluit, & non poſſet ſemper adeſſe Pontifex, qui Sacramentum Confirmationis daret, qua de cauſa, multi ſine eo Sacramento vitam finiebant; ideo ea cæremonialis unctio introducta eſt, ut iam ſupra multis teſtimoniis comprobatum eſt.

quod non fiebat apud latinos. unde adhibebatur ejus vicarii in vertice.

Tertiò denique reſponderi poſſet propterea Dionyſium tá conſtanter affirmare presbyterum nunquam baptizare ſine unguento; quia aqua baptiſmi per infuſionem unguenti conſecrabatur, ut videtur dicere idem Dionyſius eod. lib. cap. 2. his verbis. *Ipſe Pontifex ad matrem ad piſcinam accedit, eamque aquam ſacris invocationibus* [illegible]*, & eam tribus unguenti* [illegible] *habentis purificat* [illegible]*, &* [illegible] *ideo ergo presbyter non baptizabat ſine* unguento 9.

aqua etiam baptiſmalis infuſione unguenti conſecrabatur.

idque antiqua conſuetudine,

unguento, quia non baptizabit, ſine aqua unguento conſecrata.

Eam autem conſecrationem aquæ baptiſmalis, per infuſionē Chriſmatis, in modum Crucis antiquiſſimā conſtat eſſe ex hoc loco Dionyſij, & ab Eucherio Lugdunenſi idem ſignificatum legimus Dominica 4. poſt Pent. & Hincmaro Rhemenſi in vita S. Remigij, & Ordine Rom. in officio de Sabatho Sancto; & Albino ſive Alcuino lib. de divinis officijs, cap. 19.

qua etiam non poterat presb: ſine juſſione epiſcopi baptiſare, ſicut nec diaconus

Atque hanc eſſe legitimam intelligentiam Dionyſij, ex eo convinci poteſt, quod Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos eodem prorſus modo loquatur átque Dionyſ. aſſerens, non poſſe presbyterum, imo & Diaconū, ſine ungueto, & juſſione Pontificis baptiſare. At Diaconi neque ex diſpenſatione cōſignare poſſunt. Verba Hieron. hæc ſunt: *Eccleſiæ ſalus in ſummi Sacerdotis dignitate pendet; certè ſi non exors quædam, & ab hominibus eximiens detur poteſtas, tot in Eccleſia efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes. Inde venit, ut ſine Chriſmate, & Epiſcopi iuſsione, neque presbyter, neque Diaconus ius habeant baptizandi.* Igitur ut explicatur Hieron. poterit explicari Dionyſius. Hieronym. autem intelligi nequit de Sacramento Confirmationis, Diacono enim numquàm id cōceſſum eſt, ſed vel de aqua conſecrata unguento, vel de unctione cæremoniali in vertice.

Non nego veroſimiliter, ea verba Dionyſij exponi poſſe iſto modo: ſi illa tantùm inſpiciantur. At cum in eo loco enumerans Dionyſius diviniora quæ ſoli Pontifici reſervantur, non numeret conſignationē, ſed tantùm conſecrationem unguenti, meritò colligimus cōſecrationis unguneti tantùm eſſe miniſtrum Pontificem, & nullo modo presbyterū: at Confirmationis ordinarium eſſe Epiſcopum, extraordinariū presbyterum, quandoquidē conſignatio non eſt ex his divinioribus, quæ Pontifici reſervantur, ex enumeratione Dionyſij.

presbyter tamen extraordinarius, epiſc. ordinar. confirmationis miniſter.

Nam certè quod ad presbyterū nullo modo ſpectare poſſit Chriſma conficere, id eſt conſecrare apertè conſtat, non ſolū ex Dionyſio, ſed etiā ex Synodo Romana ſub Sylveſt. c. 5. Carthag. II. c. 3. quem Canonem Græci referunt in ſuo Nomocanone, & eo non obſtante adminiſtrant Confirmationem, quod ſignum eſt, ab illis non intelligi de adminiſtratione; ſed de confectione Chriſmatis, & Carth. iij. Can. 36. Tolet. 1. Can. 20. & alibi.

non conſecratio Chriſmatis

10\. Secundo eam conſuetudinem apud Græcos licitè & legitimè viguiſſe, conſtat ex alio teſtimonio irrefragabili in Concilio Florentino. Nam peracto Concilio, & confectis literis unionis Eugenius Pontifex undecim quaſtiunculas propoſuit Græcis, quarum ſexta eſt: *Quare Pontifices non inungerent ſacro Chriſmate, ſed Sacerdotes, cum hoc Pontificibus ſit datum?* Et ſtatim additur: *Hæc a Latinis obiecta Mitylinenſis Canonice omnia, legitimèque diſſolvit, præterquam duas, de quibus Papa ſignificavit Imperatori;*

quæ conſuetudo legitimè viguit apud græcos.

ut patet ex flor. quod eam approbavit

Cum

Cur ſcilicet matrimonia dirimantur, & Patriarcha non eligatur? Ergo licita fuit, & ſecundùm Canones ea conſuetudo Græcorum, ſecundùm quam apud eos presbyteri conſignabant.

Sed de hujus conſuetudinis approbatione in prædicto Concilio, produco duos teſtes, unum Græcum, Latinum alterum. Latinus eſt S. Antonin. qui huic Concilio interfuit, & poſt recitatam Epiſtolam Eugenij, ſcripſit, *Errabant Græci in tribus communiter. Primo, quod Spiritus Sanctus procederet à Patre & non à Filio. Secundò, quod non erat purgatorium, poſt hanc vitam. Tertio quod Eccleſia Orientalis, & Conſtantinopolitana non eſſet ſub Eccleſia Romana, nec Patriarcha Conſtantinopolitanus eſſet ſub Romano Pontifice. Horum quodlibet eſt Hæreticorum. In alijs ritibus ſuis, qui non important Hæreſes, licet rationabiliores ſint ritus Eccleſiæ Occidentalis ſive Romanæ fuerunt permiſſi manere.*

quamvis tamen cenſerit ritus Latinorum eſſe rationabiliores.

Sunt autem ſine dubio illi ritus, de quibus quæſtiunculas propoſitas fuiſſe ſcribitur in Concilio; ſunt ergo probati ab Eccleſia tanquam rationabiles licet Latinorum ritus rationabiliores eſſent.

Græcus eſt Gregorius Protoſyncellus, qui interfuit, & tertio loco ſubſcripſit Concilio, utpotè, qui à Confeſſionibus Imperatoris erat, & Patriarchæ Alexandrini, in eodem Concilio locum tenens. Is igitur ſcribens adverſus illam Epiſtolam Encyclicam Marci Epheſij ad omnes Chriſtianos, ejuſque obiectionibus reſpondens, quæ habetur apud Bzovium Tomo. 16. Annal. ſub Eugen. 4. ann. 1440. num. 62. inter alia hæc habet. *Verum etiam Latini noſtros ungebant, & chriſmatos appllabant. Quod verò non ſecundum rectam rationem iſta fierent, manifeſtum eſt. Etenim cum iniremus concordiam, nullam rationem contra nos afferre poterant, ſed cum orthodoxi eſſemus, & rectè ſentiremus, ab orthodoxis orthodoxi iudicati ſumus.*

Expende verba Gregorij, quibus indicat de quæſtione hac inter Græcos, & Latinos diſputatum, & Latinos nihil habuiſſe quod Græcis opponerent, ſed iudicaſſe, rectè de hac re ſentire. Vngebant igitur Latini Græcos, & Græci Latinos ad ſe venientes, quod ab utriſque perperam factum, dixit Gregorius; quamvis non explicet, qua ratione id fieret: crediderim tamen pern anente ſciſmate alia atque alia de cauſa factum eſſe, ut utrique ad ſe venientes ungerent, Græci quidem quod ſcirent, Latinos, cum baptizant, non ſolere miniſtrare Sacramentum Confirmationis, & ideò confirmabant Latinos, quia iudicabant illos non eſſe Confirmatos, quod non improbat, quin potiùs probat ipſe Gregorius loco cit. num. 53. Latini verò, quia ſciebant a presbyteris confirmatos eſſe, de quibus jure dubitabant, An id legitimè conceſſa facultate, aut diſpenſatione feciſſent?

greci ungebant latinos & latini grecos ad ſe venientes.

illi quod hos ſcirent non eſſe, hi quod illos dubitarent eſſe confirmatos, utpote à nudo presb.

Quæ verior & ſolidior ratio eſt, quam illæ quas aſſignat Bzovius dicto num. 62. in nota margi-

marginali in hæc verba: *Epiſcopi Latini, aliquando ſub conditione conſignabant, vel quia miniſtri huius Sacramenti excommunicati fuerant, & pro laicis habiti, quales erant in Bulgaria Sacerdotes Photij: vel quia presbyteri, qui apud Græcos Sacramentū hoc paßim conferunt non ſunt ordinarij Confirmationis miniſtri.* Hac autem in Concilio quæſtione propoſita, utriſque ſatisfactum eſt.

non enim latini ſimul cum bap. tiſm confirmabant

Satisfeciſſe autem Latinos Græcis ex eo colligitur, quod idem Gregorius tueatur Confirmationis uſum Latinorum, in eo quod non ſtatim cum baptizanſ, confirmant adverſus Marcum Epheſium, ut dictum eſt, idque ipſe aſſerit eſſe conforme eximio Theologiæ Doctori Gregorio oratione in baptiſmū. Satisfactum etiam fuiſſe Latinis, & ex parte Græcorum, ex verbis Concilij, & hujus Gregorij conſtat. Dixere certè extraordinariè poſſe presbyteros Chriſmare de commiſſione Epiſcopi, & apud Græcos morem hunc antiquiſſimum eſſe.

græci verò presbyteri ex commiſ. ſione epiſcopi confir. mabant.

II. & quamvis videantur aliqui pontifices revocaſſe & reprobaſſe hanc græcorum conſuetudinem

Sed hanc Græcorum conſuetudinem evertere videtur, in primis, quod nonnulli Pontifices eam rejeciſſe videntur, vel revocaſſe. Hi ſunt.

Innoc. III. in cap. quanto, de conſuetudine, ubi expreſſè prohibet presbyteris Conſtantinopolitanis Sacramentum Confirmationis miniſtrare, quamvis ſe antiqua conſuetudine defenderent: quam ait eſſe erroris fomentum, & ad excuſandas excuſationes in peccatis, & ea diuturna conſuetudine peccatum non minui, ſed augeri. Ergo Innocentius, & illicitam eam conſuetudinem docet & revocat, quando licita eſſet.

Secundus eſt Innocentius IV. qui in litteris ad Epiſcopum Tuſculanum Apoſtolicæ Sedis Legatum in Regno Cypri, quæ extant in Regiſtro Bullarum Pontificatus ipſius Anno II de ritibus Græcorum conſultus, quod attinet ad Confirmationē § 4. ita faciendum ſcribit: *Soli autem Epiſcopi conſignent Chriſmate in frontibus baptizatos, quia huius unctio non debet, niſi per Epiſcopos exhiberi, quoniam ſoli Apoſtoli, quorum vices gerunt Epiſcopi, per manus impoſitionem, quam Confirmatio, vel frontis Chriſmatio repræſentat, Spiritum Sanctum tribuiſſe leguntur.* Quibus verbis videtur Innocentius noluiſſe tolerare Græcorum conſuetudinem.

Tertius eſt Gregorius Decimus, in Concilio Lugdunenſi, ubi Confirmationis Sacramentum per impoſitionem manuum Epiſcopi miniſtrari, Imperator Græcorum in ſua fidei profeſſione aſſeverat & ipſe Pontifex eam profeſſionem admittit.

Quartus eſt Pius IV. in Conſtitutio. Romanus Pontifex *in Bullario, numero 74. vult. Græcos ſubiectos eſſe ſuis ordinarijs Latinis, in his quæ ſpectant ad Dei cultum, Sacramentorum adminiſtrationem, animarum ſalutem, hæreſumque extirpationem.* Vbi videtur Sacramentorum adminiſtrationem juxta Latinos ritus jubere fieri Quibus

bus etiam ea conſuetudo, vel revocatur, vel reijci cenſetur.

Quinto in forma profeſſionis fidei à græcis facienda ſtatuit Gregorius Decimustertius, inter alia: *Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorũ omnium Sacramentorum adminiſtratione ſolemni recipio, & admitto;* Quibus etiam videtur ea conſuetudo revocata.

Sexto denique Clemens VIII. in brevi inſtructione ſuper aliquibus ritibus Græcorum primo loco decernit, ne Græci presbyteri baptizatos Chriſmate in fronte conſignent: & in ſecundo §. de hoc Sacramento, decernit, ut hi qui conſignati fuerunt à Græcis presbyteris iterum confirmentur, maxime cum veroſimiliter dubitetur, quòd ab Epiſcopis Græcis fuerint baptizati.

12. Sed hæc non obſtant quò minus dicamus Græcorum conſuetudinem licitam, & legitimè ab illis retentam. Quarè ſatisfaciamus his Pontificum decretis ſuo ordine.

Et inprimis in genere dicimus de Pontificibus, qui eam conſuetudinem revocaſſe videntur eos ita loquutos: tùm quia putabant presbyteros Græcos ſolitos fuiſſe Chriſma conficere, & conſignare baptizatos. Quorum poſterius, licet presbyteris convenire poſſit ex commiſſione; attamen prius illud nullo modo, cum ipſis nunquam commiſſum fuerit, ut ſuprà ſatis oſtenſum eſt.

attamen hoc fecit, quia ſupponebant presbyteros græc. etiam chriſma ad confirm. conficere vel eos propria auctoritate hoc agere adeo que ex præſumptione quæ dolum & temeritatem importat:

Tum etiam revocarunt, quod exiſtimarunt presbyteros auctoritate propria, illud munus uſurpaſſe, ideoque in hujuſmodi litteris Pontificijs ſæpè innenies hoc verbum. *Ne præſumant.* Præſumptio autem nullam facultatē conceſſam ſupponit, imò dolum & temeritatem importat, ut docent Cardinalis, Clement. 1. de Privil. quæſt. 39. Imola Clement. 1. de Reſcript. nũm. 11. Antonin. 3. part. tit. 24. cap. 54. verſ. Quærit idem, Roſella V. *abſolutio* primo num 46. Angelus V. *Excommunicatio*, quinto, caſu 12. num. 18. Sylveſt. V. *Excommunicatio* 1. cap. 84 Tabiena V. *Excommunicatio.* 5. caſu 11. quæſt 6. num 7. Navar. in Manuali cap. 17. num. 155. & alij. Cum tamē presbyteri Græci & facultatem à ſuis Epiſcopis obtinuiſſent, & longiſſimo uſu eam ſtabiliſſent.

Legitimam autem facultatem habuiſſe, & legitimè, & juxta Canones feciſſe, conſtat ex his quæ ex Concil. Florentino protulimus, ubi legitimè, & ſecundum Canones, de ea re quæſtionem propoſitam; Græci diſſoluiſſe leguntur Quarè dubitari non poteſt à tempore Eugenij eam conſuetudinem à Sede Apoſtolica intellectam, & ejus rationem perſpectam, & probatam fuiſſe.

cum tamen fecerint ex facultate ſibi conceſſa.

13. Sed inſpiciamus in ſingulari verba eorum Pontificum, & videamus, An conſuetudinem iſtam revocaverint; vel illi aliquomodo obſtent? Et inprimis Innoc. III. in dicto cap. Quanto, nobis non obſtat, quia expreſſè eam conſuetudinem revocavit à Latinis tantùm preſbyteris, non à Græcis, quandoquidem

& quidem Innoc non græcis interdixit eã praxim ſed latinorum presbyt. qui tunc conſtantinopoli dominabantur. ſub legato apoſtolico.

doquidem illo tempore Latini dominabantur Conſtantinopoli, ut Hiſtorici tradidere.

Extat enim lib. 2. Epiſtolarum Innocentij quædam ad omnes Latinos, tàm Clericos quam laicos apud Conſtantinopolim conſtitutos, ut legato Apoſtolico obtemperent. Extat etiam ſimul alia ejuſdem Innocentij Epiſtola ad Lucium Vicarium ejuſdem apud Conſtantinopolim, in qua præcipit, ne Sacramentum Confirmationis ab alijs quam ab Epiſcopis miniſtretur.

Ex hac Epiſtola textus ille deſumptus videtur ubi inter alia hæc habentur. *Volentes igitur hæc & alia, quæ oculos divinæ maieſtatis offendunt, de agro Dominico extirpari. D. tua per Apoſt. ſcr. præ. man. quatenus omnibus Latinis presbyteris, apud Conſtantinopolim conſtitutis, diſtricte prohibeas, ne talia de cætero ſua temeritate præſumant, &c.* Quid clarius? non ergò eam Græcorum conſuetudinem revocavit, aut improbavit Innocentius, ſed Latinis interdixit, noluit enim apud Latinos eam conſuetudinem introduci.

14. Innoc. verò 4 non interdixit niſi græcis in Cypro commorantibus

Innocentius IV. hanc interpretationem non patitur, expreſſè enim agit de Epiſcopis Græcis in Regno Cypri commorantibus, inter quos ex una parte, & Archiepiſcopum Nicoſienſem, & ejus ſuffraganeos Latinos ex alia, exorta fuerat controverſa ſuper ritus Græcorum in Sacramentis, & nonnullis alijs. De quo conſultus Pontifex per Epiſcopum Tuſculanū in eo Regno Sedis Apoſtolicæ Legatum, inſpectiſque & intellectis tam Latinorum objectionibus quam Græcorum reſponſionibus, unà cum Fratribus Cardinalibus decernit, quid in unoquoque ex propoſitis articulis ſervandum deinceps ſit. Et in articulo de miniſtro Confirmationis placuit, ut ſoli Epiſcopi conſignent, non presbyteri; quia ſolis Pontificibus id munus demandatum eſt. Vndè dubitari non debet, eam conſuetudinem ibi revocatam.

Sed adverte eas literas pro Regno tantùm Cypri, ab Innoc. IV. deſtinatas eſſe. Cumque non ſolùm in Regno Cypri, ſed in toto fermè Oriente, ille mos tenaciſſimè ſervaretur, veroſimile eſt, Legatum Pontificis cognita poſtea rei difficultate, decretum Pontificis hac de re publicare noluiſſe, neque executioni mandaſſe, eo quod fieri commodè nō poſſet.

literæ tamē ejus per legatum apoſt. ſunt ſuppreſſę ob executionis difficultatē occaſione generalis conſuetudinis in oriente.

Neque id ſine exemplo Sedis Apoſtolicæ feciſſet Legatus, & in eadem materia. Siquidem Gregorius Magnus cum in Epiſtola quadam ad Ianuarium juſſiſſet, ne presbyteri Sardiniæ conſignarent, poſtea longa conſuetudine intellecta, & difficultate ejus abolendæ, conceſſit, ut in abſentia Epiſcoporum presbyteri conſignarent, ut viſum eſt ſupra, in hac parte, cap. 3.

15. quare etiā ſimilem tandē Greg. I. revoca. vit ſuc. dima.

Quod tertio loco additur ex Gregor. X, parum urget. Non enim conſtat Gregorium eam conſuetudinem revocaſſe; potiùs colligi poteſt approbaſſe. Quia Græ-

Græcorum Imperator, quamvis in ſua profeſſione dicat, inter Sacramenta Eccleſiæ aliud eſſe Sacramentum Confirmationis, quod per manus impoſitionem Epiſcopi conferunt Chriſmando renatos, tamen in fine concludit his verbis: *confitentes verò hoc & approbantes & acceptantes, & promittentes obſervare, ut ſuperiùs dictum eſt, Rogamus Magnitudinem veſtram, ut Eccleſia Noſtra dicat ſanctum ſymbolum, prout dicebat antè ſchiſma uſque in hodiernum diem, & quod permaneamus in ritibus noſtris, quibus utebamur; qui ſcilicet ritus non ſunt contra ſupradictam fidem neque contra divina precepta, neque contra Vetus & Novum Teſtamentum, neque contra doctrinam Generalium Conciliorum, & Sanctorum Receptorum ſancta Concilia, quæ celebrata ſunt à ſpirituali Dominatione Eccleſiæ Romanæ. Hoc igitur non grave eſt V. S. neque inuſitatum, & nobis nunc difficile propter infinitam multitudinem populi.* Hæc Imperator.

nec reprobavit greg. X. hanc conſuetudinem græcorum

Gregorium autem id indulſiſſe inprimis argumento eſt, quod etiam in illa profeſſione dicat Imperator, Sacram Euchariſtiã in azymo confici in Eccleſia Latina, & tamen retentum à Græcis fuit, quod in fermentato conficerent: Tum etiam, quia in Reſcripto Pontificis ad eundem Imperatorem, & alio ad ejus filium nihil eſt, quod vel leviter indicet, id quod de ritibus conſervandis poſcebat, denegatum Maximè cum iſte ritus non ſit cõtra ſacras literas, neque contra decreta Conciliorũ, aut Sanctos PP. imò conformis ſit & doctrinæ SS. PP. & geſtis Summorum Pontificũ ut ex dictis hoc cap. & ſup. cap. 3. conſtat apertiſſimè.

quin potiùs approbavit:

nec eſt contra concilia aut SS. PP:

vel geſta pont. ſed conformis imo S. ſcripturæ.

16. Neque fortiùs urget, quod adducitur ex literis Pij IV. Tũ quia illæ literæ diriguntur ad Epiſcopos Latinos Regni Siciliæ, in quorum Diœceſibus commorabantur Græci. Quarè non mirum, ſi non permittatur ut inter Latinos, & Latinis Epiſcopis ſubiecti presbyteri miniſtrent Sacramentum Confirmationis.

Pius verò 4. vel tantùm vetuit hoc presbyt. græcis habitantibus in Sicilia ſub latinis:

Tum etiam, quia in eo loco ſolum contendit Pontifex ut Græci Epiſcopos, in quorum Diœceſibus commorabantur ſuperiores agnoſcerent, & eorum juriſdictioni parerent, quod facere recuſabant, quantùm ex eiſdem litteris colligi poteſt. Vnde cum Pontifex revocaſſet quaſcunque exemptiones Græcis conceſſas, addit limitando. *Quantum adhoc, videlicet, ut ipſi locorum Ordinarij, quaſcumque Græcorum Eccleſias monaſteria Prioratus, & alia pia loca, tam ſecularia; quam cuiuſvis ordinis Regularia, eorumque Prælatos etiamſi Epiſcopali Archiepiſcopali, ac maiori dignitate præfulgeant, nec non Abbates, Rectores, Miniſtros & quaſvis alias eiuſdem nationis perſonas, in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus conſiſtentes, quoties opus fuerit, viſitare, & in illis ſuam ordinariam iuriſdictionem, plenamque, & omnimodam ſuperioritatem in his, quæ ad Dei cultum, Sacramentorum adminiſtrationem, animarum ſalutem, hæreſumque extirpationem*

vel mandavit ut epiſcopis Siciliæ tales græci omnino ſubeſſent, & ab ijs viſitarentur & corrigerentur

concernunt, exercere, & exequi liberé, & licitè valeant.

In quibus verbis tantùm dicitur, quod Epiſcopi Latini, in quorum Diœciſibus commorantur, eos viſitare, & in Græcorum Eccleſijs Sacramenta miniſtrare, ſuperioritatem & juriſdictionem exercere, viſitare, quomodò ſe gerant in Dei cultu, & adminiſtratione Sacramétorum liberè, & licitè valeant; non tamen præcipitur, ut prohibeant presbyteris Græcis, ne in ſuis Parochijs, quarum Rectores ſunt, Sacramentum Confirmationis miniſtrent.

Imo ne Epiſcopi Latini, Græcos moleſtia afficerent prætextu hujus revocationis, ſubjungit Pontifex *Reliquis ipſorum Græcorũ in divinis celebrandis alijſque ritibus à ſede Apoſtolica approbatis, nec non gratijs, & privilegijs Apoſtolicis intactis remanentibus*. At ritus iſte iam à Sede Apoſtolica per Eugeniũ IV. in Concilio Florentino, in quo diſcuſſus fuit, videtur approbatus. Remanere ergo voluit Pius IV. intactum.

Reliquis ipſorum ritibus, privilegijs, & indultis ſalvis.

17. Quod etiam quinto loco adducitur ex Gregorio XIII. minus roboris habet. Tantùm enim in ea profeſſione fidei dicit Græcus ſe ſuſcipere, & tenere, & admittere approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in Sacramentorum adminiſtratione. At hic ritus approbatus eſt ab Eccleſia Catholica ut ſæpè dictum eſt. Vbi obiter obſerva non dici in ea profeſſione receptos ritus in Eccleſia Latina, cum etiam ritus conficiendi in fermentato non ſit receptus in Eccleſia Latina, quem non reſpuit Græcus, eſt tamen receptus & probatus in Eccleſia Catholica, & quamvis Latini non ſervent, non tamen ab illis pro Græcis reprobatur. Idem ergò de iſto ritu Sacraměti Cõfirmationis dicendũ eſt. Quamvis enim Eccleſia Latina non receperit pro ſuis, quod paſſim presbyteri confirment; attamen non improbavit pro Græcis ſuo more viuentibus.

& Greg. XIII. admittit ſolùm ad probatos Eccleſiæ catholicæ ritus græcum, inter quos unus erat ut presbyteri &c.

Ad id denique, quod adducitur ex Clemente VIII. Reſpondetur in primis, eam inſtructionem dirigi ad Epiſcopos Latinos, in quorum Diœceſibus, Græci, vel Albanenſes Græco ritu viventes, commorabantur. Non ergò mirum ſi prohibeantur Græci presbyteri inter Latinos baptizatos conſignare. Et forſan ea inſtructio ſolùm ad illos directa fuit; quia ut dicebamus ſupra num. 14. de Conſtitutione Innocentij IV. optimè ſciebat Pontifex in Græcia valdè difficilè fore, ut ea conſtitutio acceptaretur, ſi ad omnes etiam Græcos dirigeretur. 18.

Albanenſes utebantur græcorum ritibus ad quos quia inter latinos morantes ſcripſit Clemens VIII. & prohibuit confirmare.

Magis urget, quod de repetenda confirmatione in ea inſtructione dicitur, in his quos Presbyteri Græci confirmaverint, maximè ſi veroſimiliter dubitetur, An ab Epiſcopis Græcis, baptizati fuerint?

Reſpondemus tamen ideo repeti, quia prudenter judicatur Sacramentum Confirmationis, à presbyteris Græcis collatum, hoc tempore nullum eſſe, multis de cauſis. Vel quia jam nõ habent legitimam facultatem admini-

& ejus tempore meritò

dubitari poterat, an ſacramentũ conf. à presb. græcis collatũ eſſet validũ

ſtrandi, nam à quibus habeant? non à Pontifice Romano; ut conſtat ex his litteris. Non à Iuris Pontificibus, quos vel legitimos Pontifices, vel ritè ordinatos, & conſecratos, dubitari vehementer poteſt. Quod ſi iſti legitimè conſecrati non ſunt, facultatem adminiſtrandi Sacramentum confirmationis nequaquam præbere poſſunt. Bona autem fides miniſtrantium, quando in illis bona fides eſſet, non poteſt, in his quæ Iuris divini ſunt, defectum diſpenſationis ſupplere.

quod commiſſionem validã non haberent.

non à Rom. Pont. ut patet.

Vel etiam; quia veroſimiliter dubitatur; An ſit verum Chriſma, & conſecratum à legitimo Epiſcopo? & prudenter judicatum non eſſe conſecratum ex defectu conſecrationis Epiſcopi Græci, ſi is conſecravit: aut ex defectu miniſtri conſecrationis ipſius Chriſmatis, ſi is fuit presbyter, cui nullatenus licet Chriſma conficere.

non à proprijs epiſc: quod hi fortè non eſſent validè ordinati: bona autem eorum fides non ſupplebat juris divini diſpenſationem.

Vel denique, repeti jubetur, quia prudenter dubitatum, An vero chriſmate confecto ex oleo, & balſamo, uſi fuerint Græci presbyteri, cum obſignarunt baptizatum? nam cum conſuetudine ab Apoſtolorum ducta temporibus introductum ſit, ut baptiſmalis aqua chriſmate conſecretur, nunc Græcorum presbyteri non ſolent chriſmate, ſed oleo catechumenorum aquam perfundere. Et ut Græci Scriptores, & in Recentium Græcorum moribus diligenter verſati, tradunt, nunc in Græcia unguentum non conſecratur, niſi à Patriarcha, neque tanta copia unguenti haberi poteſt. Ex quo veroſimilius fit, presbyteros Græcos in confirmando, non uti vero chriſmate, & rite conſecrato.

vel quod non uterentur vero chriſmate. quod ipſis eſt rariſſimum ut potè quod ſolus patriarcha conficit.

Similiter etiam meritò dubitari potuit de veritate hujus Sacramenti apud Græcos ex defectu materiæ; ſcilicet ſi tam vetuſtum eſſet chriſma, & à presbyteris Græcis per ſimplex oleum renovatum, quod, ut hi qui in moribus Recentium Græcorum verſati ſunt, ſcribunt, frequenter ob inopiam & incommoditatẽ habendi illud ſolet evenire, ut nullum ſit, & temporis diuturnitate corruptũ, aut vetuſtate jam exoletum.

hinc ungento catechumenorũ aquã bapt. conſecrabant: eum chriſmate ſoleret ab apoſtolorũ temporibus

His addiderim tantam eſſe Apoſtolicæ Sedis prudentiam ut licet his vel alijs cauſis adduci potuerit, ut dubitaret de veritate Sacramenti confirmationis à presbyteris Græcis miniſtrati; adhuc tamen conſtituat Clemens VIII. in prædicta inſtructione tutius videri, ut cum cautela, & ſub conditione Epiſcopi Latini baptizatos à presbyteris Græcis de facto Chriſmate in fronte conſignatos iterum confirment, dicentes: *Si es confirmatus ego te non confirmo, ſed ſi non es Confirmatus, ego te conſigno ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis &c.*

hinc etiam vetuſtate ſæpe deficiebat, & ſæpe oleo ſimplici miſcebatur.

& Clemens propter dubium prudens jubet tantùm ſub conditione, iteratò conferri Confirmationẽ

CAPUT VI.

Qua ratione conveniat Epiſcopo eſſe miniſtrũ ordinarium Sacramenti Confirmationis?

SUMMARIUM.

Obſervatio ad primam ſententiam ex-

pli:andam, num. 1.
Philippi Fabri ſententia proponitur, num. 2.
Rejicitur efficaci ratione, num. 3.
Solutio Fabri adducitur & refellitur, num. 4.
Sententia Soti proponitur & impugnatur, num. 5.
Vera ſententia de inſtitutione divina ſtatuitur, & probatur, numero 6.
Colligitur quomodo reſideat poteſtas in presbytero & Epiſcopo? num. 7.
Alia Quaſtiones remiſsivè, num.

1. IN hoc cap. explicandum eſt, *qualis fuerit inſtitutio Chriſti circa Sacramenti Confirmationis miniſtrum?* quod quidem non eſt explicatu facile. Primo ergo Philippus Faber in 4. diſtinct. 7. diſput. 27 cap. 3. nu. 32. ſic Philoſophatur. Diſtinguit in Epiſcopo duplex munus circa Sacramentum Confirmationis.

Duplex epiſcopi munus in ordine ad confirm.

Primum eſt ipſa confectio & conſecratio Chriſmatis, quæ à ſolo Epiſcopo fieri poteſt, & non à ſimplici presbytero, & hoc inquit manâſſe à Iure divino, quo ſic conſtitutum eſt, ut ſolus Epiſcopus privativè conficiat Chriſma.

primum confectio Chriſmatis

Secundum eſt collatio Chriſmatis ſive adminiſtratio Sacramenti.

2. confectio ſacramenti

Ex his duobus muneribus, primum videtur eſſe præſtantius, quia conſtituit materiam Sacramenti, cui ſimul cum forma facta eſt promiſſio gratiæ. Vndè nunquam legimus preſbytero conceſſam facultatem conficiendi Chriſma, ut dictum eſt part. 2. cap. 3. Et ſi quando presbytero conceſſum eſt, ut confirmet, id ſub ea conditione conceſſum eſt, ut utatur Chriſmate per Epiſcopum conſecrato.

Ex quo ulterius inferri videtur eſſentialius eſſe in ſacramento Confirmationis, quod Chriſma ſit conſecratum ab Epiſcopo, quam qualitatem miniſtri. Hæc enim ex ipſa inſtitutione divina variabilis eſt; at illud prius ipſo jure divino eſt invariabile.

Hac ſuppoſita obſervatione ſic explicat Faber divinam inſtitutionem, dicit primum illum actum, convenire Epiſcopo ratione ordinationis Epiſcopalis, ex inſtitutione divina, & ita nulli alteri communicari poſſe, neque ab illo auferri ut dictum eſt: At collationem Confirmationis dicit ex eadem inſtitutione pertinere ad poteſtatem juriſdictionis, & eſſe ordinariam in Epiſcopo, delegatam in ſacerdote, non tamen poſſe extendi ad Diaconum, & alios inferiores Clericos, & laicos, quia ordinatum eſt inſtitutione divina, ne ad alios inferiores transferatur. 2.

Quod autem hæc divina inſtitutio non extendatur ad alios niſi ad Presbyteros, ratio congrua aſſignatur à D. Thom. quia ſicat ſolus presbyter habet poteſtatem in corpus Chriſti verum, & non inferiores ſacerdote, ita habet etiam in corpus Chriſti myſticum, ad remittenda peccata, & miniſtranda alia ſacramenta. Quarè congruum fuit ut hujus ſacramenti mini-

Solus Sacerdos habet poteſtatem in corpus Chriſti verum & myſticum

ſtra-

ſtratio ad eum ſolum extenderetur, & non ad alium.

Quod autem hoc pertineat ad poteſtatem juriſdictionis, & non Ordinis; ex eo probat: quia poteſtas ordinis non poteſt tolli neque impediri ne effectus fiat, ſi attentet is qui talē authoritatē habet. At à ſacerdote poteſt auferri hæc poteſtas, ita ut ſi attentet nihil faciat; imò ſine commiſſione nihil facit. Ergò miniſtratio hujus ſacramenti non eſt ordinis, ſed juriſdictionis. Et à presbytero aſcendendo ad Epiſcopum videtur etiam Epiſcopo convenire ratione juriſdictionis, ſi ea præcisè poteſtas conferendi Chriſma ſpectetur.

Putat Faber hanc ſententiam indicari etiam à D. Thoma cum ait: Pontificem concedere presbyteris ut conſignent ex pelnitudine poteſtatis, plenitudo enim poteſtatis Papę eſt juriſdictionis.

Idem etiam credit ſentire Sotum cum dixit Papam in hoc ſacerdotes facere Epiſcopos, quod verificari non poteſt, niſi quoad authoritatē juriſdictionis.

Et idem credit ſentire illos, qui dicunt presbiterum accipere quodammodo poteſtatem Epiſcopi per eam delegationem. Illud enim, *quodammodo*, videtur ſignificare hanc authoritatem juriſdictionis delegatam.

Et denique; cum omnis authoritas in Eccleſia, ſit vel ordinis, vel juriſdictionis, & hæc non ſit ordinis, & communicetur à Papa, videtur eſſe juriſdictionis.

3. Verùm hæc ſententia, quantùm ego judico, defendi non poteſt. Et quamvis ille Author rectè dixerit ex his duabus functionibus conſecrandi Chriſma, & miniſtrandi primam illam eſſentialiùs requirere Epiſcopum miniſtrum, & alteri communicari non poſſe: at omni probabilitate caret dicere, eam poteſtatem miniſtrandi, pertinere ad poteſtatem juriſdictionis.

Fabri ſent. defendi nō poteſt;

quamvis enim conſectio Chriſmatis eſſentialiùs requirat epiſcopum miniſtrum quàm collatio: neutra tamen ſpectat ad poteſtatem juriſd:

Oſtendo iſta conſideratione. Quia ea quæ juriſdictionis ſunt poſſunt impediri, & auferri per ſuperiorem, ut notum eſt. Item poteſtas juriſdictionis convenit Epiſcopo electo, & non conſecrato, ſed poteſtas miniſtrandi ſacramentum Confirmationis neque convenit Epiſcopo ante conſecrationem, neque poteſt ab eo auferri, vel impediri, ſed quantumvis degradatus ſi attentet conferre, validum eſt ſacramentum Confirmationis. Ergò in Epiſcopo nullo modo pertinet ad poteſtatem juriſdictionis, Quod ſi in Epiſcopo non pertinet ad juriſdictionem, ergò nec in Presbytero eſt actus juriſdictionis, ſed ordinis.

hæc nam que poteſt à ſuperiore auferri & convenit epiſcopo ante conſecrationem electo:

hęc verò nō habent locum in poteſt: confirmandi.

Ad hoc argumentum reſpondet, Faber, quod in Epiſcopo hæc poteſtas duobus modis conſiderari poſſit, vel ut eſt ſeparata à poteſtate conſecrandi Chriſma, vel ut eſt juncta cum illa, & facit unam integram poteſtatem conficiendi hoc ſacramentum Confirmationis. Secundo modo ſit poteſtas ordinis, nec poſſit tolli ab Epiſcopo, & ſequatur characterem. Primo modo non ſit poteſtas ordinis Epiſcopalis, ſed juriſdictionis. Cum enim 4.

ſit committere confirmationem ſacerdoti niſi obſtaret reſervatio

ſimplici ſacerdoti miniſterium Chriſmatis.

Efficaciores mihi videntur aliæ rationes, quibus idem Suarez hanc inſtitutionis declarationem impugnat. Primò, quia ſequeretur Epiſcopum ſolùm eſſe ordinarium miniſtrum, ex determinatione Eccleſiæ, & non ex inſtitutione divina proximè: cujus oppoſitum videntur indicare Florentinum & Tridentinum, cum dicunt eſſe Epiſcopũ miniſtrum ordinarium hujus ſacramenti, ſcilicet ex inſtitutione divina.

ſed meliùs, quia epiſc. alioqui eſſet ſolùm ordinarius miniſter ex determinatione eccleſiæ.

Rurſus ſequeretur potuiſſe etiam Eccleſiam facere, ut ſimplex ſacerdos eſſet Ordinarius miniſter, ſi nullam limitationẽ adhibuiſſet inſtitutioni Chriſti, quod videtur pugnare cum Eccleſiaſtica traditione in hac parte.

& ſacerdos eſſet ord. miniſter niſi inſtitutioni Chriſti acceſſiſſet determinatio eccleſiæ qua etiam potuiſſent requiri plures miniſtri ſimul confirmantes.

Præterea ſequeretur potuiſſe Eccleſiam determinare, multa alia circa ordinarios miniſtros; ut quod ſimul cum Epiſcopo eſſent alij neceſſarij ſive Epiſcopi, ſive ſacerdotes.

Hæ autẽ omnia abſurda ſunt, Is ergò modus divinam inſtitutionem explicandi, probari nulla ratione debet.

6.

Sic ergo mihi videtur explicanda inſtitutio Chriſti in hac parte. Inſtituit Chriſtus, ut ex vi ordinationis, & conſecrationis, Epiſcopus in actu primo, proximè eſſet miniſter neceſſarius hujus ſacramenti, à nullius diſpenſatione, vel licentia dependens: ſicut presbyter per characterem conſtitutus eſt in actu primo proximo ad conficiendũ corpus Chriſti. Quæ poteſtas auferibilis ab Epiſcopo non eſt, neque impediri poteſt, ita ut fruſtretur effectu.

vera explicatio inſtitutionis Chriſti circa miniſtr: Conf:

At presbyter eſt ex eadem inſtitutione in potentia quadam remota ad confirmandum, ex vi ſuæ ordinationis, & in potentia proxima conſtituitur per diſpenſationem ſuperioris legitimi. Quare in ordine, & charactere presbyterij, eſt radix & fundamentum, & eſt quodammodo inchoata poteſtas confirmandi, quæ perficitur & completur per diſpenſationem, eſtque poteſtas quædam conditionata.

qua ſtatuit epiſcopum neceſſarium miniſtrum independentem à diſpenſ. ſicut presbyter eſt ad conficiendum corpus Chriſti; presbyterũ verò in potentia inchoata, cõplenda per commiſſionem legitimi ſuperioris.

Neque hoc mirum videri debet. Nam character non eſt aliqua potentia phyſica quæ eodem modo ſemper operetur, ſed eſt qualitas realis ſignificativa etiam divini cujuſdam pacti. Pacta autem tam divina quàm humana poſſunt eſſe abſoluta & conditionata. Scimus autem in hoc caſu ordinem, & characterem presbyterij, non eſſe ſignum abſolutum, ſed conditionatum, à poſteriori, ex Eccleſiæ doctrinà tradita in factis Pontificum, in praxi Eccleſiæ, & Conciliorum decretis, in quibus error eſſe non poteſt. Et cum hujuſmodi conditio reperiatur etiam in poteſtate juriſdictionis, quæ convenit presbyteris in ordine ad abſolvendum, nulla repugnantia eſt, ob quam in poteſtate ordinis ejuſmodi conditio reperiri non poſſit, cum hæc omnia ex divina inſtitutione pendeant.

quæ eſt character presbyterij

qui, ſicut cæteri, non eſt potentia phyſica:

quamvis ſit entitas phyſica ſignificativa inſtitutionis ſeu quaſi pacti divini:

quod poteſt eſſe vel abſolutum vel condicionatum,

Ex his

7. Character autē preſbyt. eſt ſignum conditionatum poteſtatis ad confirm: ſed ſub cond: diſpenſ.

Ex his colligitur, poteſtatem conferendi, tam Epiſcopo. quam presbytero competere ratione ordinis, & conſecrationis; Epiſcopo quidem complete & proximè; at presbytero conditionate, ſi accedat diſpenſatio Pontificis, quod eſt competere in potentia remota, ut loquuntur Suarez & alij, & ideo nullo modo pertinere ad poteſtatem juriſdictionis. In hoc enim explicandi modo nulla ſeſe mihi offert repugnantia, nulla difficultas.

quale etiā eſt in ordine ad abſolvendum à mortalibus.

8. Hic latè diſputant aliqui. An Epiſcopus degradatus, ſchiſmaticus, excommunicatus, poſſit conferre hoc ſacramentum, aut ſibi non ſubditis? Sed hæc communis quæſtio eſt, quæ examinari ſolet, in materia de ſacramentis in genere, & nos de illa ſatis diximus, lib. 1. de ordine. Et hæc de miniſtro.

PARS QVINTA.

De ſuſcipientibus, & De obligatione ſuſcipiendi Sacramentum Confirmationis Ad Art, 8.

CAPVT PRIMVM.

Quis ſit capax Sacramenti Confirmationis?

SVMMARIVM.

Quid agendum, num. 1.
Omnem, & ſolum baptizatum eſſe capacem confirmationis. num. 2. *&* 3.
Infantibus olim ſimul cum baptiſmo collatam Confirmationem, num. 4.
Ab Apoſtolorum tempore eam conſuetudinem manaſſe, num. 5.
Idem fuiſſe in uſu poſt Apoſtolorum tempora num. 9. *ratio eius uſus, ibidem.*
Datam poſt ſeptimum diem à baptiſmo, & iam invaluiſſe ut ante ſeptennium non detur, num. 7.
Ante ſeptennium adminiſtrari poſſe, num. 8.
Morituris poſſe dari Confirmationem, & ægris, num. 9.
Quid de amentibus, num. 10. 11.
Energumenis etiam dari poſſe, ſicut olim illis data Eucharistia num. 12.

1. Partes ungendas in hoc ſacramento, quæ videntur pertinere ad ſubjectum ejus proximum, explicui ſuprà, cum agerem de materia proxima hujus ſacramenti. Nunc non partes ungendas, ſed tantùm hominem ungendum inquirimus.

2. Solus baptizatus eſt ſubjectum hujus ſacramenti.

Breviter expedienda res eſt. Dico enim, omnis & ſolus baptizatus eſt capax hujus ſacramenti. Duæ ſunt partes. Prima eſt quod omnis baptizatus ſit capax. Secunda eſt, quod ſolus baptizatus, ita ut is qui baptiſmo caret, non ſit capax Confirmationis.

Prima

a poſtoli omnibus imponebant manus, quos baptiſatos cognoſcebant,

Prima pars facilè probatur: tum ex actibus Apoſtolorum, cap. 8. & 19. in quibus locis, An baptizati eſſent Samaritani, & Epheſij, diligenter inquirebant Apoſtoli: cumque conſtabat eſſe baptizatos, omnibus ſine diſcrimine imponebant manus, ut reciperent Spiritum Sanctum.

ſicut in omnes congregatos in eadem domo deſcendit Sp. S. quod erat loco Confirmationis: quæ eſt complementum baptiſmi.

Tum etiam, quia ille deſcenſus Spiritus Sancti, in die Pentecoſtes oſtendit effectum hujus ſecramenti, fuitque loco Confirmationis. At Actorum 2. dicitur repleviſſe totam domum, & omnes repletos eſſe Spiritu Sancto. Erant autem in eadem domo cum Apoſtolis congregati alij tam viri, quam fæminæ, ut conſtat ex eo loco.

Tum etiam, quia ſacramentum hoc eſt complementum, & perfectio baptiſmi: Ergò ad omnes eos extendendum, quibus collatum eſt baptiſma, ut plenè Chriſtiani inveniantur, quæ fuit Vrbani Papæ ratio in *cap. 1 de Conſ. diſt. 5.*

& promiſſio Sp. S. ad omnes fideles à Chriſto facta.

Tum rurſus, quia ut oſtendi ſupra part. 1. cap. 3. promiſſio Spiritus Sancti à Chriſto facta, ad omnes fideles extenditur, & probavit Petrus Act. 2. teſtimonio Ioelis. Sacramentum ergò, cujus effectus eſt Spiritus Sancti exhibitio, ad omnes etiam extendendum eſt.

quo omnes indigent ad proteſtandam fidem

Tum denique, quia effectu hujus ſacramenti omnes indigent, videlicet robore ad proteſtandam fidem,

3. Secunda verò pars, quod ſolus baptizatus ſit capax hujus ſacramenti facilè oſtenditur. Quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorum. Vndè nullum eſt ſacramentum collatum ante baptiſmum, ut de ordine definitum eſt à Pontifice in *cap. 1. & ultimo de presbyt. non bapt.* Rurſus ſacramentum Confirmationis eſt perfectio baptiſmi, eſt augmentum eſſe ſpiritualis, eſt armatio militis ad pugnandum pro fide. Is autem, qui nondum eſt natus vel regeneratus per baptiſmum neque perfici poteſt, ſi non eſt perfectibilis, neque augeri, ſi nondum eſt genitus; neque armis muniri, qui nondum eſt miles. Quomodo autem Cornelius acceperit Spiritum Sanctum ante baptiſmum, dum orabat Petrus, explicui ſupra part. 3. de effectu hujus ſacramenti.

ad hoc, ſicut ad alia ſacramenta bapt. eſt, ianua, cujus hoc eſt perfectio, cum ſit augmentum eſſe ſpiritualis & armatio militis.

4. Sed cum dixerimus omnem hominem baptizatum eſſe capacem hujus ſacramenti, ſolet de tribus hominum generibus, dubitari. Primo de infantibus, *an ſit illis ſacramentum Confirmationis conferendum?*

ſimul cum bapt: conferri ſolitũ in primitiva eccleſ.

Dubitari non poteſt ſacramentum Confirmationis olim in prima Eccleſia, & poſtea per multos annos infantibus ſimul cum baptiſmo adminiſtratum fuiſſe. Hunc autem morem baptizandi ſimul & confirmandi infantes extitiſſe in Eccleſia conſtat ex Tertulliano lib. de baptiſm. cap. 7. & S. & ex Innoc. I. in Epiſt. ad Decentium cap. 3. quæ incipit *de conſignandu verò infantibus*. & ex Gregorio 1. lib. 3. Epiſt. 9. Qua

de re extat etiam decretum apud gratianum *cap. ſi qui de conſ. diſt.* 4.

Sed audiamus Auguſt. libro de Eccleſ. dogm. qui de modo rectè miniſtrandi baptiſmum loquens ita inquit; *Si verò parvuli ſunt vel hebetes, qui doctrinam non capiant, reſpondebunt pro illis, qui illos offerunt, juxta morem baptizandi, & ſic manus impoſitione, & Chriſmate communi, Euchariſtiæ myſterijs admittantur.* Et libro Hippogn. cap 6. ita ſcribit: *Novimus etiam parvulos, quibus uſus liberi arbitrij non eſt, ut de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, deportatos parentum manibus ad gratiam ſancti baptiſmatis, & cum in uno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpleretur, alterum in parentum manibus factum exanimem.* Vbi illis verbis *myſterium fidei adimpleretur*, confirmationem intelligo, quam perfectionem baptiſmi appellari, ſæpè in ſuperioribus diximus.

At nequicquam hoc prætermittere liceret. Ordo Romanus inter baptiſmi cæremonias retulit de Sabbatho Sancto, cum ait: *Pontifex egreditur à fonte in ſacrarium, habens ibi compoſitam ſedem, ut in Eccleſia, ubi voluerit, & ſedeat in ea, & cum veſtiri fecerit infantes, confirmet eos.* Et ſtatim: *Pontifex vero veniens ad infantes tenente Archidiacono Chriſma, det orationem ſuper eos cum invocatione ſeptiformis gratiæ, Spiritus Sancti oratione expleta interrogantibus Diaconibus nomina ſingulorum, Pontifex tincto pollice in Chriſmate, faciat Crucem in fronti-bus ſingulorum, ita dicendo: Confirmo te, &c.* Ex his etiam PP. teſtimonijs, quæ ſtatim adiungam, eadem Antiqua conſuetudo colligitur.

Hujus autem conſuetudinis origo ad Apoſtolorum tempora referenda eſt. Quia ritum ſacro Chriſmate poſt Baptiſmum confirmandi, in uſu fuiſſe & facta Apoſtolorum & SS. PP. teſtimonia demonſtrant. 5. à temporibus apoſtolorum

Argumentum ex Actor. 8. pro hac re, manifeſtum deſumitur, in quo Petrus & Ioannes ad confirmandos Samaritanos, qui Chriſtianam religionem ſuſceperant, communi Apoſtolorum conſilio, miſſi ſunt; & Actor. 19. Sanctus Paulus, cum Epheſi plurimos inveniſſet, qui baptiſmo Ioannis initiati tantùm erant, ſalutari Chriſti baptiſmo expiavit. Et ſtatim ſacramento Confirmationis inſtruxit: *His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu, cumque impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus ſuper eos, & loquebantur linguis & prophetabant.* Petrus & Ioannes miſſi Samariam ad confirmandum recenter converſos communi apoſtolorum conſilio & Paulus Epheſi Chriſti baptiſmate expiatos confirmavit

Verba etiam Actor. 8. ad Confirmationis ſacramentum, pertinere docet S. Cypr. epiſt. 73. ad Iubaianum his verbis: *Illi qui in Samariâ crediderant, fidè vivâ crediderant & intus in Eccleſia quæ una eſt & cui ſoli, gratiam baptiſmi dare, & peccata ſolvere, permiſſum eſt; à Philippo Diacono quem ijdem Apoſtoli miſerant, baptizati erant, & idcirco quia legitimum & Eccleſiaſticum baptiſmum conſequuti fuerant baptizari eos ultra non oportebat, ſed tantummodo*

quod

quod deerat, id à Petro, & Ioanne factum eſt, ut oratione pro eis habita, & manu impoſita invocaretur & infunderetur ſuper eos Spiritus Sanctus. Id ipſum Confirmat Origenes lib. 1. periarchon, de baptiſmo & confirmatione loquens; & S. Hieron Dial. adv. Lucif. Præterea Innocen. I. Epiſtol. 22. cap. 5. oſtendere volens impiè & ſacriligè facere, qui pueros Infantes, aut adultos, iterum baptizabant.

Atque huic opinioni congruit expoſitio Bedæ in cap. 19. Act. ubi Confirmationis poſt baptiſmum collatæ, clarè meminit, dicens: *Dixitque ad eos; ſi Spiritum Sanctū accepiſtis credentes? hoc eſt: ſi poſt baptiſma manus impoſitionem, quā Spiritus Sanctus dari ſolet accepiſtis?* Quibus conſentit Iſidorus lib. 2. de Eccleſ. offi. cap. 26. Walfridus Strabo lib. de Rebus Eccleſ. cap. 26. ibi: *Cum primis temporibus, impoſitione manuum baptiſmus confirmari ſoleret, quod in Samaria feciſſe Petrum legitur, & Ioannem.* Oecumenius in cap. 8. Act. Clem. quoque Roman. lib. 6. Conſtit. cap. 7. ibi: *Omnibus baptizatis, impoſitis manibus, oratione gratiam Spiritus Sancti impertiebamur.* Idem conſtat ex his quæ habet cap. 23.

6. *ſicut etiam in uſu fuit multò poſt tempora apoſtolorū.* Sed & multo poſt Apoſtolorum tempora etiam in uſu fuit. Infantes baptizatos confirmare. Nam Iacobus Vitriacus in hiſtoria Occidentali cap. 37. id teſtatur his verbis. *Hoc confirmationis ſacramentum, quidam ita coniungunt baptiſmo, ut ſtatim velint ipſum poſt baptiſmum debere conferri; quoniam per hoc confirmatur fides, quæ in baptiſmo ſuſcipitur. Quæ conſuetudo ſatis approbanda eſt, ubi haberi poteſt copia ſeu præſentia maioris Sacerdotis.* Hæc ille. Similiter in Oriente, & præcipuè in Græcia, & Æthiopia vetus conſuetudo perſeverat, ſicut ex verbis Hieremiæ Conſtantinop. Patriarchæ, reſponſo 1. cap. 2. colligi poteſt. *Rationi conſentaneum eſt, baptiſmati etiam Chriſma ſubiungi, neque in tempus differri.* Idem colligitur ex Ordine Baptiſmi ſecundum uſum Æthiopum. *Sacerdos autem dicit, ſequentem orationem ſuper eos, qui baptizati ſunt priùs quam eos ungat balſamo, poſtea ungit frontem.*

Nec vero ea conſuetudo confirmandi Infantes recenter baptizatos, ratione veroſimili & congrua deſtituitur. Nam certum eſt Infantes, ſi ſunt capaces ſacramenti baptiſmi, item & Confirmationis capaces eſſe. Ex quo ſequitur, accepto ſacramento Confirmationis in illis augeri gratiam, & ex conſequenti, ſi in ea Infantili ætate deceſſerint, maiorē gloriam adepturos. *& hoc juſta ratione factum quia capax baptiſmi eſt etiam confirmationis, quæ gratiā auget cujus ratione major gloria debetur*

Verùm perſecutione tyrannorum ceſſante, & Principibus in mentē ſaniorem reddactis, & invaleſcente puerorum baptiſmate etiam conſuetudo confirmandi recens baptizatum infantem in uſu eſſe deſijt. 7. *quando uſus iſte deficit?*

Et primùm quidem ad ſeptimum diem à baptiſmo dilata eſt Confirmatio, ut diſcimus ex Rabano lib. 1. de inſtit. Cler. cap. 37. his verbis. *Alios ſeptem dies in memoriam eiuſdem Dominicæ reſur-* *primo ad 7. à bapt: diē dilata confirmatio quamdiu baptiſati albis induti erant.*

reſurrectionis congrua feſtivitate ſubiungens quos ſeptẽ Albos dies vocitamus propter eos qui in ſancta nocte baptizati Albis per totam hebdomadã utuntur veſtibus, tunc maximè, dum alba tolluntur à baptizatis veſtimenta, per manus impoſitionem à pontifice Spiritum Sanctum accipere conveniens eſt.

Sed aucto paulatim fidelium numero, & baptiſmate in ſingulas Parochias invecto cum Epiſcopi tantæ hominum multitudini, uno die confirmandæ non ſufficerent, commodior ritus adhiberi cæptus eſt, ut illi ſtatis per annum diebus, diœceſim viſitando, eos quibus Confirmationis ſacramento opus erat, aut ad idoneam ætatem devenerant, ſacro Chriſmate confirmarent. Quod propè tempora Caroli Magni incepiſſe nonnulli credunt, quando Adultorum baptiſmus ceſſavit, quorum cauſa Confirmatio ſtatim poſt baptiſmum adhibebatur.

deinde ad certa anni tempora,

ſecundum quod epicopi diœceſim viſitaſent quod videtur fuiſſe circa tempora Caroli magni, quo ceſſavit bapt: adultorũ quando non confirmabantur niſi in perfecta ætate id eſt duodennes (quando ſcilicet quis poteſt promoveri ad ordines min:)

Vnde ex Concilio Aurelianenſi extat decretum apud Gratian. *In c. ut ieiuni de conſ. diſt.* 5. Vbi ſtatuitur, ut non confirmetur niſi perfectæ ætatis. Quod indicare videtur non niſi duodecimo ætatis anno ſuſcipiendam eſſe Confirmationem. Nam ea dicitur ætas perfecta, ut ibi Gloſſa, quando ſcilicet quis promoveri poteſt ad Ordines minores.

Etiam uſus obtinuit in Eccleſia, ut ante ſeptennium non Confirmentur: ſic habetur in Catechiſmo Romano de ſacr, Confirm. cap. 18, ubi hæc habentur. *Quare ſi duodecimus annus exſpectandus non videatur, uſque ad ſeptimum certè hoc ſacramentum differri, maximè convenit.* In quibus prioribus verbis reſpexiſſe videtur ad Decretum Aurelianenſe citatum. Item in Synodo Laodicenſi ſub Ioanne Epiſcopo, & per Nicolaum Papam approbata, ſtatutum eſt, nequis ante ſeptennium confirmetur, quòd id tempus confirmationem ſuſcipiendi ſit deſignatum.

vel ſaltem vel ſalutem perennes.

Sic in Concilio Colonienſi ſub Paulo Tertio parte 7. cap. 9. Mediolanenſi primo, titulo de Confir. p. 2. & in Archiepiſcopali Bononienſi, per Cardinalem Paleotum, ordinatum p. 3. de ſacramento Confirmationis ubi in ordinatione adminiſtrationis ſacramenti præcipitur, ut caveant patrini & matrinæ ne minores ſeptem annis ſint illi qui ſuſcipiuntur. Et in Synodo Cameracenſi id noviter ſtatutum legimus.

cujus curã gerere debent patrini & matrini.

Nec verò deſunt rationes pro hac conſuetudine confirmanda. Primò, ut ſacramentum hoc maiore cum reverentia ſuſcipiatur. Secundò, ut receptionis ſacramenti recordari poſſit confirmatus. Tertiò quia eo tempore armis Chriſtianis munitur, quod incipit eſſe agonis & luctæ, & ante illud tempus cum nullum ſit certamen, nullumque periculum, fruſtra his armis inſtrui videtur.

ſic enim eſt majore reverentia & memoria recipitur, & ante illud tempus non eſt lucta vel periculum.

Sed & ante ſeptennium poſſe miniſtrari ſtatuit Concilium Mediolanenſe ſupra, ſi juſta cauſa Epiſcopo adeſſe videbitur. 3.

ea autẽ

ex cauſa tamen poteſt ante ſeptennium conferri. Quę ſitualis?

ea autem poteſt eſſe; vel ſi malitia ſupplet ætatem, cum iam ſit tempus periculi, & luctæ: vel ſi alicubi ea conſuetudo viget: vel ſi puer eſt in mortis periculo conſtitutus, & eſt commoda occaſio miniſtrandi, nam etiam in minoribus annis conſtitutis Sacramentũ Confirmationis miniſtrari poſſe dicã ſtatim.

ſicut etiam adultis infirmis & morituris

9. Secundò dubitatur de ægrotis & conſtitutis in mortis periculo, *an illis poßit hoc ſacramentum conferri?* conſtans eſt DD. omnium ſententia, cum D. Thom. quæſt. 72. art. 8. morituris poſſe dari confirmationis ſacramentum. nonnulli probare contendunt ex Epiſt. S. Iac circa finem ſed ibi de ſacramento Extremæ unctionis ſermo eſt, ut ex ipſo contextu manifeſtiſſimum eſt.

Poteſt ergo in primis probari ex Clem. Rom. Epiſtol. 4 ubi inquit, *Feſtinandum omnibus eſſe ad hoc ſacramentum recipiendum, quia incertus eſt uniuſcuiuſq; exitus vitæ, neque quis ſine eo perfectus Chriſtianus eſſe poterit, aut ſedem habere poterit inter perfectos.*

ut locum habeant inter perfectos Chriſtianos

Deinde probatur ex Concilio Pariſienſi 3. lib. 5. cap. 33. ubi inquit, *quod ſicut duobus temporibus, Paſcha & Pentecoſtes miniſtratur baptiſmus; ita etiam Spiritus Sanctus per manuum impoſitionem fidelibus datur, excepto infirmis & morte periclitantibus, quibus ſicut baptiſmatis gratia data, ita incunctanter donum Spiritus Sancti eſt tradendum*

quamvis non immineat eis

Adeſt etiam optima ratio, quia quantumvis, ut fatetur. Melchiades Papa, his non immineat periculum mortis inferendæ propter fidem, & effectus ſacramenti ad eum finem ordinetur, vel protestandi fidem coram perſecutoribus & hoſtibus fidei. at recipiendo augmentum gratiæ perficiuntur, & cum ea perfectione reſurgent. Quas rationes inſinuavit Clemens loco citato: cum ergo in mortis periculo conſtituti ſint capaces, non eſt cur patiantur detrimentum hujus Chriſtianæ perfectionis, & nobilitatis, quæ eſt in eo quod deſignetur miles Chriſtianæ mimilitiæ.

mors ob fidem toleranda:

datur tamẽ per hoc augmentum gratiæ & nobilitas quædam animæ & bapt. perfectiva.

Atque ex his colligitur intelligentia. Can. 39. Illiberitani Concilij, *Gentiles, ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte vita honeſta, placuit eis manus imponi, & fieri chriſtianos.* Vbi prætulerunt patres poſterioris ſacramenti memoriam, quod ſupponit primi ſacramenti collationem. ſi ergo deſiderant fieri Chriſtiani, qui perfecti eſſe non poſſunt ſine confirmatione, & cum olim ſimul utrumque ſacramentum daretur, in eorum favorem ſtatuitu utr fiant Chriſtiani accepto baptiſmo, & manus imponantur per confirmationis ſacramentum.

Probatur etiam ex eo, quod Hæretici laborantes reconciliari jubeantur per confirmationem.

Tertio quæritur de amentibus *an illis poßit miniſtrari ſacramentum Confirmationis?* & quidem de his amentibus qui habent lucida intervalla, nulla 10.

eſt e iam dandum amentibus in lucidis intervallis.

dubitatio eſt, quin illis poſſit miniſtrari confirmatio, cum aliquo tempore ſint rationis compotes. At de perpetuo amentibus non omnes conveniunt; quidam exiſtimant non licere illis ſacramentum Confirmationis miniſtrari: ſic Soto in 4. diſtinct. 7. q. unica art. 8. ſequens Marſilium, Valentia 4. tomo, diſputatione 5. generali quæſt. 12. p. 2. Gamacheus in hac quæſtione cap. 9. quorum hoc unicum fundamentum eſt, quia hoc ſacramentum principaliter datur, ad pugnandum: at iſtorum pro fide & ad vincendum in lucta amentium, nulla pugna eſſe poteſt, ergo non eſt conferendum hoc ſacramentum.

11. ſicut & perpetuo amẽtibus

Cæterum mihi probabilius videtur, etiam perpetuò amentes obſignandos eſſe, neque opus eſſe differre, ſi non eſt ſpes, quod aliquando redituri ſunt ad ſanam mentem: ſic docet Suarez diſtinct. 35. ſect. 2. Ægidius art. 8. Henricus lib. 3 citato cap. 5. num. 1. Laiman dicto tract. 3. cap. 5. q. 2.

Pitichianus in 4. diſtinct. 7. quæſt. 1. art. 8. Bonacina multis citatis diſtinct. 3. quæſt. uni cap. 4.

ob eandem rationem.

Mihi hujus ſententiæ fundamentum eſt, quia perpetuò amentes baptizati, ſunt capaces hujus ſacramenti cum ſint in gratia, & baptiſmum perceperint, & aliàs non eſt injuria ſacramenti, nec eſt irreverentia quod ſuſcipiatur ab infantibus, & etiam ſacramentum hoc ſortitur effectum in amentibus, licet non omnem; confert enim augmentum gratiæ, licet non conferat robur ad proteſtandam fidem, cum eam proteſtari non poſſint.

Neque verò inde licet inferre, poſſe etiam illis conferri ſacramentum ordinis, quia in ſacramento ordinis deputatur homo ad miniſterium Eccleſiaſticum, quod amens præſtare non poteſt,

ſi obſtet alicubi conſuetudo excuſantur tutores eorum.

At ſi in aliqua Diœceſi ea conſuetudo non fuerit confirmandi perpetuo amentes, & Epiſcopus probans eam oppoſitam ſententiam noluerit eos confirmare, excuſantur tutores & curatores ſi eos non deferant ad confirmandum. ex quibus patet ad fundamentum primæ ſententiæ.

quomodo etiam conferendum energumenis Sicut conferebatur olim Euchariſtia

Denique quæritur: *an Energumenis dari poßit ſacramentum Confirmationis?* hanc eandem difficultatem exanimavi in tractatu de Euchariſtia; dicebam enim, in Concilio Arauſicano Can. 24. Energumenos non repelli à ſacra communione, imo & præcipi. Idque uſitatum in Eccleſia Dei fuiſſe, conſtat ex Proſpero lib. 4 de prædeſtinatione cap. 6. & latius ex Ioanne Caſſiano lib. 7. cap. 29. & 30. quod qui cognoverit non mirabitur, Energumenis etiam datum eſſe ſacramentum Confirmationis, quo à dæmone purgarentur; cum in eo ſit plenitudo Spiritus Sancti.

Sæpe equidem in hiſtorijs legimus Energumenos in ſuſceptione hujus ſacramenti à

Dæmone

quo etiam ſæpe à dæmone fuere liberati,

Dæmone fuiſſe liberatos. id teſtatur Nazianzenus oratione 1. in Iulianum: Lactantius lib. 4. Divinarum inſtitutionum cap. 27. Prudentius in Apotheoſi. Quin & Sanctus Bernardus in vita Sancti Malachiæ ſic ſcribit de ejus Præceptore Malcho Epicopo; *Puerum mentecaptum ex his quos lunaticos vocant inter confirmandũ ſacra unctione curavit.* Vt retuli ſupra p. 4. cap 2. num. 27 Quid mirandum ſi confirmari, & ungi ſacro Chriſmate curaretur; ſi quidem Artes Magicas per præſentiam cujuſdem Chriſtiani, qui Chriſmate confirmatus erat, fuiſſe victas, & diſcuſſas, narrat Greg. Turon. lib. 1. de gloria Martyrum cap. 41. ex adverſo Novatum reijcientem hoc ſacramentum à Dæmone fuiſſe correptum, narrat Euſebius lib. 6. Hiſt. cap. 35. alias 33. cauſa cur illis denegetur nulla eſt ſicut de perpetuò amentibus etiam dicebamus.

& mentecaptus ſanatus,

imo in præſentia confirmati viæ artes magicæ & novatus hoc reijciens à dæmone correptus eſt.

CVPVT II.

An Sacramentũ Confirm. ſit ad ſalutem neceſſariũ ex vi ſuæ inſtitutionis vel præcepti Divini poſitivi.

SVMMARIAM.

Vnde poſſit colligi obligatio ſuſcipiendi ſacramentum Confirmationis, num. 1.

Non colligi ex præcepto divino naturali cum nullum exſtet, num. 2.

Proponuntur contra prædictam veritatem S. S. PP. authoritates & rationes num. 3.

Diſſolvuntur argumenta ex PP. teſtimonijs in contrarium adducta, ſimul cum rationibus nu. 4. 5 & 6.

Proponitur ſecunda pars capitis circa præceptum divinum poſitivum, & varia Authorum placita recenſentur, num. 7. 8. & 9.

Statuitur vera ſententia, quæ & PP. authoritate, & rationibus fulcitur, num. 10. & 11.

Impugnatio Suarij contra noſtram ſententiam enervatur, numreo 12.

Aliorum ratio, qua noſtram veritatem adſtruebant, rejicitur, num. 13.

Reſtat agamus de obligatione ſuſcipiendi Sacramentũ confirmationis, eam autem obligationem colligere poſſumus, vel ex ipſa natura ejus ſacramenti, vel ex præcepto aliquo divino, aut Eccleſiaſtico. Quod attinet ad divinum præceptum tam naturale quàm poſitivum, examinabims primo loco; ſecundum vero poſtea, quod ſi ſacramentum hoc ſit neceſſarium ex ipſa natura inſtitutionis, erit neceſſarium ex præcepto divino naturali, cum inſtitutio ipſa divina ſit. 1.

quid agendum?

Quod attinet ad præceptum Divinum naturale, Dicendum eſt etiam certum eſſe nullum exſtare, de ſuſcipiendo in re ſacramentum Confirmationis: cum praxis Eccleſiæ parvulis non conferat hoc ſacramentum, ut viſum eſt; jmo extat præceptum, de non conferendo ante ſeptennium. Neque etiam comparatione adultorum extat præceptum de ſacramento re ipſa 2.

non datur divinũ præc. naturale

cum praxis eccleſiæ ſit contraria, qua parvulis non confertur.

ipſa ſuſcipiendo, ſic expreſsè Melchiades Papa Epiſt. ſæpe cit.

Deinde comparatione adultorum non exſtat præceptum divinum naturale ſuſcipiendi confirmationem in re vel voto: quia in his ſacramentis, in quibus reperitur ejuſmodi præceptum, naſcitur obligatio ex neceſſitate effectus ſacramenti; quando, ſcilicet effectus ſacramenti eſt ſimpliciter neceſſarius ad ſalutem: & tunc dicimus ſacramentum eſſe neceſſarium, vel in re, vel in voto his qui in re illud ſuſcipere nequeunt, & tamen habere poſſunt votum ſacramenti; vel in re tantùm his qui non ſunt capaces voti, quales ſunt parvuli. Sic dicimus ſacramentum baptiſmi in re neceſſarium eſſe ſimpliciter parvulis, & in re vel in voto adultis; ſimiliter pœnitentiæ ſacramentum dicimus eſſe neceſſarium lapſis in peccatum, in re vel in voto, quia prima gratia eſt medium ſimpliciter neceſſariũ ad ſalutẽ, quod à nullo agente ſuppleri poteſt. Idem oſtendemus de Euchariſtia ratione effectûs perſeverantiæ ſuo loco, ubi hæc omnia latè examinabimus. At effectus confirmationis non eſt ſimpliciter neceſſarius ad ſalutem, ſcilicet robur ad proteſtandam fidem; qui etiam alijs medijs obtineri poteſt. Neque habemus locum in Sacra Scriptura, unde colligamus huiuſmodi robur ad defendendã fidem contra ejus impugnatores huic tantùm ſacramento alligatũ eſſe, ſicut conſtat ex doctrina Patrũ Eccleſię, ut ſuo loco oſtẽdi.

a dultis verò neque in voto;

eum effectus ejus nõ ſit neceſſarius ad ſalutem.

quam ob cauſam, aliquod ſacr: dicitur neceſſariũ in re vel in voto

Rurſus multi ſunt quibus nunquã ea defendendę fidei ſe offert occaſio; ut parvulis qui ante uſum rationis moriuntur: & perpetuò amentibus, quibus impendi poteſt licitè ſacramentum confirmationis; ergo non eſt unde colligamus ſacramentũ Confirmationis etiam eſſe neceſſariũ neceſſitate medij ad ſalutem ex vi ſacramenti, neque neceſſarium ex præcepto divino naturali.

Verùm nonnulla ſunt, quæ videntur probare ſacramentum confirmationis eſſe abſolutè, & ſimpliciter neceſſarium ex ipſa inſtitutionis natura; quæ explicanda ſunt.

Et in primis videtur eſſe ſententia D. Thomæ, qui in hac quæſt. 72. art. 6. ad 1. ſic habet: *quod ſicut nullus conſequitur effectum baptiſmi ſine baptiſmi voto, ita nullus etiam conſequitur effectũ confirmationis ſine ipſius voto.*

Deinde eandem neceſſitatem indicant Patres, qui obligationẽ conſtituerunt ſuſcipiendi ſacramentum hoc propter effectum ſacramenti quia aliter perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt: ſic Clemens Epiſt. 4. *Et pleni Chriſtiani inveniuntur* ſic Vrbanus Epiſt. cit. *Et eſſe Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit.* ſic Laodicenum Can. 48. *Abſque Chriſti ſignaculo nihil ſunt.* Aurelianenſe Can. 3. *Abſolute Chriſtianum non cenſeri ſine confirmatione.* Hieronymus in cap. 19. Ezechielis 3. Greg. lib. 12. Epiſt. 31. &c. Denique adeſt ratio, quia effectus proprius hujus ſacramenti eſt animi fortitudo, qua paratus

eſt pro

Chriſto mortem ſubire, cum ſeſe obtulerit occaſio; ad ſalutem autem ea animi præparatio eſt ſimpliciter neceſſaria, ergo & ſacramentum hoc in re vel in voto eſt ſimpliciter neceſſarium; quòd confirmat Hugo de S. Victore qui lib. 2. de ſacramentis part. 3. cap. 7, *quid* (ait) *prodeſt ſi à lapſu erigeris, niſi ad ſtandum confirmeris.*

4. ejus effectum auté nemo recipit ſine voto implendi præceptum de confirmatione recipienda.

Sed hæc non obſtant propriæ ſententiæ, & quod attinet ad Divum Thomam, dicimus illum rectè explicari à Franciſco Suarez in commentario ejus articuli, de neceſſitate præcepti; cum enim ſacramentum hoc ſaltem ex præcepto ſit neceſſarium, ut oſtendam poſtea, qui non confirmatus fortiter confitetur fidem, cenſetur habere effectum hujus ſacramenti ex voto ſacramenti, ſcilicet implendi omnia præcepta.

Et adverto cum Suarez Divum Thomam non dicere effectum ſacramenti in eo caſu comparari per votum ſacramenti; ſed nullum conſequi effectum ſacramenti ſine voto ejus: quæ duo ſunt notanda; nam ad hoc poſterius ſolum indicat debere eſſe votum complendi hoc præceptum, ſicut & omnia alia, & ſine eo voto neminem conſequi effectum hujus ſacramenti. Prius autem illud indicat effectum ſacramenti ſolùm dari intuitu voti ejus; quod ut aſſeramus, nullum habemus idoneum fundamentum, ut antea dicebamus. Vnde comparatio illa ad baptiſmum, qua Divus Thomas utitur, ſecundũ quandam propoſitionem intelligenda eſt.

Ad ſecundum argumentum deſumptum à Patribus Dico, attentè obſervandum, cum Patres hoc ſacramentum abſolutè neceſſarium eſſe dicunt, non eam rationem reddunt, quia ſine illo ſalus obtineri nequeat, ſed ut perfecti Chriſtiani, vel plenè Chriſtiani ſimus, quod uno ex duobus modis dictum intelligitur, vel utroque; aut quia per hoc ſacramentum obtinetur quædam virilis perfectio, & robur, quamvis etiam ſine illo obtineri & comparari id queat, per orationes, ſacrificia, & alia hujuſmodi media, aut quia alludunt ad nomen Chriſti, quod unctum ſignificat. Vnde negant eos plenè Chriſtianos eſſe qui non accepére hanc unctionem videlicet in hærentes vocabulo, *chriſtiani*; quo modo Auguſt. lib. 27. de Civit. c. 14. dixit, *omnes chriſmate unctos rectè Chriſtos vocari.* Sic accipienda ſunt loca Clementis & Vrbani. 5.

eſt is quędã virilis perfectio & robur.

confirmatus vocatur Chriſtus.

Cyprianus nomine gratiæ nõ primam gratiam intelligit, ſed uberiorem gratiam. Laodicenũ tantùm vult fideles reges fieri unctione Chriſmatis, ungebantur enim olim reges, & ita Regni cœleſtis participes fieri, quod ſignificat chriſma. Hieronymus eo loco ſignaculũ, non crucẽ fronti impreſſã, ſed legis implendæ voluntatẽ interpretatur. Gregorius denique dicit defectu confirmationis fieri ruinam fidelibus, dũ mota perſecutione carent fidei fortitudine ad reſiſtendum neceſ-

defectus confirmationis fideliũ ruina; cum ſit defectus fortitudinis.

ſaria, eſt enim præceptum ſuſcipiendi confirmationem, ſaltē urgente perſecutione, ſi occaſio adeſt & copia ſuſcipiendi.

6. Ad rationem denique deſumptam ex defectu confirmationis Dico, neceſſariam quidem eſſe ad ſalutē eam animi præparationē, ut potiùs ſubeunda ſit mors, quā fides neganda; ad ſalutē autē eſſe neceſſariū, quod ea animi præparatio habeatur, ſi re ipſa ſuſcipiatur hoc ſacramentum, eam verò dari virtute illius: At ſi non ſucipitur, poſſe haberi per alia media; neque enim fundamentum habemus, propter quod dicamus alligatam eſſe huic ſacramento, ita ut intuitu illius ſolùm detur, ſicut datur gratia regenerativa aut reconciliativa virtute baptiſmi, & pœnitentiæ, ut dictum eſt.

per illā datur præparatio animi ad fidem profitendā, quæ etiam alijs medijs poteſt obtineri.

Ad authoritatem autem Hugonis reſpondetur, â nonnullis damnari eum ſenſum ut erroneum; ſed immeritò, cum dicat ibidem, confirmatos maiorem gloriam conſecuturos, ſicut & hic obtinent maiorem gratiam: quæ indicant non eſſe hoc ſacramentum ſimpliciter neceſſarium, quare poteſt intelligi de neceſſitate hujus ſacramenti urgente præcepto, ſcilicet quando adeſt occaſio profitendi fidem, & adeſt copia ſuſcipiendi ſacramentum, ut dictum eſt.

confirmati majorem gloriam habebunt

7. Quod attinet ad 2.p. nempe ad præceptum divinum poſitivum. Prima ſententia affirmat eſſe divinum præceptum obligans ſub mortali ad ſuſceptionem hujus ſacramenti, ſi commodè poteſt ſuſcipi.

de præcepto divino poſitivo 4. ſent:

prima.

Hanc doctrinam docuiſſe videtur ex antiquis Hugo de Sancto Victore lib. 2. de ſacramentis, p. 3. c. 3. ejus verba refert D. Thom. art. 8 ad 4. ubi dicit periculoſum eſſe ab hac vita ſine confirmatione migrare. & Amalarius lib. de divinis offi. cap. 27. ſequitur Scotus diſtinctione 7. quæſt. 1. Marſilius. & Paludanus. Ricardus art 5. quæſt. 1. Waldenſis tom. 2. de ſacram. Pamēlius in notis ad Tertullianum lib. de baptiſmo cap. 8. tenet etiam Clemens Rom. conſtitu. lib. 8. cap. 16. Bellarminus lib. de ſacram. qui cenſet ad omnia ſacramenta dari præceptum vel reſpectu ſingulorum vel communitatis. Fundamentum hujus ſententiæ deſumi poteſt ex his, quæ ſupra adducebantur ad probandam neceſſitatem medij, ſaltem enim convincere videtur hanc neceſſitatem præcepti divini poſitivi.

Secunda ſententia docet nullum eſſe præceptum divinum obligans ſub mortali ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum etiam ſi commodè ſuſcipi poſſit, ſecluſo tamen contemptu: 8.

ſecunda.

Hæc ſententia videtur eſſe Divi Thomæ in 4. diſt. 1. quæſt. 1. art. 1 quæſt. 2. & in hac quæſtione art. 8. ad 4. Sed in art. 8. ad 4. nihil dicit quod ad hanc quæſtionem pertineat, at quæ habet in art. 1. in ſolut. ad 3. ubi dicit, *ſine confirmatione poſſe eſſe ſalvum dummodo non prætermittatur ex contemptu ſacramenti.* quod

ſi ſecluſo

ſi ſecluſo contemptu poteſt eſſe ſalus ſine hoc ſacramento, ſequitur nō eſſe obligationē ſuſcipiendi, atque adeo non eſſe præceptū, aliàs etiā ſecluſo contemptu, non poſſet ſine eo ſuſcepto eſſe ſalus.

Hanc etiam ſententiam ſequitur Suarez d. 38. ſ. 1. refertque pro ea Sotum, Ledeſma, Adrianum, Angelum, Ruardum, & alios. Cujus fundamentum eſt: quia non eſt unde colligatur tale præceptum: non ex ipſa natura inſtitutionis: non ex verbis Patrum; cum tantùm requirant confirmationem ad perfectionem Chriſtiani nominis, ergo non eſt aſſerendum tale præceptum obligans ſub mortali, quia tale præceptum non eſt aſſerendum ſine magno fundamento.

9. Tertia

Tertia ſententia dicit eſſe præceptum de ſuſcipienda confirmatione, obligans tantùm ſub veniali, ſecluſo contemptu. Sic Cajet. in ſumma verbo *confirmatio*: ſequitur Navarrus in Summa cap. 22. num. 9. horum fundamentū non aliud mihi eſſe videtur, niſi quia ſacramentum hoc non videtur eſſe tantæ neceſſitatis, ut ejus omiſſio ſit grave crimen, atque adeo obligatio ſacramenti ſuſcipiendi, non videtur eſſe ad mortale.

10. quarta & verior dicit dari præceptum poſ. non obligans tamē ſub mort. niſi quando

Quarta ſententia, quæ mihi vera videtur, docet eſſe præceptū divinum de ſuſcipiendo confirmationem, non tamen obligans ſemper ſub mortali, ſed quando inſtat occaſio confitendi fidem coram Tyranno, & eſt copia ſuſcipiendi ſacramentum. Refert Suarez pro hac ſententia Durandum, Gabrielem, Marſilium, Turrecrematam; Waldenſem, & alios; eam tenet Eſtius in 4. diſtinct. 17. & ſanè mihi indubitatum eſt, hanc eſſe ſententiā D. Thom. primò quia in hac quæſt. art. 1. in ſolutione ad 3. inquit: *Omnia ſacramenta eſſe aliqualiter neceſſaria ad ſalutem, aliqua tamen eſſe, ſine quibus ſalus eſſe non poteſt. aliqua ad perfectionem ſalutis neceſſaria ſunt, quale eſt ſacramentū confirmationis, quia hoc non eſt de neceſſitate ſalutis, quia ſine eo poteſt eſſe ſalus*, Eſt ergo ex ſententia D. Tho. aliqualis neceſſitas, ergo aliqualis obligationis, quia neceſſitas in actionibus ſine obligatione eſſe non poteſt; non quidē neceſſitas medij, ſed præcepti, nō ſemper tamen obligantis ſub mortali. Conſonat quod dicit Divus Thom. art. 2 in ſolutione ad 4. ubi cū dixiſſet materiam baptiſmi ubique inveniri, quia baptiſmus eſt ſacramentū abſolutæ neceſſitatis, addit, *Sufficere quod materia hujus ſacramēti poſſit de facili ad omnia loca terræ deferri, quia nō eſt ſacramentū tantæ neceſſitatis.*

urget neceſſitas cōfitendi fidē & eſt copia ſacramenti

neceſſitas enim alicujus non eſt ſine obligatione

Ruſus in art. 8. ubi quærit, *an hoc ſacramentum ſit omnibus exhibendum?* ratione adducta ex proportione agentis naturalis & ſpiritualis, de quorum natura eſt ut homo promoveatur ad perfectum ſtatum, concludit, *& etiam hoc ſacramentum debet omnibus exhiberi.* ubi ex pendenda illa particula, *debet*, quæ obligationem denotat, aliàs ſine obligatione non eſt debitum. & in eodem articulo in ſolutione

 ad 1.

& hæc eſt ſent. D. Thomæ.

ad 1. cum explicaret authoritatem Hugonis limitatè dixit authoritatem illam intelligi, *quantùm ad hoc, quod morituris non eſt neceſſarium hoc ſacramentum, ſed propter periculum pugnæ præſentis.* Non itaque dicit, nulla ratione eſſe neceſſarium, ſed neceſſarium cum limitatione propter pugnam præſentem.

Denique Suares ipſe fateri tenetur hanc eſſe ſententiam D. Thomæ, aut ſibi ipſi repugnat; nam Divus Thomas in art. 3. in ſolutione ad 1. dixit *ſicut nullus, conſequitur effectum baptiſmi ſine baptiſmi voto, ita neque effectum confirmationis ſine voto ipſius. Quem locum examinans Suares in commentario primi articuli*, cum primam expoſitionem quam ipſe violentam judicat, adhibuiſſet, aliam adhibet in hæc verba: *Vel ſi hæc expoſitio nimis violenta videtur; planè confitendum eſt per ſe loquendo neceſſarium eſſe fideli, ſaltem ex neceſſitate præcepti, recipere ſacramentum Confirmationis, ſi commodè poteſt, ſaltem in eo articulo, in quo urget neceſſitas publicè confitendi fidem coram Tyranno: nam ſine hoc præcepto non poteſt intelligi neceſſitas illius voti, quod D. Thom requirit, &c.* Hujus dicti meminiſſe debebat Suarez cum diſput. citatâ dixit D. Thomam ſentire, non eſſe præceptum aliquod de ſuſcipienda confirmatione.

II. quia baptiſmus per Conf. perficitur,

Nec vero deeſt ratio pro noſtra ſententia. Primò, quia hæc ordinatio confirmationis ad perfectionem baptiſmi tacitam quandam obligationem videtur inducere, eamque gravem in his, quibus commoditas eſt ſuſcipiendi confirmationem, immineatque occaſio profitendi fidem coram Tyranno. & eſt hæc certũ medium ad obtinendũ robur,

Tum etiam quia ea occaſione inſtante, certum medium eſt impetrandi robur ſacramentum Confirmationis, cum illud conferat ex opere operato: quare certius medium eſt, quàm orationes, & alia opera meritoria, ergo eſſet magna prodigalitas ſalutis ſpiritualis neglecto certiori medio ad alia minùs certa recurrere imminente perſecutionis periculo. Vt enim Cyprianus Epiſt. 54. *Contra rationẽ eſt ſine armis ad pugnã accedere.* certius orationibus &c. hinc eam negligere eſt prodigalitas, & neceſſitatis tempore quaſi ſine armis ad pugnam procedere.

Favent etiam huic ſententiæ Patrum teſtimonia, qui utuntur verbis neceſſitatem ſignificantibus. Cyprianus Epiſt. 70. *Vngi quoque neceſſe eſt eum, qui baptizatus eſt, ut accepto Chriſmate, id eſt unctione, eſſe unctus Dei & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.* Quem locum de ſacramento Confirmationis accipi, docet ibi Pamelius, & indubitatum videtur conſideranti phraſin & modum loquendi.

Et Concilium Arauſicanum primum Canone 1. eandem neceſſitatem indicat ibi, *ſed & neceſſaria habeatur chriſmatio repoſita.* Melchiades Epiſt. ſuprà cit. *Etſi continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia. Voluimus tamen neceſſaria ſint confirmationis auxilia, ita conjuncta ſunt duo hæc ſacramenta, ut abinvicem niſi morte præveniente nulla tenus poſſint ſeparari, & unum ſine alio* hinc niſi morte præveniente ab

invicé ſeparari nonde. bent bapt: & conf.

alio rectè perfici non poſſit. Vrbanus Epiſt· cit, *Omnes fideles poſt baptiſmum debent accipere Spiritum Sanctum per impoſitionem manuum Epiſcopi, ut plenè Chriſtiani inveniantur* Concilium Illiberitanum Can. 38. & Laodicenum 48. ita loquuntur, ut obligationem ſignificare videantur· Et illud quidem expendendum eſt in his concilijs, Pontificum, & Patrum dictis, quod in illis non tam condatur novum aliquod jus, quam referatur antiquum, & ab ipſo Chriſto inſtitutum, & traditum, eamque neceſſitatem declaraſſe, quã confirmatio ex ſe & ratione ſui finis & effectus habet.

12. oppoſitio Zuares

Hanc tamen noſtram ſententiam reijcit Suarez ea ratione, quia non videtur convenienter loqui, quando reſtringit obligationem hujus præcepti ad eum caſum in quo eſt occaſio profitendi fidem coram Tyranno, quia ſacramentum hoc non ſolùm adiuvat ad conſtantiam fidei coràm Tyranno, ſed etiam quando propria infirmitas, & miſeria ſanum hominem premit· Neque etiam ſolùm confert auxilium ad credendum, ſed etiam ad vivendum ſecundum fidem, & rectè operandum ſine vitio. Vnde non ſolum ex externo periculo, ſed etiam ex interna infirmitate, & continua hujus vitæ neceſſitate, poteſt oriri neceſſitas ſacramentalis gratiæ confirmàtionis, ergo ſi ſpecialis neceſſitas illius caſus eſt ſufficiens ad inducendam præcepti obligationem in illo articulo recipiendi hoc ſacramentum, neceſſitas etiam totius vitæ inducet eandem obligationem non negligendi hoc ſacramentum toto tempore vitæ, ſed aliquando illud ſuſcipiendi.

Reijcitur. Propriſſimus & præcipuus effectus confirmationis eſt robur ad fidem coram tyranno profitendã.

Sed hoc argumentum nullius eſt momenti, quia primus & præcipuus effectus hujus ſacramenti, & in quo à reliquis diſtinguitur gratia ſacramentalis confirmationis à gratia ſacramentali aliorum, eſt, quia hic datur robur ad fidei proteſtationem coram Tyranno, ut ſuprà v ſum eſt.

ad quam etiam poteſtatẽ accipit homo in baptiſmo.

Et eſt expreſſa ſententia D.Th. in cit. art. 5. in ſolutione ad 2. inquit: *Omnia ſacramenta eſſe quaſdam fidei proteſtationes, & ſicut homo per baptiſmum accipit poteſtatem ſpiritualem ad proteſtandam fidem, per ſuſceptionem aliorum ſacramentorum, ita confirmatus accipit poteſtatem publicè fidem Chriſti Verbis profitendi, quaſi ex officio:* eadem habet in art. 6· in ſolutione ad 1. ubi *illud ad confitendum publicè fidem Chriſti*, & art· 7· in corpore, ibi. *In hoc ſacramento datur baptizato ſpiritus Sanctus ad robur, ſicut Apoſtolis datus eſt in die pentecoſtes*, & in articulo 9. in copore; *in hoc ſacramento homo accipit Spiritũ Sanctum ad robur ſpiritualis pugnæ, ut etiam in eo adverſarij fidei Chriſti fidem confiteantur*, & ſtatim ſubjungit, *inde colligi idoneã rationem quare conſignatio in hoc ſacramento fiat in fronte*, & in ſolutione ad 3. inquit, *quod hoc ſacramentum datur ad liberè confitendum non ad confitendum ſimpliciter, quia hoc fit etiam in baptiſmo.*

 Ean-

Hinc tempore perſecutionis eligebantur qui in loco perſec. manerent ut pub'icè confiterentur aliis occultè credentibus & illi erant confirmati.

Eãdẽ doctrinã expreſſe docet in 4. diſt. 7. q. 2. art. 1. quæſt. 1. in corpore, ubi hæc habet, *alio modo ut ſpiritualis quis in notitiam ducat per eorũ ſortem confeſſionem, & ad hoc quis ſignatur, in confirmatione. Inde etiam tempore perſecutionis eligebantur aliqui, qui deberent in loco perſecutionis remanere, ad publice nomen Chriſti confitendum, alijs occulte credentibus*, & in ſolutione ad 1. inquit, *quod pugna ſpiritualis, qua quis pugnat contra impedientes ſalutem ſui ipſius, omnibus indicitur, ſed ad hoc non datur ſacramentũ Confirmationis, ſed ad perſiſtendum fortiter in pugna, qua quis nomen Chriſti impugnat, & huic pugnæ non omnes exponuntur, ſed ſolum confirmati*: & quæſt. 2. in ſolut. ad 3. *Quod quamvis cuiuslibet baptizati & credentis ſit confiteri, quando confeſſio ab eo expetitur, non tamen eſt cuiuslibet ſe exponere, ſed hominis confirmati. Quod confirmatur exemplo Apoſtolorum, qui primò latuerunt propter metum Iudæorum: poſt ſuſceptionem verò Spiritus Sancti locuti ſunt cum fiducia*, & art. 2. quæſt. 2. in corpore inquit, *gratiam baptiſmalem dari ad perficiendum in his quæ pertinent ad communẽ ſtatũ vitæ Chriſtianæ, gratia autẽ confirmationis ad perficiendum in his, quæ ſunt difficillima in iſto ſtatu*, ſcilicet confitendum nomen Chriſti contra perſecutores. Et in ſolutione ad 3. inquit, *quod confiteri, ubi ex confeſſione imminet mortis periculum, non eſt tantum fidei, ſed indiget alio auxilio alterius virtutis, ſcilicet fortitudinis, & ſimiliter indiget alia gratia ſacramentali, quæ removeat effectum oppoſitum fortitudini.*

Quare dubitandum non eſt, hunc eſſe proprium & ſpecialem effectum hujus ſacramenti, publicè proteſtari fidem coram Tyranno & ideo quando imminet hujuſmodi occaſio, obligare præceptum ſuſcipiendi confirmationem, ne quis temere ſe exponat periculo deficiendi, rectéque nos in iſto caſu aſſerere, obligare ſub mortali præceptũ ſuſcipiendi hoc ſacramentũ, quæ neceſſitas non urget in alijs caſibus in quibus gratia neceſſaria non eſt effectus proprius hujus ſacramenti.

unde concluditur eſſe obligationem ſtrictam recipiendi confirm. imminente occaſione perſecutionis, ne quis temerè ſe exponat

13. Sed advertendum eſt in fine hujus dubij, aliquos Doctores, qui nobiſcum ſentiunt eſſe præceptum de ſuſcipienda confirmatione ſub mortali, id colligere; quia ſi toto vitæ tempore negligatur ejus ſuſceptio, non poteſt eſſe ſine contemptu: at non rectè probant, nam omiſſio totius vitæ tempore, poteſt eſſe ſine formali contemptu, quare ex eo capite, non eſt probanda obligatio ſuſcipiendi.

cujus aliàs omiſſio nõ cenſetur contemptus

CAPVT TERTIVM.

An ſit præceptum Eccleſiaſticum de ſuſcipiendo Sacramento Confirmationis

SVMMARIVM.

Proponitur quæſtio, & referuntur variæ, A A. ſententiæ, nu. 1.
Statuitur vera ſententia, nu. 2. & 3.
An ratione ſuſcipiendi ordines, ſit præce-

præceptum ſuſcipiendi Confirmationem, num.4.

Deciditur quæſtio affirmativè, & explicatur locus Concilij Tridentini, num. 5.

Obligatio ſub peccato mortali, non initiari ordinibus ſacris ſine prævia Confirmatione, Auctoris ſententia, num. 6.

1. variæ ſent: Diximus de præcepto tam naturali, quam divino, reſtat ut dicamus de Eccleſiaſtico. In qua difficultate nonnulli exiſtimant, nullum extare præceptum Eccleſiaſticum: quā ſequitur Suarez d. 38. ſect. 1. cit. Alij cenſent extitiſſe quidem, at nunc amplius non extare, ſed abolitam eſſe contraria conſetudine: ſic Layman tract. citato cap. 5. quæſt. 4. Alij denique dicunt etiam hodie extare præceptum ita Gamacheus in hac quæſtione cap. 9.

2. olim extitit præceptum, nunc abolitum tamen, de ſuſcipienda confirmatione ſtatim à bapt. Mihi videtur in primis, aliquod præceptum Eccleſiaſticum circa ſuſceptionem confirmationis extitiſſe olim, quod nunc contraria conſuetudine ceſſavit; ſcilicet ſuſcipiendi confirmationem ſimul cum baptiſmo, quod quidem præceptum ob Apoſtolis dimanaſſe, & diuturno tempore in Eccleſia retentum, oſtendam in ſequentibus multis Patrum productis teſtimonijs: ubi etiam oſtendemus qua de cauſa & quo tempore ceſſaſſe veroſimile ſit.

3. & adhuc extat de Deinde dico, eſſe præceptum Eccleſiaſticum, & adhuc extare de ſuſcipienda confirmatione, ſaltem poſt ſeptennium. recipienda ſimpliciter In hac opinione duæ ſunt partes: prima eſt, eſſe præceptum Eccleſiaſticum ſuſcipiendi confirmationem, quod quidem manifeſtum eſt etiam teſtimonijs Pontificum & Conſiliorum adductis ſupra. Verba enim illorum neceſſitatem oſtendunt, & quamvis quædam eorum non videantur ullam neceſſitatem imponere, ſed potiùs ſupponere, at alij ita loquuntur, ut legem etiam condere videantur. Vt conſtat ex teſtimonio Vrbani Primi Epiſt. ſupra cit. & in cap. omnes fideles de confirm. quęſt. 5. *Omnes fideles poſt baptiſma debent accipere Spiritū Sanctū per impoſitionem manuū Epiſcopi, ut plenè Chriſtiani inveniantur.* Illud enim verbum, *debent*, non ſolùm ſignificat declarationem legis jam conſtitutæ, ſed etiam ſignificat legem novam condi, ut multis teſtimonijs conſtare poteſt: & conſuetudo populi Chriſtiani ubique recepta ſervatur, ut poſt baptiſmum ſuſcipiatur hoc Sacramentum.

non recipientes tempore debito jubentur Eccleſiaſticis diſciplinis ſubijci Extare etiam nunc præceptum ſuſcipiendi conſtat ex eo quod Concilium Mediolanenſe 4. ſub Sancto Carolo. *In cap. de ijs quæ ad confirmationem pertinent*, ſtatuit, *ut is qui determinato tempore non ſuſcipit confirmationem, canonicis ſubijciatur diſciplinis*, non ergo rectè Layman loco citato ſuadet, confirmandum admoneri tantùm, non verò præceptum imponi ſuſcipiendæ confirmationis.

Præceptū quidē divinū extat de ſuſcipienda aliquando confirmatione

præceptum verò hoc eſt determinativum divini: quorum neut: ſi obligat ſub mort: prætcrquam in articulo prof. fidei, ut ſupra.

mationc, oſtendi in ſuperioribus. Determinatum ab Eccleſia tempus ſeptennij, oſtendi etiam in hac parte cap. 1. quare ſi ſemel demus divinum præceptum eſſe de ſuſcipienda confirmatione, nulla ſubeſt ratio ob quam dicamus, determinationem illam ad ſuſcipiendum non habere vim præcepti Eccleſiaſtici, determinantis indeterminatum præceptum. Hoc tamen credo non obligare ſub mortali, ſicut neque divinum obligare diximus, excepto articulo inſtantis occaſionis, profeſſionis fidei coram Tyranno.

4. Sed quæret tandem quis: *an ratione ſuſcipiendi ordinis ſit præceptum ſuſcipiendi confirmationem?* occaſio quæſtionis ſumitur ex decreto Tridentini ſeſ. 23. de reformatione cap. 4. ubi inquit, *non initietur prima tonſura qui confirmatus non eſt.* Non contineri in his verbis præceptũ aliquod docet Suarez d. 38. ſect. 1. Valencia diſp. 5. gen. q. 2. p. 3. Ægidius art. 8. num. 88. Reginaldus in praxi. Alios negantes præceptũ refert Barboſa, in remiſſionibus ad dictum cap.

5. Vetat tridentinum ordinari. non confirmatum ſicut varios alios.

Cæterum mihi videtur verius, in eo loco Tridentini præceptum contineri, idque docent Doctores infra citandi. Verba Concilij hæc ſunt. *Prima tonſura non initientur qui ſacramentum confirmationis non ſuſceperint, & qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & ſcribere neſciant & de quibus probabilis coniectura ſit eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed ut Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.* Hæc Concilium. Ex quibus verbis clarè, meo judicio, colligitur præceptũ; nam doctrina recepta eſt in materia de legibus ex Panormitano: verba imperandi in actu exercito habere ſufficientem vim ad legem conſtituendam.

verba ejus ſunt imperandi in actu exercito.

Quam etiam doctrinam probat Suarez de legibus lib. 3. cap. 15. nu. 8. Tum quia ſuperiorum præcepta hoc modo ordinariè feruntur, & cenſentur ſufficienter fieri, quia ea verba explicant ſufficienter imperium. Tum etiam ex eo quod Tridentinum ſeſ. 13. cap. 7. de Sacerdote, qui urgente neceſſitate abſque prævia confeſſione celebrat cum conſcientia peccati mortalis, ſolùm doceat, *quod quàm primũ confiteatur,* per quę ſola verba legem obligantem conſtituit, ut communis Doctorum intelligentia eſt, et in tractatu de Euchariſtia dictum eſt.

quæ vim legis habent:

(ſicut etiã quando præcipit ſacerdoti ut quam primùm confiteatur ſi &c.)

Vnde prudenter ibi monet Suarez conſiderata proprietate illius locutionis, quod quando ſuperior iſto modo loquitur ad ſubditum, & etiam alijs circumſtantijs, de quorum uſu aliud non conſtat, eum præcipere cenſendum ſit. Et cum proportione quando decretum ſuperiorum ita fertur, & inter jura ſeu leges, aut præcipientia decreta inferitur, ſub ratione legis ferri videtur; niſi ex alijs conjecturis oppoſitum conſtare poſſit. Hæc eſt doctrina Suarez loco citato.

Ex qua ego ſic conficio argumentum pro noſtra ſententia;

& ea, quibus adjungitur, ſunt tot præceptiva decreta ſub mortali:

hic Concilium loquitur verbo imperandi; *prima tonſura non initientur*, ea ergo eſt lex & præceptum, & non admonitio tantùm ejus quod congruè agendum eſt. Rurſus, ſi ea quibus adjungitur, & quibus inſeritur attendas, præceptiva decerta ſunt; nemo enim dubitat, eſſe præceptivum decretum quod non initietur primâ tonſurâ, *qui fidei rudementa ignorat, & legere, & ſcribere, neſcit*; ſimiliter præceptivum decretum eſt illud, *ne initietur qui ſæcularis iudicis fugiendi cauſâ eum ſtatum elegit*, in quo quidem culpam lethalem agnoſcunt Bannez, 2. 2. q. 12. art. 1. §. ſit ultima concl. Arragon eadem quæſt. 1. dub. 1. Petrus Ledeſma in Summa de Sacramento Ordinis poſt tertiã concluſionem, §. *de la primera*. Manuel Rodriguez in Summa Victoria, in ſumma de Sacramento ordinis num. 240. & ſaltem culpam venialem agnoſcit Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio diſtinct. 31. num 17.

ut de ignorante rudimenta fidei &c.

& fugiente ſæcularem judicem

Cumque verba præceptiva ſint, quibus ſtatuitur, ut non initietur prima tonſura qui non eſt confirmatus & ita infertur, inter præceptiva decreta; cenſendum eſt Tridentinum legem impoſuiſſe, & non Conſilium initiandis. Neque verò ſunt aliquæ circumſtantiæ, ex quibus colligi poſſit, ibi non contineri præceptum. Neque uſus contrarium indicat: Tum quia non pauci Doctores ſentiunt contineri præceptum: Tum etiam quia Epiſcopi id diligenter inquirunt, antequam quiſque initietur prima tonſura.

hinc eſt quod epiſcopi examinent ordinandos an confirmati ſunt.

Sed *qualis ſit obligatio præcepti huius, an ſub mortali, vel veniali*? diſſenſio eſt. obligare ſub mortali docent aliqui quia res gravis videtur: alij dicunt tantùm eſſe peccatum veniale, ſic Lembranus de confir. dub. 3. n. 4. Bonacina d. 3. q. unica p. 4. n. 8. & quidem grave ſine cauſa aliquem ordinare qui confirmatus non eſt, cum Eccleſiaſtica conſuetudo repugnet.

Inclinat animus magis ut ſentiam eſſe peccatum mortale, ſicut & initiari animo fugiendi forum, quod Bannez, Arragon, Ledeſma, Manuel Rodriguez locis citatis dicunt eſſe peccatũ mortale. Fraudat enim Eccleſiã in re gravi unde ſimpliciter mihi videtur grave, non cõfirmatũ ad ſtatum Clericalem aſcendere; ordinis enim defectus gravis eſt.

& videtur ſub mort: obligare.

PARS SEXTA.

De Ritu hujus Sacramenti in Benedictione Chriſmatis.

CAPVT VNICVM.

Quæ Cæremoniæ interveniant in collatione hujus Sacramenti?

SVMMARIVM.

Diſtribuitur ordo ſervandus in hoc capite num. 1.
Quid nomen, Chriſma, ſignificet, & unde derivatum? num. 2.
Qualiter conficiatur hoc ſacrum unguentum num. 3.
Quando conficiatur num. 4.
Diverſus uſus Eccleſiæ Latinæ & Romanæ in confectione Chriſmatis, num. 5. & 6.
Veneratio quæ exhibita fuerit vaſi, in quo reſervatur ſacrum Chriſma? & refertur miraculum, num. 7.

SOlùm iam ſupereſt agamus de cæremonijs quæ in hujus Sacramenti adminiſtratione requiruntur. & primo agemus de his quæ ſervantur in conſecratione Chriſmatis, quæ eſt materia ſacramenti, & deinde de his quæ ſervantur in hujuſmodi ſacramenti adminiſtratione.

2. Quod ad primum attinet, multa ex ijs, quæ ad chriſma pertinent, in ſuperioribus tradita ſunt. materia ejus remota vocatur Chriſma,

Quod ad nomen attinet, hæc, quæ ad ſacramentum Confirmationis materia eſt, Chriſma principaliter appellatur. Nam Chriſma generali voce apud Græcos Vnctionem, ſicut quodlibet unguenti genus ſignificat: docet Auguſt. tract. 33. in Ioan. & Serm 47. de Verbis Domini. Caſſiodorus ad c. 1. canticorum, Iſidorus lib. 7. Originum c. 2. Rabanus Maurus lib. 1 de inſtitutione Clericorū, c. 30. quo nomine græci ſignificant quod libet unguentū.

Vſu tamē ſacro nomen Chriſma ſignificat per excellentiam ſpeciale quoddā unguentū complectens odoratarias & unguentarias compoſitiones, quarum uſus ſæpe in ſacris literis: genus autem ſpecialis ac ſacratiſſimæ hujus compoſitionis apud ſacros auctores chriſma appellatur: ſic appellavit Ioann. in Apoc. c. 2. & in multis locis legunt 70 Interpretes, qui unguentum, quo Sacerdotes ungebantur, chriſma vocarunt, ut recte indicat Noſter Fortunatus Scachius, in ſacrorum myrothechio Elæochriſmatum c. 1 & ſancti Patres confitentur, qui etiam unctionem quæ ex oleo & balſamo ſolemni Epiſcopi benedictione conficitur, illud chriſma principale appellarunt. Vt conſtat ex ordinario Romano, dictumque chriſma principaliter quatuor de cauſis, quas ſacro tamē uſu confectionem odoriferam & ſpecialis ex oleo & balſamo

ſis, quas recenſet D. Bonavent. in 2. diſt 23. in principio, ubi videre poteris.

Secundo ergo Chriſma conficitur mixtione olei & balſa-
3. mi, ut ſupra oſtenſum eſt. Rationes autem quare ea mixtio fiat olei & balſami, affert Durantius in rationali lib. 6. c. 64. vide ibi à num. 10. uſque ad 13.

4. quod quo annis in cœna, D. benedicitur vetere combusto,

Tertio chriſma ex oleo & balſamo ſingulis annis benedicitur, & conſecratur feria 5. in Cœna Domini, & vetus comburitur, quod & ſerio præceptum eſt, & graves impoſitæ pœnæ tranſgredientibus, idque præceptum à tempore Apoſtolorum manaſſe creditur, conſtat enim ex ſuperioribus p. 2 c. 2. in fine: quare feria 5? videatur Albinus Flaccus pag. 47. col. 2.

5. apud græcos quidem à ſolo patriarcha cōflant.

qui alijs epiſcopis diſtribuebat à quibus accipieban presbyt:

Sed in hoc diverſa Latinorum, & Græcorum coſuetudo fuit, nam apud Græcos, nec cæteri Græcorum Pontifices chriſma conficiunt eo die, ſed dumtaxat Patriarcha Conſtantinopolitanus, à quo reliqui accipiunt & ſuis Præsbyteris diſtribuunt, quo indicatur, eum à quo chriſma ceteri acceperint illis ſuperiorem eſſe.

ad ſignificandam ſubordinationem.

Atque hac de cauſa Romana Eccleſia olim, antequam deficeret ab ea Orientalis, mittere chriſma ſolita erat Conſtantinopolitanis. Qua chriſmatis deferendæ occaſione abuſi nonnulli, & in utilitatem ſuam anſam calumniæ Græcis præbuerunt. id quod in tractatu adverſus Græcos quidam ex Dominicana familia, cujus liber manu ſcriptus extare dicitur in Vaticana Bibliotheca n.° 4066. teſtatur accepiſſe ſe, cum de cauſis diſſenſionis cum Græcis ageret. Vera inquam occaſio fuit illa, quam ipſe aliique in familiari colloquio nobis aſſignaverunt, videlicet ſuperba nimis exactio Legatorum Papæ.

quare etiā huic Patriarchæ à ſe confectum olim Papa mittebat cujus delatione quidā per avaritiā abuſi græcis occaſionem calumniæ præbuerunt.

Dicebat namque, quod, quando Summi Pontificis Cappellani ab ipſa Sede Apoſtolica annuatim Conſtantinopolim chriſma deferebant, niſi octuaginta libræ auri à Clero, & populo urbis, poſt alia dona & munuſcula eiſdē impenderentur, non recedebant.

exigebant enim delatores cappellani Papæ inter cætera munera 80. libras auri à clero & populo urbis.

At apud Latinos ſinguli Epiſcopi in ſuis Eccleſijs chriſma conficiunt, & ab illis presbyteri eo die chriſma accipere ſolent, ut conſtat in primis ex Concilio Valentino Galliæ, decreto 6. à Severino Binio ex decretis Gratiani, & Hugonis noviſſimè adducto. Presbyteri qui diœceſanas Eccleſias regunt, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuo, non per juniorem Clericum, ſed per ſeipſos, aut per illum qui ejuſdem ordinis ſit, ante Paſchæ ſolemnitatem chriſma petant. ex Concilio Baſilienſi 2. c. 3. ubi ait, *per ſingula territoria miniſtri vel presbyteri ab Epiſcopo (non pro ut libitum fuerit) à vicinioribus, ſed a ſuis propriis per annos ſingulos petant chriſma, appropinquante ſolemnitate Paſchali. Nec per quemcumque Eccleſiaſticum, ſed ſi qua neceſſitas, aut miniſtrorum occupatio eſt, per Subdiaconum, quia inhonorum eſt, inferioribus ſumma committi,*

apud latinos conficitur ab omnibus epiſcopis, & illis tribuitur in presbyteris ſubditos eccleſias regentes immediatè vel mediatè ijs impeditis

optimum eſt autẽ, ut ipſe, ſuſcipiat, qui in tradendo uſurus eſt, ſi quid autem obſtat, ſaltem is, cuius officium eſt, ſacrarium diſponere, & ſacramenta ſuſcipere.

aliquando etiam mediante diacono vel ſubd:

Ex quibus conſtat nonnumquam ipſum chriſma, ad preſbyterum transmiſſum. Deinde presbyteros, aut ſis morbo vel alia cauſa impeditis Diaconum aut ſubdiaconum ad chriſma accipiendum miſſos.

vas deputatum ſervando chriſmati dicitur chriſmale

7. Sacro chiſmati ſervando vas deputatum, quod in ſumma veneratione habitum, & chriſmale appellatum, ut plures Patres meminere. Vide Optatum Milevitanum: ubi inſigne miraculum ſcribit *repoſita erat quadam ampulla, & aſſervata in loco ſacro, quod chriſmarium dictum eſt (chriſmarium namque videtur eſſe locus in quo ſervabatur chriſma ut meminit Gregorius) ubi domus adiuncta Eccleſiaſticæ domui incendio maximo cremabatur, ut ſcintillæ cum carbonibus in Eccleſiam impellerentur, vento ea S. ferente.* Sed illo de pulvere beati ſepulchri ſecum habente, clavato chriſmario contra ignem exortus ſubito ventus contrarius flammis, eas à loco Eccleſiaſtico avertens aliam pepulit in partem, & ſic domus Eccleſiæ liberata eſt:

& locus, chriſmariũ

extra quẽ non licebat chriſma ſervare.

Ex quo conſtat Chriſmarium locum eſſe in ipſa Eccleſia, neque alibi permiſſum Chriſma ſervar. quod etjam præcepit Concilium Mediolanenſe ſub Sancto Carolo. 2. c. & conſtitutiones Mediolanenſis Eccleſiæ lib. 2. cap. 1. num. 20. omitto res alias, quæ ſpectant ad Chriſma, materiam vaſis, formam, velum quo tegitur & modum conſecrationis, quia ad præſens inſtitutum non pertinent, ſimiliter alia ad ritum attinentia conſulto omiſimus. Nã alibi Deo dante de illis ſpecialiter agemus, hęc ſint ſatis pro hac relectione.

INDEX

RERVM ET MATERIARVM, QVÆ In hoc LIBRO CONTINENTVR.

Primus numerus, Folium, Secundus, columnam indicat.

ABSOLVERE

AB omni peccato poteſt quilibet confeſſarius, niſi ſit reſervatum fol 152. col. 1.

ABSOLVTIO Vid. Pœnitentia.

ALBANENSES

Vtebantur Græco. ũ ritibus f. 170.c.2.

Eorum inter latinos commorantibus presbyteris vetitum confirmare à Clem. 8. ib. & quare? ib. & ſeq.

Vid. Græci

ANALOGIA

Inter vitam ſpiritualem & corporalẽ, fol. 11. col. 2.

ANANIAS

Paulo manus impoſuit ante baptiſmum. fol 112. col. 1.

Non ut confirmaret. ib.

ſed ut reſtitueret viſũ ib. & 123.c.2.

Erat tantùm diaconus, vel preſbyter unus ex 72. diſc. ib.

Vid. Paulus.

APOSTOLI

Soli dederant Sp. S. non ut preſbyteri, ſed ut epiſcopi fol. 132. & ſeqq.

Eorum ſucceſſores ſoli epiſc. ib.

Non Chorepiſcopi. ib. & 134. col. 2.

Dabant Sp. S. non propria authoritate, Sed per orationes ſuas obtinebant, dum manus imponerent, fol. 136. col. 1

Bis acceperunt à Chriſto Sp. S. ſemel in terra, ſemel in cælo exiſtente fol. 140. col. 1.

Primò quidem ad dilectionem proximi: 2. ad dilectionem dei ib.

Primum ſignificat unctio in vertice 2. fronte ib.

Non ſunt ordinati epiſcopi in cæna Domini fol. 27. & 28

Sed poſt reſurrectionem ib.

Non confirmarunt ſola manuum impoſitione fol. 76. & deinc. per tot. cap.

Quam ſoli exercuerunt fol. 80. col. 1. & 132. ſed unctione, qua aliquando uſi ſunt ib.

Qua & Sp. S. dabant 81. col. 2.

Non caruerunt balſamo ob paupertatem fol. 77. col. 2.

Quia poſſidebant facultates omnium chriſtianorum. ib.

Solà tamen manuum impoſitione quaſi ex privilegio conferebant effectum confirmationis f. 82. c. 2. & 83. & quis ille? V. effectus.

Magna eorum cura ut unicuique manus imponerent. fol. 116. c. 2. & 178, cap. 2.

In Pentecoſte plenius accepêre Sp. S. quàm ante fol. 120. cap. 1.

Acceperunt gratiam internam & gratis datam. ib.

Quam utramque diu contulit confirmatio fol. 117. col. 1.

Poſtea tantùm internam ib.

Vid. Impoſitio manuum. Confirmatio

AQVA

Ad Euchariſtiam conficiendam neceſſaria ex præcepto. & quaſi. fol. 36 col. 1.

Omiſſa ante conſecrationem non miſcetur poſt, fol 48. col. 1.

Baptiſmalis infuſione unguenti conſecrata. fol. 163. c 2.

ARMENI

Dicebant confirmationem eſſe nudam cæremoniam qua examinabantur pueri in infantia baptiſati fol. 7.c.2

Vnde negabant confirmationem eſſe ſacramentum, ib. & 159. col. 1

Reſpectu conc. flor. fuere pij & fideli. fol. 149. cap. 1.

Vid. Græci.

ARRIANI

Simul cum baptiſmate confirmabantur in occidente fol. 6. c. 2.

Vid Græci.

AVCTORITAS.

D. Aſterij in 7. ſynodo fol. 89.

Beſſarion, in conc. flor. ib. c. 2.

Qui mores Græcorum optimè callebat. fol. 90. c. 1.

Conci-

Concilij gen. non eſt infallibi is ſine conſenſu capitis fol. 151 c. 2.
Definiendi materias fidei requirit infallibilitatem fol. 153 c. 1.

BALSAMVM

Sæpe per materiam odoriferam ſignificatur. fol. 43 col. 1.
Ad confirmationem neceſſarium quod fidei eſt aut fidei proximum fol. 30 & deinceps per 2. cap.
Major eius vis quàm ſacramentalium. quia cauſat gratiam fol. 43 44 & 45
Benedici ur ſeparatim, & etiam ſimul cum oleo olivarum f 44. & 45
Sine eo numquam conſecratũ Chriſma confirmationis. ib.
Non benedicitur niſi in ordine ad mixtionem fol. 47 c. 2
Nec ejus benedictio perficitur ſine halitu. ib.
Ejus non benedicti nullus in eccleſia uſus. fol. 48. col. 1
numquam veri balſami fuit in eccleſia defectus. fol. 50. col. 1
Quod an perſeveret ſecundum formã ſubſtant. an tantùm ſecundum qualitates, perinde eſt ad Chriſma f 50
Modo habeatur ſignificatio odoris. ib.
Crevit abundanter in Iudæa, etiam 5. ſæculis poſt Chriſtum. fol. 77. col. 2.
Vid. Confirmatio

BAPTISATVS

Vngi debet chriſmate in vertice. f. 67.
Ab epiſcopo benedicto. ib.
Vt habetur à Sylveſt. non condente, ſed communiente jus antiquum. ib.
Confirmandus eſt offerendus epiſcopo fol. 136. col. 1.
Triplex eius unctio. fol. 38. col. 1.
Non confirmatus periculosè moritur. fol. 139. col. 1
Et quare. ib. col. 2
Solus eſt ſubjectum confirmationis fol. 76. col. 2

BAPTISMVS

Confirmatione perfici ur & conſummatur fol. 11. c 2. & fol. 12, c. 1. & 90. col. 1. & 108. & ſeq. & 177
Potuit conferre effectum confirmationis; ſed convenientiùs erat aliud fol. 12. col. 1
Inſtitutus eſt in Iordane fol. 28. col. 2
Neceſſarius neceſſitate medij ad ſalutem fol. 54. col. 1.
Eo non eſt uſus ut ſacramento Chriſtus fol. 57. col. 2. ſed ut figura fol. 58. col. 1
Quomodo non eſt uſus unctione Magdalenæ aut ſimili. ibid.
Adultorum baptiſatio deſijt circa tempora Caroli magni. fol. 180.
Suppleri poteſt per votum fol. 57. c. 2. ut & in Bapt. Sanguinis f. 113. c. 2
Fieri poteſt valide in materia non benedicta, non tamen licitè fol. 40
Vocatur ab apoſt. circumciſio, manûs impoſitio, vitæ melioris pactum, crux ſepultura. fol. 84. col. 1
Sacramentum illuminationis. f. 10. c. 1
Non debet à confirmatione ſeparari, niſi mortis impedimento. f. 188. c. 2
Ad eum eſt neceſſaria expreſſa invocatio SS Trin. fol. 99. col. 1
Et quare. ib. col. 2
Vid. Trinitas
Ex inſtitutione Chriſti. ib.
Ejus miniſter validus non requirit conſecrationem. ib.
Qui in eo cauſat inſtrumentaliter gratiam, etiam primam. fol. 95. c. 2 & 110. col. 2
Per eum intratur in eccleſiam. ib.
Dat eſſe ſpirituale fol. 102. col. 1
Repeti non poteſt fol. 104. col. 2
Quia imprimit Characterem f. 108 Et ſeq.
Qui ſubjectatur in animæ eſſentia f. 110
Baptiſmus ſanguinis quomodo ſupponat Bapt. flaminis? f. 113. col. 2.
Habet diſtinctum effectum ab effectu bapt. flaminis. fol. 114. col. 1
Baptiſmus etiam dat robur ad confitendum nomen Dei fol. 119. col. 1
Effectus ejus magis neceſſarius effectu Conf. fol. 121.
Et quomodo hic ad illũ ſe habeat? ib.
Eſt Ianua ad confirmationem fol. 177

BENEDICTIO

Chriſmatis per epiſcopum eſt neceſſaria neceſſitate ſacramenti ad confirm. fol. 25. & deinceps per duo cap.
Ejus neceſſitas non convincitur ex majore vel minore neceſſitate ſacramenti fol. 57. c. 1. & .
Super ea non poteſt diſpenſare Eccleſia fol.

ſia fol. 58. col. 2
Neque enim unquam hoc legitur factum, neque urget ulla adhoc neceſſita, ib. & ſeq.
Omnium ſacramentorum materia adhibenda. fol. 60. col. 1
Non tamen ſemper ut validè adminiſtrentur. ib.
Chriſmatis diſtinguitur ab adminiſtratione Confirmationis fol. 63. c. 2.
Eſt neceſſaria neceſſitate ſacramenti ad confirm. f. 52. & deinc. per 2. cap.
Ad eam eſt neceſſaria invocatio ſp. S. cætera ex præcepto fol. 69
Patriarcha Conſt. cum Archiep. & epiſcopis ſimul hoc olim conficiebat. fol. 97. col. 2
Vid. Epiſcopus. Patriarcha, cõfirmatio

BVLGARI

Male informati à Græcis, à Nicolao primo jubentur reconfirmari fol. 4. col. 1
Ijs perſuaſerant Græci, Chriſma apud ſe jugiter manare, ut prodigijs ad fidem traherent. ib.
Conſulentes Nicolaum primum aliter informantur ib.
Vid. Chriſma. Græci.

CATECHVMENI

Multi coram Tyranno fidem ſunt conſtanter profeſſi, fol. 113
Quorum paſſio ſupplevit vices bapt. aquæ. ib.
Idque propter actum charitatis, quem habebant. ib.
Qui vocatur bapt. flaminis. ib.
Vid. oleum. confirmatio.

CAVSA

Efficiens non eſt de eſſentiali conſtitutione effectus, & conſequenter ſacramenti fol 28. col. 1
Ad eam tamen poſſibilem ordinem dicit. ib.

CHARACTER

Imprimitur in confirmatione. f. 102. c. 2
Et deinceps, per 2 cap.
Obſcuratur, non deletur peccatis fol. 107. col. 1
Non eſt qualitas activa. ib. col. 2
Non eſt ſignaculum primum. f. 108. c. 2
Supponit bapti ſmalẽ, cujus eſt perfectio ib. & à quo diſtinguitur. fol. 109. col. 2. & ſeqq.
Non reſtituit imaginem Dei per Adæ peccatum amiſſam. ib.
Ejus ſubjectum eſt voluntas fol. 110.
Diſtinguitur item à Charactere ordinis ib. & ſeq.
Eſt potentia inchoata ad confirmandum fol 17. col. 2.
Non phyſica, ſicut & ceteri, ib.
Quamvis ſit entitas phyſica. ib.
Significativa inſtitutionis ſeu pacti divini abſoluti vel conditionati. ib.
Vid. Sacerdos, epiſcopus.

CHARITAS

Eam diffundi &c. & Spir. S. dari, idem ſunt fol. 16. col. 2.

CHOREPISCOPI

Succeſſores non Apoſtolorum ſed 72. diſcipulorum fol. 133
Numquam confirmârunt. ib.
Quamvis aliquando præſumpſerint ib. c. 1.
Sunt tantùm ſimplices ſacerdotes ib. col. 2.
Et ideo repræhenſi fol. 134. col. 1

CHRISMA

In Græcia jugiter manare, falſò à Græcis impoſitum bulgaris f. 4. c. 1.
Non creatur, ſed conficitur. ib.
Confectum à Chriſto, aut confici doctum in ult. cœna fol. 14. col. 1.
Ejus varius uſus. ib. col. 2.
Conſtat oleo olivarum, & vero balſamo. fol. 30. & deinc. per 2 cap.
Sæpe per oleum ſignificatur & quare? fol. 43. c. 1.
Separatim ab oleo infirmorum benedicitur, diverſarumque virtutum poſtulatione fol 44. 45. & 46
Vox, Chriſma, communis ex ſe, ex accommodatione tamen eccleſiæ eſt determinata ad ſignificandũ compoſitum ex oleo & balſ. fol. 45. & 46. & 194
Numquã ſine balſamo conſecratũ. ib.
Sine eo non eſſet vera forma confirmationis. fol. 46. col 1
Ob periculum nullitatis ſacramenti, debet renovari quotannis in cœna domini, etiam tempore interdicti, idque ſub gravibus pœnis mandatur ib. & fol 51. col. 1 & fol 194.
Ejus renovatio non eſt de ſacramenti neceſſitate. ib.

neceſſitas

Sicut eſt Benedictio. fol. 52
A qua vocatur ſacratiſſimum, benedictum, ſacrum &c. fol. 53. col. 1.
Non dicitur ſic ordinaria materia Confir. & quare? fol. 59. c. 1. & fol. 65. col. 1
Salutatur non phyſicè ſubſtantialiter abſolutè, ſed relative moraliter, ut ſymbolum gratiæ &c. fol. 61. col. 1
ut Imagines. ib.
Ejus benedictio diſtinguitur ab adminiſtratione confirmationis f. 63. c. 2.
Debet neceſſariò fieri ab epiſcopo, fol. 64. per tot. cap.
Vid. Latini
Non certâ formâ divino jure præſcriptâ. ſi Invocationē S. Sp. excipias 69
Hæc ſi omittatur invalidè, ſi alia conjuncta ex præſcripto eccleſię, illicita eſt benedictio. ib.
Nec ſignum crucis ei eſſentiale. 70
Certo vaſe debet cuſtodiri quod Chriſmale dicitur. 195
Miraculum per illud factum ib.
Locus, in quo reponitur, Chriſmarium ib.
Vid. oleum, confirmatio, Benedictio, Epiſcopus.
CHRISMA BAPTISATORVM
In vertice ungendorum etiam ab epiſcopo benedici debet. 67
Quod inaniter tentabant presbyteri palentini ib.
Cujus uſū habemus à ſylveſtro Pap. ib.
Non tamquam inſtituente ſed communiente jus antiquam ib. 2
CHRISTVS
Non Baptiſavit antequum prædicavit 28. 2.
Nec Apoſtolos miſit ib.
Non eſt uſus baptiſmo vel Euchariſtia ut ſacramentis. 57. 2
Benè tamen ut figura, vel in ordine ad illa 58. 1
Confirmatione conſummatur. 4. 2
Dicitur, unguentū activè & paſſivè. ib.
Promiſit S. ri. S. Eccleſiæ non tantum Apoſtolis & conviventibus. 13. 1
Promiſſionem implevit quoad Apoſtolos die Pent. ib. 2
Benedixit parvulos impoſitione manuum. 5. 2
CONFIRMATIO
Sic dicitur vulgariter ab effectu. 2. 2.
Dat motum ſpiritualem. 102. 1
Confirmat ad Profeſſionem fidei, 3. 1. & 189. 2
Dicitur obſignatio, ſigillum, benedictio, Chriſma, oleum, unguentum ſacrum, ſanctificatum, unctionis, ſanctificum, deificum, perenne. & quare? item: unctio ſupercæleſtis Chriſmatis; regni cæleſtis participatio, perfectrix unctio, & conſummatio, perfectio unguenti Chriſti, manus Impoſitio. & quare? 3. & 4. perfectio baptiſmi. 11. 2. & 99. 1
Chriſtianū conſummat & perficit. 4. 1
Imo Chriſtum ib. 2
Eſt verum legis novæ ſacramentum 8. & ſequent; Vſque, 20
Cùm ſit ſignum viſibile, cujus uſus mandatus, & cui annexa promiſſio gratiæ. 11. 1. & 186. & deinc. per 2. cap.
Quæ tria requiruntur ad ſacramentum ib.
Confert perfectum q. ætatem vitæ ſpiritualis. ib. 2. & 177. 2
Sine ea non eſt aliquis perfectus Chriſtianus. ib.
Eſt ſpeciale ſacramentum & habet ſpecialem effectum, qui tamen potuit annecti ſacramento baptiſmi 12. 1
Non eſt neceſſarium neceſſitate medij ad ſalutem, 54. 1.
Inter Sacramenta 2. locum obtinet. 12. 1.
Conſiſtit in uſu 70 & deinc. per tot. cap. & 85. 2
Et ſtatim à bapt: conferri ſolitum, 12. 1 & 18 c. 2. & 138. & 141. 2. & 177. & ſeqq.
Extare in ſcript. eſt fere fide certum 20. 1
Illud Chriſtus inſtituit determinando materiam & formam 21. & deinceps per totum caput.
Quamvis id hæretici negent. & aliqui Catholici 20. & 22
Frequens ejus mentio ante conc: Meldenſe, & Melchiadem Papā. 21. 1
Traditum eſt ab apoſtolis 22.
Chriſtus illud non contulit. ſed tantū Baptiſmum & Euchar. ib.
Inſtituit, non quando dicitur manus impoſuiſſe 21. & 23.
Quando eam figuravit. ib.

Voca.

Vocatur tamen congruè manûs impoſitio. Vid: Impoſitio manuum.
Non in die Pent. 23. & 24.
Sed in nocte cœnæ f. 24. & deinceps uſque fin. cap.
Cum Chriſma aut confecit, aut conficere docuit, & Spiritum S. promiſit, non ſolis apoſtolis dandum, ſed omnibus fidelibus f. 24. & 25. & fol. 177. 1
Neque etiam eſt inſtitutum Ioan. 20. 28. & 29.
Fuit in pentecoſte manifeſtatū 23. 2.
Ejus materia remota eſſentialis chriſma, quod conficitur ex oleo olivarum & verò balſamo, 30. & deinceps per duo capita.
Non tamquam parte integrali, ſed eſſentiali. 41. 2.
Quod debet benedici ab Epiſcopo, nō præcepti tantùm, ſed etiā ſacramenti neceſſitate 51. & deinc. per 2. cap.
Ejus benedicendi non eſt præſcripta certa forma divino jure 69
Excepta Invocatione Sp. S. ib.
Quæ eſt eſſentialis ib.
Qui hanc omitteret invalidè qui alia illicitè benediceret ibid.
Vid. forma
Materia ejus proxima eſt unctio f. 71. & deinceps per tot. cap.
Quæ debet fieri in forma crucis eſſentialiter. ib. 2. & 96. 2
Vnde ſacramentum vocatur, ſignaculum ſive ſigillū Dominicum & vexillum crucis ib.
Debet fieri in fronte 72. & quare? ib. 2
Cum ea poſſent etiam licitè aliæ partes ungi, ubi talis eſſet conſuetudo. 72. 2
Vt eſt apud Græcos. ib.
Debet fieri manu confirmantis, immediatè ib:
Pollice, tantùm ex præcepto. 74. 1
Forma ejus eſt apud Latin. ſigno te ſigno crucis &c. 94. & deinceps per tot. cap.
Apud Græcos, *ſignaculum doni Spir. ſ.* vel *conſignet te Deus &c.* ambæ validæ 84. & deinceps per totum cap.
Characterem imprimit & iterari non poteſt 102. 2. & deinc. per tot. cap:
Hinc dicitur, ſignum infrangibile, & indelebile 102. 2. & 103 2
Et conſervativū, & manifeſtativū 103. 2
Participatio Spir. S. 104. 1.
Per eum miles deligitur, animus ornatur, bellum geritur &c. ib. 2. & 116. & ſeqq.
Vid V· *effectus*.
Comparatur unctioni poſtiū in Ægypto 101. 1
Non cauſſat gratiam niſi fortè per accidens. 115. & ſeq.
Eam qui recipit in ſtatu peccati mortaliter peccat 115. 2
Peccator ergo ſe diſponat ſaltem per contritionem ib:
Non eſt neceſſaria confeſſio. ib.
Excuſatur quis tamen à morte: per bonam fidem. ib:
Effectus ejus quomodo neceſſarius ad proteſtandum fidem 177. 1
Recedente fictione reviviſcit 116.
Effectus ejus potior, quam Baptiſmi 120. & 140. 1
Vnde ſacramentum dignius ib. & 121.
Vnde à miniſtro digniore confertur. ib. 2
Miniſter ejus ordinarius eſt ſolus epiſcopus 123 ſeqq. & quare ib:
Qui etiam, ut licitè conferat, ſit in ſtatu gratiæ. 132. 1
Eam negligenter ommittentes periculum damnationis incurrunt 139. 2
Et 185. & deinc. per 2. cap.
Collata etiam energumenis. 142. 2. & 182. 1
Quâ ſæpe dæmon expulſus. ib.
Et artes magicæ dijectæ. ib.
Eam rejiciens novatus à dæmone correptus eſt. 143. 1.
Danda eſt amentibus, energumenis, pueris, adultis 181. & ſeqq.
Niſi obſtet conſuetudo. ib:
Alias ut hoc fiat curare debent patrini ibid.
Ad eam recipiendam non datur divinum præceptum naturale. 18 . 2
Adultis neque in re, neque in voto eſt neceſſaria ad ſalutem, 184. 1.
Cum ijs ita neceſſarius non ſit e, ut effectus. ib.
Datur præceptum divinum poſitivum

de recipiendo confirmationem 186. & deinc. per totum cap:
Quando obliget ib:
Quod qui non impleverit actualiter effectum confirmationis non habebit: niſi fortè per votum. 185.
Scilicet virilé perfectionem & robur. ib c 2. & 189. 2
Quod ultimum eſt proprijſſimus effectus confirmationis. ib. 2.
Datur etiam præceptum eccleſiaſticum de recipienda confirmatione 191. & deinc. per tot cap.
Et quando obliget. ib.
Eſt divini determinativum 192. 1
Neutrum obligat ſub mort: niſi certa conditione. ib:
Non recipientes tunc jubentur ſubijci eccleſiaſticis diſciplinis. 191 2.
[illegible]us defectus fidelium ruina 185. 2.
Et quamvis præparatio animi ad fidem confitendam poſſit obtineri alijs medijs 186. 1
tamen confirmatio eſt certum medium. 188. 2
Hinc eam ſuo tempore negligens eſt prodigalis. ib.
Et inſtar proijcientis arma tempore pugnæ ib.
Non tamen ejus omiſſio cenſetur contemptus 190. 2
Vid. effectus materia, forma miniſter epiſcopus, oleum.

CONFIRMARE.

Subinde ſignificat, dare gratiam actualem &c. 17. 1
Subinde gratiam habitualem & fidem ib. 2
De novo confirmari jubetur ſolo oleo unctus 47. uſ. 50
Sed ſine ſolemnitatibus, causâ evitandi ſcandali 49. 2
Aliquando commiſſum ſimplici ſacerdoti. 59. 1
Sed oleo per epiſc. benedicto ib. & 85. 2
Numquam diacono 112
Quando deſierit uſus confirmandi ſtatim à bapt. 179
Et in quod tempus dilata confirmatio? ib. & ſeq.
Aliquando ad 7. diem à bapt. quò uſque Baptiſatus albis induebatur. ib.
Aliquando ad duodennium, quando poterat ad ordines promoveri ib.
Aliquando ad ſeptennium. ib
Vid. Miniſter confirmatio, effectus.

CONFIRMATVS.

Olim tantummodo exponebatur perſecutioni, ceteris occultè credentibus 119. 1
Vocatur Chriſtus 185. 2
Majorem gloriam habebit quam non confirmatio. 186. 1
Niſi quis ſit confirmatus ordinari non poteſt neque tonſurari 192. & ſeq.
Super quo ab ordinante examinandus ibid.

CONCILIVM.

Conſtant: malè audijt Romæ ob can. de præeminentia ſedis conſtantin: 89. 1.
Generale non habet infallibilim auctoritatē ſine conſenſu capitis. 151. 2.

CONTSANTINVS

A Sylveſtro Pap. confirmatus unctione Chriſm. in fronte per formam crucis. 71. 2. & 86. & 87
Idque corā clero reſpondente, Amē ib.
Vid. Confirmatio.

CORNELIVS

Cum ſocijs ſuis accepit Sp. S. ante bap. 113. 1.
Idque per miraculum. & quare? ib.

DENOMINATIO

Sæpe deſumitur à [illegible]milibus 24. 1.

DIACONVS

Regere plebem poteſt 131 1
Idque ſine epiſcopo aut preſbytero. ib.
Quando confirmandos debet adducere ad epiſcopum. ib.

ECCLESIA.

Ad eam conſtituendam requiritur clerus & populus chriſtianus 129. 1
Orientalis arrianos confirmando, occidentalis manus imponendo reconciliabat 6
Sed occidentalis novatianos ſimul cōfirmabat. ib.
Occidentalis olim etiam certo tempore ſolùm confirmabat. ib.
Varias habuit conſuetudines pro varietate temporis ib.
Olim non æreis, at ligneis inſtrumentis pro campanis utebatur. & quare? 43. 1
Non poteſt diſpenſare in benedictione chriſ-

ne chriſmatis 59. 2
Sicuti poteſt in reſidentia epiſcoporum, aut in votis. & unde hoc colligatur. ib & ſeq.
Non habet poteſtatem diſponendi circa ſubſtantiã, ſacramenti, bene tamen circa uſum. ib.

EFFECTVS.

Si ſit, ſpecialis gratiæ, denotat speciale ſacramentum 11. 1
Vnde quamvis potuerit effectus confirmationis conferri per bapt. convenientiùs tamen ad eum eſt ſpeciale ſacramentum inſtitutum 12. 1. & 115
Effectus Euchar: eſt alere ſpiritualiter ib. & 102. 1.
Effectus dationis Spir: S. alius ab effectu baptiſmi 13. 2
Eſt que roboratio ib. & 117. & ſeqq.
Effectus etiam confirmationis eſt character 101. 2
Qui manet etiam in peccatore 104. 1
Et poſt mortem 103. 1
Item augmentum gratiæ & nobilitas quædam animi gratiæ baptiſmalis perfectiva. 181. 2
Item militem deligere, animum ornare, bellùm gerere. &c. 103. c. 2. & 117. & ſeqq & 177. 2
Eſt neceſſarius ad fidem proteſtandam 177. 1
Quomodo haberi ſine baptiſmo aut ejus effectu poſſit? 112. & ſeqq.
An aliquando ſic habitus? ib.
Eſt gratia habitualis ſecunda, 115. ſolo numero diverſa à gratia bapt. ib
Et gratia actualis ſpecie diſtincta. ib. & deincep. per tot cap.
Effectus confirmationis non eſt robur contra tentationes diverſas hujus vitæ 118. 2
Quod cauſatur ab alijs ſacram & alijs medijs obtinetur ib.
Vid. confirmatio.

ENERGVMENI

Olim dubitatum an deberent baptiſari & quare? 142
Baptiſabantur tamen à ſacerdote & ungebantur poſtea, & accipiebant manùs Impoſitionem ib.
Ejus unctionis effectu. ib.
Iiſque etiam ſæpe data confirmatio ib. 2.
Et Euchariſtia. 143. 1. & 182. 2
Vid. confirmatio.

EPISCOPI

Increpati, quod chriſma quotannis non conficerent, quomodo ſe excuſaverint? 37. 1
Super eorum reſidentia poteſt diſpenſare eccleſia 28 2
Vnde colligatur ib.
Duplex munùs eorum in ordine ad Confirmationem 172 1
Dicuntur ordinarij miniſtri confirmationis, & quare? 59. 1. & 123. & 125
Sunt miniſtri neceſſarij benedictionis Chriſmatis 61. & deinceps. per tot cap.
Græci olim ſimul cum patriarcha hoc conſecrabant. 90. 2
Sunt quaſi ſupremi principes & duces militiæ ſpiritualis. 123. & 125
Hinc ſoli ſunt confirmationis ordinarij miniſtri 121. & deinc. per 5. cap. & 146. 2
Et ordinis, & aliquorum aliorũ 135. 2
Sunt presbyteris ſuperiores ib. & ſeqq. & 154. 2
In eccleſia latina cum his diſpenſare non poſſunt ut validè confirment. 149. & ſeqq.
Sed ſolus Papa. ib.
Bene tamen in græcia 153. & ſeqq.
Poſſent tamen niſi hæc diſpenſatio eſſet Papæ reſervata 151 & 175. 1.
Quomodo poſſint in ſua diœceſi quod papa in eccleſia ib. & ſeqq.
Papæ ſunt ſubjecti. ib.
Quomodo diſpenſant in votis ib.
Et in impedimentis matrimonii ibid.
Quæ aliquando conſtituerunt ibid.
Sicut & religiones approbaverunt ib.
Non tamen habent infallibilitatem 153. 1
Sunt apoſtolorum ſucceſſores 154. 1
Presbiteros judicant 155. 1.
Cum his populus Chriſtianus commiſſus ſit, & res eccleſiæ ib.
Ad titulum ſemper ordinati ib 2.
Qui non poteſt eſſe villa, niſi ſubjici epiſcopo civitatis velint. ib
Eorum functiones requirunt plures presbyteros. ib.
Deſerentibus eccleſiam ſuam pœna injungitur ib. 1

Sicut alijs ſacerdotibus, ſed diſtincta. ibid.
Epiſcopi & epiſcopatus nomine intellectus apoſtolus & apoſtolatus. ib. & ſeq
Dicti etiam presbyteri.& quare? 157.1
Olim aliquo ſed pauco tempore cum apoſtolis & presbyteris conſidebant in conc. 157
Nunc verò presbyteri tantùm horum conſiliarij & aſſeſſores ib.
Eorum aliqua munera uſurpabant ſimplices ſacerdotes initio naſcentis eccleſiæ. 160. 1
Aliquando tantùm de facultate primarij epiſcopi, inferiores ordinabant & confirmabant ib. 2.
Eorum poteſtas ampliſſima. 161
Quomodo ad functiones omnium ordinum ſe extendat ib. 1. & 162. 2
Habet etiam proprias ib.
Qualis eſt ordinatio, chriſmatis confectio,& altaris conſecratio. ib.
Quomodo dependenter ab ea ſimpl. ſac. officia ſua obeat? ib. 2. & 164 1
Inter quæ erat unguenti olim adminiſtratio ib.
Ad eorum poteſtatem juriſdictionis non ſpectat conficere Chriſma vel confirmare. 173. 2.
Hæc enim ijs competit ante conſecrationem ib.
Et ab ijs poteſt auferri per ſuperiorē ib.
Quod verum non eſt de illorum poteſtate ordinis ib.
Functiones autem hæ ſunt multum diverſæ & ſeparabiles 174. 1
Epiſcopus eſt neceſſarius miniſter confirmationis. Independens à diſpenſatione 175. 2
Non ex determinatione eccleſiæ ſed ex inſtitutione Chriſti 175. 1
Qualiter non eſt ſimplex ſacerdos ib.

EVCHARISTIA

Ejus effectus eſt alere ſpiritualiter 12. 1
Inſtituta ante ſacramentum ordinis 29. 1.
Ea non eſt uſus Chriſtus ut ſacramento 57. 2
Bene tamen in ordine ad illud 58. 1
Valide fit in materia non benedicta, non tamen licite 60
Dicitur Agnus paſcalis 84. 1
Dat conſervationem eſſe ſpiritualis 102. 1
Recedente fiction e reviviſcit 116. 2
Cauſat 2. gratiam, non primam, niſi forte per accidens ib.
Apoſtolis data ante Confirmationem. 115. 1
Hinc colligitur æquè ad non confirmatum, atque ad confirmatum ſpectare ib.
Simul cū baptiſmo olim collata. 161. 1

FAVSTVS

Quomodo ex Abbate factus ſacerdos? 124. 1

FORMA

Confirmationis non conſiſtit in benedictione Chriſmatis 85. 2
Quæ non eſt determinata à Chriſto, præter invocationem ſpiritus S. 69
Forma græcorum. 85. & deinc. per tot. cap.
Alia à forma latinorum, valida tamē 91. 1. & ſeq.
Tria requiſita exprimit. ib. 2
Perfectum ſenſum habet: quamvis verbum in ea nullum exprimatur 92. 1
Et in ea ſignificatur perſona miniſtri. 92. 2
Eſt enim idem ac, *do tibi ſignaculum* &c. ib.
Forma equidem ſacramentorum debet eſſe practica oratio 93. 1
Valida eſt, *conſignet te Deus* &c. 93. & 94.
Quia idem eſt ac, *conſigno te* &c. ib.
Latinorum valida, & vetuſtiſſima 93, deinc. per tot. cap.
Explicat cauſam principalem effectus, effectum, ſignum militiæ, actionem miniſtri. 95. 1
Idque ſive activè ſive alio modo proferatur ib
Et non eſt eſſentiale, exprimi ſignum crucis in actu ſignato ib 2
Si tamen hoc fiat, expreſſio eſt pars eſſentiā ib. & ſeq.
Debet tamen ſignificari explicitè vel implicitè. 96. 2
Idem dicendum de voce, *Chriſmate ſalutis*. ib.
Idem de alterutro, *ſigno*, vel, *confirmo* 97
De ejus etiam eſſentia non eſt diſtincta i

Ea invocatio SS. Trin. 98. 1
Vid. Confirmatio. &, vox.

FRONS

Verecundiæ ſedes 72. 2
Hinc in ea ſit unctio confirmationis. ibid.

GENTILES

Fideles acceperunt Sp. S. ſicut apoſtoli 15. 2. & 16. c. 1

GRÆCI

Arrianos reconciliabant confirmando 5. 2. & 72. 2. & 87. & 100. 1
Bulgaris impoſuerunt, chriſma apud ſe jugiter emanare 4. 1
Formam Confirmationis aſſerebant eſſe benedictionem Chriſmatis. 70. 1. & 85. 2.
Quod ſolum aiebant eſſe ſacramentũ confirmationis, ib. 2.
Dum ungunt utuntur hac forma Signaculum donationis Spir. S. amen. 86. & 87.
Præter frontem, ungunt aliquas alias partes corporis. 72. 2. & 90. 1.
In quo eccleſia lat. numquam ſe ei oppoſuit. ib.
Et ad ſingulas unctiones repetunt formam ib. & 97. 2.
Quam habuerunt legitimã 87. & ſeq
Debent cum Latinis convenire in eſſentialibus ſacramentorum 85. 2
Eorum presbyteri olim ſuorum rituum multum obliti 89. 2.
Vetiti confirmare. 80. 2.
Eorum archiepiſcopis & epiſcopis permiſſum ut cum Patriarcha chriſma conficerent ib.
Vid. Patriarcha.
Alijs cæremonijs quam latini baptizant, 91. 1
Simul confirmant utentes alia forma quam latini. ib. & 160
Quæ perfectum ſenſum habet 92. 1
Apud eos, ſi bapt. dubius, confirmatio ſub conditione repetenda 91. 1
Eorum tria requiſita expl cat. 91. 2
Non exprimitur in ea invocatio SS. Trin. 98. 2
Ritus eorum in confirmatione. 97. 2
Ea imprimi primum characterem ajebant 108. 1
Hinc latinis indignati, quod ſimul cum bapt. non darent Conf. ib.
Olim iterabant ab hæreticis collatum & quare? 100. 2
Et poſt etiam quoſcumque ab hæreſi redeuntes re confirmabant 101. 1
Et hæretici putant deleri characterem confirm. ib.
Sicut & quacumque negatione fidei ibid.
alij dicebant per confirm: non imprimi characterem, piè tamen hoc credi ib.
Recentiores rituale corruperunt 106. 2
Abſfuerunt a concil. flor. in unione armenorum 148. 2.
Ejus tamen fuerunt pars. ib.
Quod ijs abſentibus manſit generale. ib.
Eorum presbyteri confirmant ex diſpenſatione epiſcoporum 153. 2
Et hoc ex antiqua conſuetudine 159. & ſeqq.
Et à Pont. approbata 169.
Non agnoſcunt cum Ægyptijs aliam unctionem in baptiſmo quam confirm: 160. 1. & 163. 2
Baptiſmum autem non conferebant ſine unctione. ib. 1. & 166
Cum quo ſimul dabant Euchariſtia ib.
Confirmabant latinos ad ſe venientes, & quare? 165.
Et viciſſim ab ijs ungebantur. ib. & quare? ib.
In ſicilia latinis epiſcopis ſubeſſe jubentur, & ab ijs viſitari. 169. 2
Latinis chriſmatis delatoribus indignati. Vid. latini

GRATIÆ GRAT: DATÆ

Olim dabantur ſigno aliquo viſibili 15. 2
Scilicet impoſitione manuum ib.
ſubinde etiam datæ Impijs hominibus abſque gratia ſanctificante ib.
Aliquibus non omnibus confirmatis olim datæ 16 1. & 117. 1

GRATIA SACRAMENTALIS

Datur à miniſtro ſacramenti mediante ſacramenti eſſentia, non ſacramentalibus 43 2. ex opere operato. 115 1
Per diverſa ſpecie ſacramenta datur eadem ſpecie habitualis, non actualis. 111
Actualis & habitualis ſecunda ſunt effectus confirmationis. 115. c 1 & deinc.

deinc. per tot. cap.
Diſtincta à gratia baptiſſimi. ib. 1 Vid. V. effectus & confirmatio.
Sine habituali non datur Spiritus S. 115. 1.

HÆRETICI

Per impoſitionem manuum dicunt ſolum ſignificari cæremoniam fidei approbativam 14 2. aut conferri donum linguarum aut ſimile 116.
Negant balſamo adeſſe virtutem gratiæ cauſativam. 44. 2.
Rident benedictionem chriſmatis 52. 1.
Negant ſacramentũ confirmationis. 7
Ridendi quod ignorent nos alloqui res inanimes per proſopopæiam 60. 2
Recipi apud græcos ſoliti per fidei profeſſionem, abjurationem hæreſis, & confirmationem. 87 & 138. 1
Etiam ſubinde hoc factum jubente eccleſiâ. 101. 2. & 105. 2. & ſeq & 141. 2
Confirmatio ab ijs collata iterabatur à græcis olim 100. 2
Item baptiſmus. ib.
Hæretici verè baptiſati & confirmati ungebantur olim chriſmate 106. & 107
Vt refricaretur in ipſis memoria candoris & roboris in bapt. & conf. olim acceptorum ib. 1
Idque à ſimplici ſacerdote. 106. 2
Sicut & abluebantur balneo. 106. 1

IACOB.

Benedixit filijs impoſitione manuum 5. 2

IMPOSITIO MANVVM

Significat confirmationem. 14. 1. & 2. & 19. 2 & 137. 2
Hæretici dicunt tantùm ſignificare approbationem fidei ib.
Sed erat certum ſignum dandi Spir. S. 15. 1. & 74. per totum caput.
Et imponendi poteſtas erat donum Dei ib. & 74. 2. & deinc. per tot. cap.
Quod agnovit Simon magus 15. 1
Non tantum ſignificabat & cauſabat poteſtatem miraculorum & alias gratias grat datas. ib 2. & 116
Quæ per eam conferebantur. ib.
Eſt generalis cæremonia 75. 2
Vnde aliquando uſurpatur pro ſacramento ordinis, 5. 2. & 20. 1. & 123. 2
Subinde pro ritu quo hæretici & excommunicati eccleſiæ reconciliabantur ib.
Item cæremonia in extrema unctione & exorciſmis adhiberi ſolita ib. & 19. 2. & 142
Item pro benedictione ib. 2 & 106. 1
Qua Chriſtus parvulos: Iacob filios benedixit 5. 2
Quando iterari poſſit quando non 5. 2
Ea, quâ ſolâ apoſtoli Spir. S. dabant non erat ſacramentum conf. 76. & deinc. uſ fin. cap.
Subinde ſignificat unctionem 77. 1
Diverſam verò fuiſſe cæremoniam ab unctione conf. declaravit eccleſia 78. & ſeq.
Cum dicat unum alteri ſucceſſiſſe, & unum fuiſſe ſignificatum per alterũ ibid.
Signum verò diſtinguitur à ſignato & idem non ſuccedit eidem. ib.
Diſtinguitur etiam ſignis viſibilibus fieri tunc ſolitis 84. 2
Erat ſacramentum, id eſt, res myſtica ibid.

IMAGO

Salutatur relativè moraliter 61. 1.
Per vocem, Salve, quæ non ſemper ſignificat: Deus te ſervet. 61. 1.
Imago Dei non amittitur ſed obſcuratur per peccatum 108. & ſeq.
Diſtinguitur à ſimilitudine. ib.
Cum illa in donis naturalibus, hæc in dono gratiæ conſiſtat ib.
Quamvis hæc inter ſe aliquando confundantur ib.

IVS DIVINVM.

Ejus diſpenſatio non ſuppletur per bonam fidem 171. 1

LATINI

In confirmatione utuntur alia formâ à græcis 91. 2
Debent uti forma eccleſiæ Latinæ ib.
Obſervantiores ſuorum rituum præ græcis. 89. 2
Et in iis rationabiliores 165. 1
Non ſemper contulerunt confirmationem cum baptiſmo 163. 2. & 166
Sed ejus vicariam tunc adhibuerunt, unctionem in vertice ib.
Vngebant græcos ad ſe venientes 165. 2
Et viciſſim ad eos venientes ab ijs ungebantur. ib.

Et qua-

Et quare? ib.
Latini deferentes ad Patriarcham Romã chriſma ſordidè avari 194
Et ideo ijs græci indignati ib.
Apud Latinos conficitur chriſma à ſingulis epiſcopis. 195
Ab ijſquè diſtribuitur in parochos ib.
Idquè mediatè vel immediatè ib.
Subinde etiam per diaconum vel ſubdiaconum ib.
Vid græci. confirmatio. chriſma &c,

LITERÆ

Apoſtolicæ ſuppreſſæ ſæpiùs ob executionis difficultatem. 168.

MARTYRIVM.

Habet diſtinctum effectum à bapt. flaminis 114. 1.
Illud ſubivêre multi catechumeni, & nondum baptizati 113. 2
In quibus ſupplevit vices baptiſmi æquæ ib. & quomodo ib.

MATERIA SACRAMENTORVM

Remota in quocumque ſacr. eſt aliquo modo benedicta 55. & ſeqq.
Vel contactu Chriſti, vel poſteriore eccleſiæ benedictione. ib.
Et quomodo ib.
In ſacramento pœnitentiæ ſunt ipſi pœnitentes, in matrimonio contrahentes, conſecrati per baptiſm. 6. 56
Vel per unionem hypoſtaticam. 57. 1
Omnes tamen adhuc ordinariè benedici debent, hæc ad validam illa ad licitam ſacramenti adminiſtrationem 60.
Materia confirmationis à Chriſto inſtituta, non apoſtolorum diſignationi commiſſa 30. & 31
Eſt chriſma 31. 2.
Quod eſt compoſitum quoddam ex oleo olivarum, & balſamo, non adulterino; ſed verò ſivè illud indicum ſit, ſive judaicum 32. & deinceps per totum cap. & ſeq.
Huic ſi admiſceatur aliquid odoriferi eſt materia valida non licita niſi apud græcos. 34. 1. & . 38. 2
Niſi per talem admixtionem alia ſpecies exurgat 38. 1
Adulterinum balſamum nulla diſpenſatione validè adhibitum 37. 2
Sed neceſſarium verum, neceſſitate ſacramenti 39. & dein: per tot. cap.
Materia neceſſitate ſacramenti debet benedici ab epiſcopo 52. & deinc. per 2. cap.
Super eo non poteſt diſpenſare eccleſia 58. 2.
Ad benedictionem eſt neceſſaria neceſſitate ſacramenti invocatio Sp. S. cætera ex præcepto 69.
Materia proxima eſt unctio 71. & deinceps per totum cap.
Facta in fronte baptiſati, & quare? 72
Per formam crucis 71. 2
Manu confirmantis immediatè 72. 2
Et ex præcepto etiam pollice 72. 1
Vid. Confirmatio

MATRIMONIVM

Ejus materia ſunt corpora contrahentium 56. 2
Ejus forma regulariter verba 64. 2
Miniſter ejus non debet eſſe conſecratus. 99. 2
Ejus impedimenta olim conſtituit epiſcopus. 152. 1
Sicut & in eo diſpenſat niſi diſpenſatio ſit reſervata. ib.

MINISTER

Sacramenti confert gratiam mediante eſſentia ſacramenti, non ſacramentalibus 43. 2. 99. 2
Quis ſit miniſter ordinarius 122. 1
Confirmationis eſt ſolus epiſcopus 54. 1. & 121. & deinc. per 4. cap.
Extraordinarius eſt ſimplex ſacerd. & ita ſæpe confirmârunt. 143. & deinc. per 2. ſeq. cap. & 164.
Idque ei competit ex vi ord. ſacerdotalis 147. 2
Sicut ordinare & abſolvere 148. 1
Non conſecrare chriſma 164. 2
Vid Epiſcopus, Sacerdos.

MIRACVLA

Facta ſæpe ab impijs 15. 2

MYSTERIUM

Sacramentorum olim velut ſecretiſſimum celebratur 76. 2. & 87. 2
Subinde ſignificatur nomine ſacramenti 84. 2

NECESSITAS.

Unde colligatur in ſacramentis 184. & 187. 2

NOVATVS

Negavit confirmationem 7. 1
In lecto mortis baptiſatus ib.

Non confirmatus. ib.
Eamque rei;ciens à dæmone correptus 143. 1
NOVATIANI
Non confirmant baptiſatos ib.
OLEVM
Olivarum eſt de eſſentia confirmationis 33. & 34
Hoc ſolū ſimpliciter dicitur oleū 34. 1
Aliquando ſimpliciter poſitum ſignificat compoſitum ex oleo & balſamo & quare? 43. 1
Solo oleo unctus jubetur de novo cōfirmari 47. uſ. 50
Catechumenorum ab epiſcopis quotannis debent parochi recipere 66. 1
Quod vocatur, ſacer liquor 66. 2
Vid. Epiſcopus. Sacerdos. Materia. Miniſter.
ORDO
Diaconatus fortè collatus ſine libro Euangeliorum, & quare? 78. 1
Significatus impoſitione manuum 5. 2. 20 1 121. 2
Vt validè conferatur non eſt neceſſaria expreſſa invocatio S. Trin. 98. 2
Semel collatus iterari non poteſt, nec ab eo ordinatus validè poteſt reſilire 104. 2.
imprimit characterem diſtinctum ab eo qui per bapt: vel conf. 110. 2
Minores conferuntur à ſimplici ſacerdote per diſpenſationem. 144. 2
Ordinem ſuſcipere nemo poteſt niſi confirmatus. 192.
Idque ſub mortali. 193. 2.
Super quo rogandi ordinandi ab epiſcopo. ib.
Qui alij adhuc vetentur ordinem ſuſcipere? 192. & ſeq.
PAROCHVS
Quotannis recipit ab epiſcopo oleum catechumenorum. 66. 1
Alioquin ignaviæ aut præſumptionis arguendi. ib.
PAPA
In profeſſione ſua fidei dum electus eſt approbat decreta 8. univerſalium conc. 88. 2
diſpenſat cum ſimplici ſacerdote non inferiore ut validè confirmet 143. & deinc per 2 ſeq. cap.
Etiam tantùm electus 158. 1
Aliqui revocaſſe videntur conſuetudinem, qua ſimpl. ſacer. confirmabant & quare? 166. & ſeqq.
Tam apud græcos quam latinos ib.
PATRIARCHA
Conſtantinopolitanus ſolus chriſma in eccleſia græca conferebat olim. 8. 1. & per totam eccleſiam illam d ſtribuebat ib & 122. 1 & 104. & ſeq.
Et aliquando illud à Papa ipſe recipiebat ſubjectionis profitendæ causâ ibid.
Tandem ei permiſſum ut cum Archiep. & epiſcopis ſuis hoc ſimul conſecraret. 90. 1.
Vid. Græci
PATRINI ET MATRINÆ
Curare debent ne ante ſeptennium quis confirmetur & quare? 180. 2.
Quod tempus tamen ex cauſa juſta poteſt præveniri, & quæ illa ſit? 181. & quare? ib.
Vid. confirmatio.
PAVLVS
Viſum recepit impoſitione manuum Ananiæ. Vid. Ananias. Epheſi baptiſatos confirmavit 178. 2
PERSECVTIO
Ejus tempore olim e[illegible] ebantur, qui ad confitendum in loco perſecutionis manerent ceteris occultè credentibus, illique erant confirmati. 190.
PHOTIVS
Pſuedopatriarcha conſtantinopolitanus auctor ſciſmatis. 22. 1. à 12. pontificibus condemnatus ib
Bulgaris mittit chriſma ib. indignatus Nicolao Papæ & quare? ib. 2
Ideòque conc. gen: componit ad eum condemnandum. ib.
Et literas ad patriarchas orientis ſcribit, errorisque ſui fundamenta tradit ib
Quo docebat quemlibet presbyterum eſſe miniſtrum ordin: confirmationis, cū quibuſdā alijs. ib. & 129. & 159
PHILIPPVS
Vnus ex 7. diaconis ſecundus à D. Stephano. 136
Baptiſavit Simonem magum non confirmavit. ib. 2
PIGNVS
Significat gratiam & characterem confir-

mationis. 17. 1

PONTIFEX

Olim chriſma patriarchis conſtantin: mittere ſolitus, cauſa ſuperioritatis manutenendæ. 8. 1

Vide Papa

POENITENTIÆ SACRAMENTUM

Inſtitutum Ioan: 20. quamvis ante promiſſum. 19. 1

Conſiſtit præcipuè in abſolutione, quæ ſine poteſtate non eſt conceptibilis ib. 2

Satisfactio eſt ejus pars integralis tantùm, & unde conſtet? 41. 2

Eſt æquè neceſſarium lapſis à baptiſmate ſacramentum, atque omnibus baptiſmus. 57

Ejus miniſter debet eſſe conſecratus neceſſitate ſacram: ib. 2

Suppleri poteſt per votum ib.

POTESTAS.

Simpliciter poſita ſignificat ordinariã. 147.

Quæ convenit epiſcopo ex vi ord. epiſcop: ib.

Extraordinaria remota ſacerdoti ex vi ordinis ſacerdotalis ib.

Definiendi materias fidei, requirit infallibilitatem. 153. 1

Quam non habet epiſcopus ib.

Iuriſdictionis competit epiſcopo ante conſecrationem, non ordinis 173. 2.

Et poteſt ab ijs auferri per ſuperiorem. ib.

In corpus chriſti verum diſtinguitur à poteſtate in corpus Chriſti myſticum 174. 1

Confitendi fidem coram tyranno datur in bapt. 189. 2.

PRESBYTERI Vide Sacerdos

PROSOPOPÆIA

Per eam res inanimes alloquimur 60. 2

Vt fecit D. Andræas. 61. 1.

Præceptum Vid. Confirmatio

PRÆSUMPTIO.

Importat dolum & temeritatem 167

RELIGIO

Eam olim approbabat Epiſcopus quicumque. 152. 2.

Vide Votum

RESIDENTIA

Poteſt in ea diſpenſare Eccleſia, etiam Epiſcoporum, & unde colligatur. 58. 2.

RITE

Subinde pro, validè, ſubinde pro, licitè, uſurpatur, ſubinde pro utroque. 60. 2.

ROBUR

Eſt effectus dationis Spir: S. 13. 2.

Eique attribuitur 100. 1.

Vide Spir: Sanctus, effectus, confirmatio.

RUTHENI

Admiſerunt ſacramentum confirmationis 7. 2.

Invalidè adminiſtrarunt. ib.

Non adhibebant balſamum, ib.

Quod conſecrabant forma olei infirmorum ſimplices ſacerdotes. ib. & 8. 1

Hauſere primò fidem à græcis. 8. 1

à Quibus non fuerunt inſtructi in confectione chriſmatis. ib.

Illud à Patriarcha conſtant. recipiebant. ib.

Quod diu ideo ſervabant. ib.

Fortè tamen ſacramento confi. non caruerunt. 8. 1.

Vid Græci

SACERDOS

Simplex non poteſt ex ulla diſpenſatione benedicere chriſma conf. 61. 2

Et deinceps. per tot cap. eſſentialiùs enim requirit epiſcopum quam, cõfirmatio. 173. 2

Nec obſtat axioma quo dicitur. qui poteſt majus poteſt minus, 62. 2

Quomodo hoc intelligendum. ib. & 124. 2

Abuſus quorundam Palentinorum à conc. Tol. reprehenſorum. 65. 2. & ſeq.

In ſuis muneribus quomodo pendeant ab epiſcopis? 65. 2

Latini inſtructiores in formis ſacramentorum præ græcis. 89. 2

Aliquando ſignificat ſpecialiter idem quod, epiſcopus. 114. 1.

Ad ejus munus non ſpectat confirmare 125. 1

Quod invalidè ſine diſpenſatione facit. 137. 1

Olim ut licitè baptiſaret, parochus eſſe debebat, aut licentiã ab epiſcopo

habere : aut neceſſitate compelli 130. 2
Et ſi hoc faceret licitè ad epiſcopum adducere debebat baptizatum ut ungeretur. ib. & 136. 1
Ejus aliqua munia diaconi olim obibant. f. 160. 1
Nunc etiam coram epiſcopo quomodo licitè baptizet & ungat 134. ? & 140
Quas unctiones licitè facere poſſit? 135, 1. & quomodo? 1. 141. 1
Ordines minores ex diſpenſatione confert. 144. 2
Sacerdoti ſimplici ex vi ordinis ſac: competit extraordinaria poteſtas ad confirmandum 14?. 2
Sicut ad ordinandum & abſolvendum. 148 1
Per diſpenſationem epiſcoporum in græcia, confirmant 153 & ſeqq.
Per diſpenſationem *Papæ* valide & licitè confirmant. 135 & 137. & 143. & deinc per duo cap. ſeq.
Ijs, cum hoc eſſet prohibitum, fuit ob ſcandalum acceptum denuò cõceſſum à Greg 144 2. & ſeqq.
F alijs 146. 1
An unquam omnes fuerint ordinati epiſcopi? 154 1 15?. 2
Vide V. epiſcopus & V. Græ.i
Solus habet poteſtatem in corpus Chriſti verum & myſticum 172. 2.
Et in confirmationem, inc oatã complendam per commiſſionem 1?5. 2.
Quæ eſt character presbyt. ib.
Q? eſt ſignum conditionatum reſpectu confirm 176 1.
Sicut reſpectu abſolutionis à mortalibus ib.

SACRAMENTVM

Speciale requirit Speciale gratię effectum 11. 1. & contra 83. 1.
Item ſpecialem materiam & formam ib. & 111.
Sacramentorum varietas maximè conveniens 12. 1.
Propter varietatem effectuum 8?. 1.
Eorum inſtitutio diſtinguitur ab uſu. 22. 2.
Eorum miniſter eſt inſtrumentalis cauſa gratiæ 99. 2.
Sacramenta vivorum cauſant 2. gratiam, non primam, niſi fortè per accidens 116. 1.
Significat aliquando rem myſticam 84. 2.
Tria imprimunt characterem, bapt. Conf. ordo. 111.
Et diverſum ſpecię; utpote qui habeat diverſum finem & quem? ib.
Non tribuunt diverſam ſpecie gratiam habitualem; bene tamen actualem. ib.

SACRAMENTALIA

Non cauſant gratiam 44. & 45.

SATISFACTIO

Eſt pars integralis ſacramenti pænitentiæ 41. 2.
Per illam remittitur pœna 43. 2.

SCRIPTVRA

Brevitate commendata plura coniungi ſolita unius expreſſione inſinuat 76. 2.

SIGNARE

Significat dare effectum characteris, & gratiæ ſanctificantis 17. 1.
Subinde gratiam diſcretivam proborum ab improbis. ib. 2.
Gratias gratis datas, auxilium efficax, ſignum crucis. ib.
Sicut ſignari Spiritu S quod etiam ſignificat ſacramentum Confirm: 18. 1 & 2.
Et characterem bapt ib.

SPIRITVS S.

Ejus datio habet alium effectum, quam baptiſmus 13 ?.
Iſque eſt roboratio. ib.
Ad quam promiſſus eſt 14. 1. & 116.
Dandus ſigno determinato. ib.
Scilicet impoſitione manuum. ib.
Numquam datus ſine gratia ſanctificante 15. 2 & 115. 1.
Quam ſignificat, non tantum gratiam miraculorum. ib & 16 1 & 116. 2.
Datus gentilibus fidelibus, ſicut Apoſtolis. ib. & ? 6 1.
Et hoc ad roborandos animos, ib. Vid. V effectus & confirmatio.
Dabat quodlibet qualibet linguâ loqui, & eructare divina magnalia, quaſi plenos Spiritu Dei. ib.
Spiritum S dari, & charitatem diffundi &c. idem ſunt ib.
Cur non amplius detur formâ viſibili ib.

bili? ib.

Qualiter dandus, fuit promiſſus Ioannis 16. ib. & 112. 1.

Vbi & promiſſus non ſolùm apoſtolis ſed omnibus 25. per totum, & 177.

Idque velut effectus confirmationis ibid. 2

Deſcendit in omnes congregatos in eadem domo 177. 1.

Loco confirmationis ib.

Ei ſingulariter attribuitur ſanctificatio 91. 1

Et in eo ſignificatur tota trinitas. ib.

Sicut & attribuitur robur, effectus confirm. 100. 2

à Solis Apoſtolis datus, iis etiam qui ab aliis fuerant baptizati 132. 2. & 134. 2

Idque ut ab epiſcopis. ib.

Et per manuum impoſitionem 177. 1

Quas omnibus imponebant vel à ſe vel ab alijs baptizatis ib.

Vid. confirmatio. impoſitio manuum, effectus.

SVBDIACONVS

Ordinatus ſine manuum impoſitione jubetur manuum impoſitionem recipere, ne ſacramento tamen 49. 2.

SS. TRINITAS

Ejus diſtincta invocatio non eſt de eſſentia confirmationis 98. 1.

Eſt tamen de neceſſitate præc. [illegible]. 1.

In forma græcorum non ponitur ib.

Neque etiam de eſſentia ordinis ib. 2.

Bene tamen baptiſmi 99. 1.

In quo inſtrumentaliter cauſat gratiam. ib.

Et ipſa Trinitas principaliter. ib.

Quæ eſt omnium miſteriorum fidei radix 100. 1.

VINVM

Sive Hiſpanicum, ſive Græcum, ſive rubrum ſive album &c. eſt materia conſecrationis 34.

VITA

Analogia inter corporalem & ſpiritualem 11. 2.

VNCTIO

Catechumenorum habetur ſola traditione 17. 1.

Non dabat Sp. S. 19. 1.

Inſtituta à Clem. Rom 66. 1

Significat Chriſtianiſmum, donum intellectus, fidem. 19. 1.

Subinde baptiſmum ib.

Vnctionem balſamo ſine oleo pro confirmatione factam eſſe, hactenus inauditum 47.

Sicut & totâ materiâ ſine forma ib.

Sæpe vocatur manus impoſitio 83. 2. & 84. & quare? ib.

Vnctio Chriſmatis ſimpliciter ſignificat confirmationem 146. 1.

Vnctio in vertice baptizatorum facienda ex inſtitutione Sylveſtri Pap. 66. 1. & 138. 2. & ſeq. & quare? 139. & ſeq.

Vnde initium ſumpſerit. ib.

Triplex erat baptiſatorum ib.

Et [illegible] eſt ſpecialis effectus & ſignificatio 140.

Vnctionis in vertice miniſter ſimplex Sacerdos ib. 2.

Ejus forma & modus 142. 1.

Apud Græcos nunquam in uſu fuit 16[illegible]. 1.

Vnctionis, qua energumeni à Sacerdote in vertice ungebantur, mirabiles effectus. 14[illegible]. 2.

Erat vicaria Confirmationis. ib.

VNGERE

Significat materiam prox. Conf. 17. 1.

Subinde pſum gratiam ib. 2.

Vide Confirmatio, Chriſma, materia.

Qui ungit, aliquo modo manum imponit 8[illegible] 2.

Vngi ſolebant olim energumeni à Presbyt. ſed de licentia Epiſcopi 142. 2.

VNGVENTVM

Conſecrandæ aquæ baptiſmali adhibitum 63. 2 & ſeq.

Vide Chriſma

VOTVM

In eo poteſt Eccleſia diſpenſare, idque ob fragilitatem & levitatē hominum 58. & 5[illegible].

Tametſi ſit juris Divini ib.

Sicut & quilibet Epiſcopus in ſua Diœceſi 152. 2.

Niſi reſervetur ib.

VOX

Eadem in diverſis circumſtantijs diverſa ſignificat 94. 1.

Implicitè in aliqua forma contenta, ſi exprimatur, eſt pars eſſentiæ 96. 1.

Imperativa vim legis 192. 2.

WALDENSES

Negarunt confirmationem eſſe ſacramentum: ſed ajebant tantum eſſe cæremoriam ad examen puerorum in infantia baptiſatorum 7. 2.

WICLEPH

Docuit ſimplicem Præsbyterum eſſe miniſtrum ordinarium confirm: 122. 2.

Et Epiſcopos ejus adminiſtrandæ munus ex avaritia ſibi reſervaſſe ib. & 129. 2.

FINIS

Licentia de la Vniverſidad en virtud del PRIVILEGIO, que tiene de ſu MAGESTAD.

YO *Anthonio Ruano de medrano familiar del Santo officio, Secretario de la muy inſigne univerſidad de Salamanca, doy fe, que en el clauſtro, que ſe congrego a ii dias del mes Agoſto de* 1628. *annos el Padre Maeſtro fray Baſilio Ponce de Leon cathedratico de prima de Theologia, pidiò Licentia para imprimir una repetition da la materia de Confirmatione, y otras varias repetitiones, de todas las quales la univerſidad uſando del privilegio de ſu mageſtad, cometiò la cenſura al padre* Maeſtro *Fray Franciſco Domingues Cathedratico de Durando, ſegun conſta del regiſtro, à que me remito, y depedimiento del dicho Padre Magiſtro Fray* Baſilio *di la preſente en ſalamanca à* 15. de Noviembre de 1628. *y en fe dello lo ſignè*

ANTONIO RVANO DE MEDRAMO

R.P.M.

R. P. M. Franciſci Dominguez, Auguſtiniani Durandi Cathedræ digniſſimi Moderatoris.

Pro injunta ſibi ab Vniverſitate, & Religione Cenſura; hæc.

TRactatum hunc Sapentiſſimi, atque Erudiſſimi P. M. Fr. Baſilij Pontij Legionenſis Primariæ Cathedræ Sacræ Theologiæ hujus noſtræ Salmanticenſis Academiæ, nulli ſecundi Anteceſſoris, de Sacramento Confirmationis, tum de ejuſdem Academiæ mandato, tum etiam admodum Reverendi Patris noſtri M. Bernardini Rodiguez hujus provinciæ Caſtellæ, obſervantiæ S. P. N. Auguſtini digniſſimi Prioris Provincialis; nec non ejuſdem Academiæ: Ejuſdemque facultatis Veſpertinæ Cathedræ meritiſſimi Moderatoris, vidi, perlegi, & ſumma qua potui evolvi diligencia, in quo nil ſanæ, & Catholicæ doctrinæ, Ex ſacris litteris, Concilijs Sanctorum Patrum monimentis deductæ, non conſonum reperi, ſed potius multa, & admitatione, & Suo digna auctore. Inter alia autem illud, quod aridam, & infecundam materiam, quam alij levi manu, brevi, ac ſterili calamo tractant, fæcundam reddidit, miraque eruditione, atque rerum varietate locupletavit. Cui proinde non abs re verba illa Iſaiæ aptare poſſumus, quæ erat arida erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. Quia propter non ſolùm dignum, qui Typis mandetur, ſed neceſſarium, non ſolùm Sacræ Theologiæ, ſed etiam Iuris Canonici profeſſoribus, cenſui. Salmanticæ in Conventu Sancti P. N. Auguſtini, die quarta menſis Novembris, Anno à nativitate Chriſti Domini 1628.

M. F. Franciſcus Dominguez

Aprovacion.

YO el Doctor Iuan Becerra Collegial deſte Mayor de Cuenca deſta Vniverſidad de Salamanca, y Cathedratico de Propriedad de Artes en ella, por comiſſion del ſeñnor Licenciado Saldanna Proviſor deſte Obiſpado he viſto un tranſlado ſobre el Sacramento de la Confirmacion dividido por dudas, y en el no hallo coſa contraria, a nueſtra ſanta fe Catholica, ni a la comun doctriva de los Santos, Padres antes ſu Autor, que es el P. M. Fr. Baſilio Ponçe de Leon Cathedratico de Prima de Theologia, y Prior del Convento de San Auguſtin deſta

Ciudad, mueſtra en el ſu erudicion indagando la verdad con gran eſtudio de los Concilios de la Igleſia, y doctrina del Angelico Santo Thomas haziendo oficio de Comentador, y defenſor ſuyo, y aſſi no ſolo ſe puede, ſino se deve imprimir por ſer conocido el provecho que hara a los que le tuvieren, y aſſi lo firmo en eſte Mayor de Cuenca, Noviembre cinco deſte anno de mil y ſeyſcientos y veynte y ocho annos.

El Doctor Iuan Becerra

Licencia del Ordinario

EL Licenciado Saldanna Proviſor en la Ciudad y Obiſpado de Salamanca por ſu Sennoria Don Antonio Corrionero Opiſpo del dicho Opiſpado del Conſejo del Rey nueſtro ſennor, &c. Por la preſente damos licencia a qualquier Impreſor, para que pueda imprimir eſta Repeticion de Confirmatione compueſta por el P. M. Fr. Baſilio Ponce de Leon, de la O. de de S. Auguſtin, del Convento de Salamanca, y Cathedratico de Prima de Theologia en la Vniverſidad de la dicha Ciudad, atento eſta viſta y examinada, y aprovada por nueſtra comiſſion, dada en Salamanca a 8. de Noviembre de 1628. annos

Por Luys Perez.

El Licenciado Saldanna.

Por ſu mandado.
Anacleto del Encina.

Licencia R. P. Provincialis

DO *Licentiam R^do. ac Eximio* P. M. PETRO DAMASO DE CONINCK *Ordinis Eremitarum* S. P. AVGVSTINI S. T. DOCTORI *& Profeſſori reimprimendi opus R^di P. M. BASILII Legionenſis ejuſdem Ordinis S. T. & decretorum Doctoris Viri ſuo ævo doctiſſimi de Sacramento Confirmationis, quod correxit, indice auxit, & notis marginalibus illuſtravit. Datum Bruxellæ 8. Aug.* 1642.

F. IOACHIMVS BRVLIVS S. T. D ac ejuſdem Ordinis per Belgium Prior Provincialis.

APPROBATIO

HAnc prælectionem de SACRAMENTO CONFIRMATIONIS, eruditam & prælo dignam cenſeo. Dat. Lovanij die 5. Auguſti Anno 1642.

IACOBVS PONTANVS S. Theol. Doctor Apoſtolicus ac Regius Librorum Cenſor.

Errata Textus

Fol. 7. col. 1. §. hinc l. pen. accerciendos lege accerſendos.
fol. 37. c. 1. §. Tertio l. 3. quide :: ubi
f. 38. c. 1. in titul: liquiores leg: liquores.
f. 45. c. 2. §. ſed l. ult. compoſitum leg: compoſitam
f. 59. c. 1. §. ac in l. 8. liquod leg. aliquod: ibidem c. 2. §. denique deciſſionem. l. deciſionem.
f. 68, § ſed l. 6. æqualis l. æquales.
f. 72. c. 1. § & eodem l. ult. chariſtiam l. Euchariſtiam
f. 80. c. 1. §. ſed l. pen: conſequentur l. conſequentèr.
f. 84 c. 2 §. ad id l. 11. ad alijs l. ab alijs
fol. 85. c. 1. lin. 5. conferatur l. conſecratur. & §. forma l. 7. inquiritur leg inquiſitur
f. 87 c. 1. lin. 8. ſervit l. aſſeruit.
f. 89. c. 1. §. geſta l. 11. ejuſdem ex, duabus l. & ex alijs ejuſdẽ & duabus
fol. 110. c. 1. §. ſecundo l. 2. charactere leg. character
fol. 113. c. 1. §. tum quia hoc l. 3. nec l. ne
f. 128. c. 1. §. Clemens, lin. pen. conſtant, leg Conſtant:
f. 129. c. 2. §. eidem l. 9. ſi quidem l. ſiquidem & lin. 8 poſſe l. potuiſſe
f. 133. c. 1 l. 4. inter, aut l. nec enim & ibid: c. 2 §. Tertio facit l. 5. functionem l. functiones
f. 135. c. 2. §. denique adduco l. 9. ordinariæ, leg. ordinare
f. 136. c. 1. §. tertio loco l. 6. ibi leg. illis. & ibid. c. 2. §. at ne l. 18. vedimus hoc facere l. vidimus hoc facere
f. 139 c. 2. l. 7. paraclitu l. paraclitus & f. 140. c. 1. §. ibi l. 4 filius l. filios
f. 152 c. 1. § ſed in primis l. 2. doctrinam. leg. doctrinam
f. 164. c. 2. l. 7. conſecrationis unguenti l. conſecratio unguenti
f. 165. c. l. 7. appllabant l. appellabant
f. 172. c. 1. § ex quo l. 6. miniſtri l. miniſtri
f. 18 . 1. 18. Epicopo l. Epiſcopo
f. 18 . c. 2. §. atque l. 16. ſtatuitur ut l. ſtatuitur ut
f. 191. c. 1. §. diximus l. 1. abolitam l. abolitum. f. 1 2. c. 1. l 7. impetrandi. l. imperandi. 1 3. c. 1 l. 8. decreta l. decreta & ibid. § cumque l. 4 conformatus & ira infertur. leg. confirmatus, & ea inſeratur

---

Errata Marginalia

fol. 49. c. 1. in marg ult. ſummum l. ſummi
f. 54. c. 1. in ult. uel l. ut
f. 81. c. m. conueb. aut lege conferebant

bant. & ib. privilegio conferebant cerendiſ. lege. ſed ex privilego conferebant ei.ndem

f. 82. c. 1. l. 5. a fin. adaptur lege adaptatur

f. 118. primo marg. faceret leg. facere

f. 122. c. 1. marg ult. quos eo ꝺ. leg. quos eo quod a

f. 130. c. 2. in mar. ſacerdos ut licite bapt. & ſit parochus &. lege, bapt: ſit parochus &c.

f. 131. c. 1. in m. Eccleſiam, aut etiam presbyter; lege, Eccleſia ſine Epiſcopo aut etiam presbytero

f. 139. c. 2. in m. finali, aliquater. lege, aliqualiter

f. 144. c. 2. in m. fin. item. lege, iterum

f. 149. c. 2. diſenſatio. leg. diſpenſatio

f. 158. c. 1 in m. fin. ſolitum lege ſolùm.

f. 162. §. ſed hæc l. 1. Georgij. lege. Gregorij.

f. 264. m. etaim leg. etiam

f. 184. c. 1. m. u.t vitæ. leg. victæ.

f. 194 c. 2. marg ult. ip:cialis. l. ſpecialem

f. 195. c. 2 marg. ult. presbyteris. l. presbyteros.

60